Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/andreaefuluiisab00fulv

2nd edition (Feb. 1827)

(28) xl + 460 pp + 47 pp + (2) pp

ANDREAE FVLVII SABI-NI ANTIQVARII DE VRBIS ANTIQVI-TATIBVS LIBRI QVINQVE.

ITEM.

De Vrbis eiuſdem laudibus oratio.
In populi Ro. laudem Elegeia.
De Romuli, & Remi expoſitione Egloga
Quæ cuncta, mẽdis omnibus quibꝰ prior editio ſqualebat: Nuper excuſſa ac repurgata.
Indice copioſiſſimo ordinatiſſimoq; reppoſito.



Oratij Bonarelli
n.º 316
P. P. C.

Andreæ Fuluij Sabini Endecaſyllabon.

¶ Quis tam ſedulus artifex Quirites
Euclide melior: uel Archimede:
Antiquæ loca metietur Vrbis
Quas deſcribere me pedeſtris ante:
Poſt oratio compulſit ſoluta:
Quæ nunc in tenebris ſuis iacerent:
Fulgerent niſi luce literarum:
Vos rerum domini: genus deorum:
Orbis totius hoſpites benigni:
Veſtea uos homines nouos in Vrbe
Priſco iure Quiritium Quirites
Donatis: latiaq; ciuitate:
Et ueſtris opibus iuuatis: unde,
Vobis præmia: gratiaſq; debent:
Quales conſcia mens agit bonorum:
Præclariſſima gens togata quales:
Perſolui ſibi Roma quas meretur.

D. Ioannis Fuluij endecaſyllabon Ad lettorem.

Quiſquis Romuleæ uetuſta terræ
Affectas loca noſſe, cum trophæis:
Arcus, & ſtatuas, deumq; templa,
Circos, & foras, curias, theatra,
Thermas, balnea: porticus: columnas:
Fontes: naumachias: lacus: cloacas:
Hoc (ſi legeris) explicat uolumen.

ANDREAE FVLVII ANTIquarij Ro. in Antiquitates Vrbis ad Clementẽ. VII. Pont. Max. Præfatio.

ANNVM Ab hinc propè nonum Beatiſſime Pontifex, antiquitates Vrbis poeticis adſtrictas numeris ſcribebam Leoni. x. Pont. Max. patrueli tuo dicandas. In iuncta mihi denuo, illo ipſo iubente eiuſdem maſſæ cudẽdæ, recoquendæq;, uerum diuerſæ ſtructuræ opera liberiore ſanè campo: quodam quaſi auctario adſumptum opus recognoui: Tibiq; Chriſtianæ legis antiſtes, quaſi præſcius te illi in pontificatu, æq; ac per manus tradito ſucceſſurum: nouam hanc lucubrationem, ſicut priorem illi dicandam curaui. Nam cui dicarem dignior occurrit nemo. Præcipue ubi ſummo in humani generis faſtigio poſitus: omnibus prodeſſe iam quantumuis, potes. Et quidem inſigni quadam munificentia bonarum artium ſtudioſos proſequeris: Ego itaq; tanto numini addictus, tantæq; gratiæ ineundæ ſtudio excitatus, incœptas antea urbis antiquitates non intermittens Sæcularis anni (quem Iubilæum uocant) nuperrime æditum hexametro carmine libellũ, typiſq; impreſſum exhibui. Inſtabat enim tunc Iubilæi annus. M. D. XXV. Qui te põtifice celebratus eſt, patefacta ad eum uſum: more maiorum porta (quam ſcãm dicunt) quæ mox in ſplendidiorem formam tua cura: & impenſa inſtaurata eſt. Ruinas Vrbis interea tuis optimis auſpicijs proſecu

tus, ab interitu uendicare: ac litterarum monumētis reſarcire operam dedi, Quæ iacerent in tenebris: niſi litterarum lumen accenderet. priſcaq; loca tum per regiones explorans obſeruaui: quas Raphael Vrbinas (quem honoris cā nomino) paucis annos diebus quā è uita decederet (me indicante) penicillo finxerat. Tam & ſi nullum ingenium ad attollendam urbem ſatis eſt. nec eius facies: qualis ante fuerit. exprimendam. Sed quoniam urbis Ro. ob affectatum amorem: ardenti ſemper animo ſtudioſus fuit: antiqua eius loca, & quæ nunc extant, & quæ iam eſſe deſierunt: Quorum non nulla ante hac incognita meo marte aperui. nō modo geographice, ſed ethymologice cum rerum cāis: & argumentis: abunde: copioſe q; non ut architectus. ſed hiſtorico more deſcribere curaui: nam fabulas dicere non eſt conſilium, Et licet grādis materias paucis uerbis haud facile explicari poſsit, nam Demoſthenis: & Ciceronis orationes eæ feruntur optimæ eſſe: quæ maximæ. & Romana hiſtoria quamuis longa ſemper placet, ac delectat. pro uirili tamen, & quod oculorum percæpi fide ſcribendum curaui. Pluris eſt inquit plautinus miles oculatus teſtis unus, qui ſe uidiſſe dicat. quam auriti decem. Nullum enim opus ſine fide, & caſtitate recte fieri pōt. Verum quis tā confuſa loca, & urbis magnitudinem: & temporum uarietates comprehendere poteſt? ut profecto mihi non minus difficultatis habere uideatur urbis, quam orbis deſcriptio: Cum ſæpius diruta, ſæpius inſtaurata ſint om-

nia,uel ciuilibus bellis euerſa,uel incẽdio abſumpta, uel barbarica manus afflicta, nunquam poſtea in priſtinam formam ob laboris nimi etatem inſtaurata ſunt. Direpta deinde urbe omnia : quæ ad ornatum eius poſita erant ab hoſtibus ſublata dicuntur, Marmora uero cum titulis, ne memoria ad poſteros perueniret, partim direpta, aut hoſtium malignitate comminuta : partim in calcem decocta abiere: paucis admodum ante oculos ciuitatis ad dolorem & uetera refricanda vulnera relictis. Quid q; antea & quicquid ornamentorum reliqui erat, aut à Vãdalis in africam deportatum aut a Theodorico Rauennam, aut à Conſtantio ereptum in mari ſiculo perijt, ut omittatur flebile Neronis incẽdium, quo perijt quicquid nobile in Vrbe fuit. Illud præterea obſeruandum, pluribꝰ annis, quibus ſub barbarorum Imperio Italia fuit, eam illos ad internitionem uſq; perſecutos fuiſſe palam eſt, unde latina lingua ad multa ſæcula deprauata permãſit: Inoluerat uſq; adeo bonarum artium neglectus pridem ut latinus ſermo penitus ignoraretur. Vel ex hoc intelligi poteſt ꝙ extant hodie plæraq; illorũ apud nos uernacula uocabula latinis uocibus ad corruptelam mixta: Quodq; peſſimum eſt in nõnullis ſerijs, & grauibus rebus eam uerborum colluuionem appellant ſtylum. Periere quinimmo uolumina librorum non ſine magna poſteritatis iactura, Ex quo rariſſimi extiterunt geſtarum rerum ſcriptores, ijq; ſemibarbari, et parum integræ fidei, Quorum incuria, & negligentia multa deſideran-

tur,& quæ pauca extant miraculi loco habentur,in tã‐
to rerum turbine: & confuſione,ubi inuoluta ueritas in
alto latet·Argo:Oedipoq; perſcrutanda. Vnde & diffi-
cile eſt ea ſcire: Quorũ nulla extat apud poſteros me‐
moria,quæ omnia in lectoris aĩo relinquo. Accedit ad
hoc,ꝙ uno in loco temporum ſupputatione: interpoſitis
annis,plura,& diuerſa ſint condita ædificia,ut iuxta Fo
rum,& Viam ſacram domus Cæſaris dict. deinde porti
cus Liuia, nouiſſime uero templũ Pacis. Et uetuſtis aũt
manent adhuc aliqua integra, & notæ ſignificationis,
ut Pantheon. Quædam ſemidiruta,ut Coloſſeum vulgo
notum,nõnulla penitus abolita,ut domus aurea Neronis
incõpertæ magnitudinis. Satis enim conſtat omnia ho‐
ſtili manu obliterata, antiquata, ac prope extincta, &
abolita. Quorum uix unum,aut alterum ſupereſt. Et his
quæ caſu quodam reliqua ſunt, ſat magnum indicium
ſcelerati animi apparet,ꝙ in his,quæ diruere nequiue‐
runt,ob operis magnitudinem quaſi ſtigmata quædam
perpetuæ notæ inuſſerunt, ſcalpro lancinarunt omnia;
& nihil intactum à fœda uaſtitate reliquerunt. Ex uete
ribus aũt, quædam adhuc priſcas retinent appellatio‐
nes ut montes, Aliqua uero nouas, ut Portæ, ſed ut di‐
ſcant qui ignorant, Placuit per tranſitum recentiora
quædam loca attingere,ut minus cognita: ac parum tri
ta & languidæ fidei uetera his contingua magis inno‐
teſcerent,licet omnia quæ ſupra noſtram memoriã ſunt
antiqua dici poſſunt,& quotidie quæ latent inueſtigã‐

tium opera: in lucem prodeunt, unde & ſuperioris ſæculi ſcriptores, qꝫ hæc ignorauerint, ab his, qui poſtea ea patefacta uiderint, uelut rerum imperiti, inſcitia notabuntur. Nec prætereundum cenſeo, nihil pedibus calcari, quin antiquitatum ueſtigia offendantur. Verum ita ruinis omnia oppleta, & operta, ut difficillime internoſcantur: unde eleganter (meo quidem iudicio) difiniſſe ille uiſus eſt, qui dixit, nos hac ætate habitare in tectis, cum plærunq; in fundamentis effoſsis nouarum ædium uiæ ueteres ſtratæ ſilicibus reperiantur. Sed imperiata multitudo in his anicularum fabellas, & deliramenta, potiuſquam doctorum uirorum ſimplicem, ac nudam ueritatem ſectatur. Atq; ideo addidit, ne quis vulgi magis famam ſequeretur, quam hiſtoriam, quæ rumore utiq; vulgi uerior reperitur. Verum quot capita, tot ſententiæ: nam quæ ſemel altius inſedit opinio, & pertinax contumacia, haud quaquam tolli poteſt Et ſi ſcio ſcriptorum, qui etiam extra omnem aleam poſiti ſunt neminem eſſe ſine calumnia, facto quinimmo uirtutis experimento, nec deſinit, quibus Alabaſtris unguenti plena putere uideatur. Fere nemo eſt, qui non acutius, atq; acrius uitia iudicet, quam ea laudet, quæ recta uideat. Et in alieno opere ingenioſus ſit, aut quid perperam poſitum deprehendere impendio ſtudeat: quam belle quid actum cõmendare, nam difficile eſt omnibus placere, & mentes hominum cognoſcere. Potuiſſem ideo deſinere ni mens paſceretur opere. nam nihil agen

do male agere diſcitur, Nihil *enim libero homini tur-pius,quam ocio,& deſidia uitam traducere, neq; habere uitæ argumentum præter annos.* Exi*guum nobis uitæ curriculum natura circumſcripſit,immenſum gloriæ, nã uita uigilia eſt, & dum iſta muſitamus, pluribus annis uiuimus, & illa mirando non ſatiamur.* Appelles *in-quit* Plinius *tanquam inchoata arte:& imperfecta agebat,ut contra iudiciorum uarietates ſupereſſet artificis regreſſus aduenìam,uelut emendaturo quicquid deſide-raretur, ſi non eſſet interceptus.*

A Cademia 311. 24.
Acceij poetæ ſepulcrum .295. 12.
Aditus templorum 362. 7.
Aedes viris phibitæ. 210. 9
Aedes uide ubi templa
Aedicula 325. 16.
Aedicula, aurea 310. 15.
Aedicula capraria. 60. 22.
Concordiæ 62. 6.
Iuuentæ 62. 13.
Iuuentatis. 83. 4.
Victoriæ. 99. 12.
Victorie uirgin. 61. 15.
Aerarium. 55. 5 / 219. 4.
Aequimelium. 338. 10 / 337. 15.
Aſculapius. 347. 1.
Aegonius collis. 20. 15.
Africæ caput. 57. 2.
A geralbiona. 155. 15.
Aggeres Tarquini. 128. 2. 24. 24 / 14. 16 / 12. 25.
Agon. 265. 9
Agonalia. 268. 2.
Agonius Deus. 268. 1.
Agrippine ſepta, 327. 26.
Agrippe opera. 172. 24.
Aius locutius. 52. 15.
Albula. 156. 18.
Albuneæ: 153. 3.
Alexandri Imago. 223. 6.
Almon. 41. 8 / 56. 217.
Almon nouus. 42. 5.
Alta ſemita. 50. 5 / 55. 17 / 59. 18 / 136. 19.
Arnata. 210. 6:
Amphiteatrum. 240. 19 / 253. 18. 57. 17.
Amphiteatri uſus. 249. 15 254. 2.
Amphitheatra quot. 71. 25.
Amphitheatrũ titi. 254. 12 224. 7.
Statilij. 252. 13 / 256. 18
Iuxta ſepta. 253. 27.
Caſtrenſe. 59. 6 / 258. 6.
Veronenſe, 253. 14.
Anates Aenee. 269. 10.
Ancilia 138. 13 / 103. 22.

Anci martij opera .12. 15.
Anci martij regia .96. 9.
Angeli colotij. 184.13.23
Angerona.6. 1.
Anio uetus. 181.6/15.19.
Anio nouus. 173. 21.
181.20/182.1.
Annibales ſtatuæ. 22.2.
Antipolis.74.17/14.22.
Antium.278.20.
Antiquũ quid. 375.24.
Antonioꝝ ſepulc.166.25.
Antrum ciclopis.57.1.
Apollinis Area. 56. 10/
32.22.
Apolli. ſimulacrũ.204.10
Apollinis lauacrũ. 63.23.
Apollinis aedes. 99.19.
Apollinis liberiq; templũ
330.10.
Apollo celiſpex.66.13
Apollo ſandalarius. 58.12
Apollo tranſlatus ee apol-
lonia. 62. 12.
Apij riuus 42.7
Apij Aqueductus. 37.17.
Aqueductus cauſa 171.20.
Aqueductus quot 71. 11.
Aqueduct⁹ celebres 173.9
Aqueductus ſubterranei.
173.17.
Aqueductus ſupra terram.
173.15.
Aquaruum ductuum minæ
& cauſa. 185.25/160.1.
Aq;duct⁹ Tyburti 253.26
Aquæ Mercurij. 56.5.
Appia.171.25/174.12
32. 10.
Anienis 173.19.
Auguſta 176.5.
Aufeia. 175.12.
Alſietina 186.20.23
Aurelia 186.18.
Alexandrina 186.21/
189.18.
Claudia. 173. 20/
186.3/177.25.
Crabra 182.26.
Cerulea 186.23.
Ciminia.186.24.
Druſia 186.20.
Iunturna. 173. 18/
186.25.

Iulia 173.20/182 23/
186.3/
Martia 172.1/173.21/
175. 10/ 9. 177.15/
175.26./
Scaurarum. 62.23.
Sabatina 186.11.24
Septimiana 186. 19
Tuſculana
Tepula 173.20.182. 16
186.23.
Traiana. 175.25/
178.24/186.18.
Virgo. 60.16/64.8/
173.1/ 186.5/
183.10.18/ 184.4/
207.2.
Virginea. 172.26.
Aratri ſacri initium.
210.26. (10.
Aræ Iouis uiminei 59.
Conſi. 66.16/368.1.
Ditis: & proſerpinæ.
366.27/20.
Febris 65.8/101.16.
Herculis. 106.12/
224.22.
Iouis elycij 107.9.
Iunonis Iugæ 204.5.
Maxima 88.4.
Neptūni 265.9.
Palatina. 65.17/101.22
Pacis 332.14.
Veneris uetus 110.3.
Ararum locus. 315.10
Aræ tres Dijs 262.7
Aræ opis: & cereris 63.2.
Areæ Humæ 151.24.
Arcades. 5.12.
Arcuum uſus. 281.24/
282.2.
Arcus ſeptem Veſpilonum
174.25/37.13.
Arcus nouus 60.21.
Arcus marmorei ꝗ.72.8.
Arcus Fabianus. 61.25/
93.11 245.6.
Arcus Formæ. 114.9.
Arcus Neroniani 173.6
Arcus Latonæ 119.8.
Arcus Tripolis 195.21
Arcus ſancti Viti 29.2.
Arcus Boarius 242.20
Arcus Romuli 245.16

Arcus cãpiliãi. 247. 5
Arcus Triumphales, 238. 5/28. 15
Conſtantini 170. 4/ 238. 23/241. 17/ 239. 6/318. 22
Druſi. 56. 17. 246. 11.
Gordiani. 127. 24/ 244. 26/25. 13.
Galieni. 244. 15.
Gratiani. 246. 19.
Nerue. 234. 14.
Septimij: 238. 25/ 241. 17/318. 22.
Traiani. 56. 16/ 246. 1. 11.
Traiani alter. 246. 5.
Titi Veſpa. 240. 22/ 331. 23/335. 24.
Tyberij. 246. 16
Theodoſii. 246. 18.
Veri parthici. 56. 15/ 246. 11.
Area Apollinis. 56. 10
Calidij. 60. 6.
Caßij. 337. 5.
Concordie. 334. 25
Galli uel tralli. 56. 10
Manlij. 76. 24.
Pinnaria. 56. 11.
Radicaria. 67. 12
Spei. 56. 10.
Vulcani. 333. 22.
Argei 162. 3.
Argiletus duplex. 231. 19.
Argilet°, ſuperior. 202. 19
Argiletus imus. 202. 20
Argiletum. 231. 17.
Armamentarium. 57. 5.
Armamentarium Telluris 337. 1.
Armiluſtrium. 68. 8/ 322. 20.
Arx roma. 75. 15/77. 24.
Aſylum. 16. 8/62. 11. 20/ 85. 2/86. 8.
Aſilia, à quibus, ſublata 86. 20.
Athenæum. 311. 24.
Atrium. 315. 25.
Atrium curie pompeianæ. 249. 21
Libertatis. 68. 13/ 252. 12.

Lat. homiarum.317.21.
Minerue.61.24/220.6
Regium 221.1/297.11.
Seſſorianum.216.21
Sutorium.322.22
Veneris genetricis, 220.7.
Veſtæ.307.12.
Auaritiæ mala.387.3.
Auetinus .9.22/55.20 68.6/195.27.
Auetinus unde.104.11.
Aueutini ambitus, 104.27.
Auentini deſcriptio, 107.11/202.1.
Auentini Aqua Martia.175.25.
Auguratorium ad marmoream.65.16.
Auguſti natales/ 100.17.
Auguſti templũ.101.3.
Auguſtus mons. 111.15
Auguſti ſimulacrum, 359.11/304.20.
Aureliani opera .11.11.
Auſpicandi lex.7.1.
Bachi templum . 273.21/ 23.16.
Bachi prata.102.2.
Balnea 196.5.
Balnea quot 173.3.
Balneæ priuatorũ 192.24
Balneum abſcantij.56.14.
Ampelidis.69.13
Anthiochiani.56.14
Paphnidis.58.9
Mamertini.56.14
Priſcilianæ.69.14
Pauli .60.5/133.23
Torquati.56.13
Vectij.56.13
Bapriſterium.116.21
Barbam quis primus Imp. 284.23
Baſilica 326 . 2 / 225. 6/ 325.19
Baſilicæ quot 71 . 1/ 326.10
Baſilica Argentaria.62.7
Aemilia 327.20
Alexandrina 327 .25.

Caij: & Lutij 127.6 / 276.26
Conſtantiniana 328.3. 58.8.
De Celerinis 203.14
Fuluia 327.21.
Iulia 325. 26
Lateranenſis. 114.20 328.4.
Macidij 64.11 / 326.11. 327.19.
Marciani 64.11
Opima. 309.22 / 327.18.
Pauli 326.14 / 58.8 / 62.9.
Porcia 326.23
Sine cognomēto 327.1
Bellonæ Aedes 266.1.
Beronia 209.3
Bibliopole ubi 231.26
Bibliothecarū ſitus 313.22
Bibliothecæ 65.13 / 99.23. 312.24.
Bibliothecæ quot. 70.7 / 313.1.
Aſinij. 313.5
Apollinis 299.5
Capitolina 313.10 / 354.16.
Numeriani 313.16
Palatina 313.8.148.18.
Pauli 313.11.
Vaticana 313.25
Vlpia 313.14
Bombicinarum Textura, 203.18
Boni euentus, ſimulacrum, 363.27
Bonæ deæ templū 109.15.
Bouis, ſimulacrum 224.11
D. Bruti ſepulcrum 295.12
Bubali 374.15
Buccina, aurea 58.12
Buſta gallica 121.6 / 191.4 337.23 / 338.17.

Caballi marmorei 136.5
Caci domus 37.19
Caci Antrum. 227.15 / 105.25 / 106.5 /
Caci ſcalæ 4.21
Calicum officinæ 263.23.
Calices marmorei 380.27
Camænarum Aedes 56.5

Camenarum lucus 32. 20.
Camilla
Campi quot 70.18 / 343.6
Campus Agonis 190. 4 / 270.27
Agrippæ. 60. 23 / 352. 18.
Argeus 201.19.
Brutanus 69.18.
Codetanus 69.18.
Exquilinus 28.1 / 59.6. 128.12 / 177.16.
Horatiorum. 56.3.
Iudeus. 154. 2.
Lanatarius 67.15.
Lupariæ 57.1.
Martialis. 57.1 / 113. 25
Marti⁹. 343.11 / 347.18 327. 26.
Martis. 64.7.
Minor. 348.1.
Sceleratus . 22 / 4 / 141. 13.
Vaticanus 46.26.
Viminalis . 24. 24 / 59.7 / 128.3.
Cancelli fori. 219. 20
Candelabrum aureum, 241.6.
Candidati .144.14.
Canes ruffæ. 49.3.
Capena opid. 38.3.
Capita bubula. 100.19.
Capitolium . 62. 15 / 78.6 / 182.17.
Capitoliũ biceps. 91.2. 71.24.
Capitoliũ uetus. 59.25 136.25.
Capitolij nõina. 75.22
Capitolij templa. 74.9
Capitolij ornat⁹ et laus 74.8 / 79.22 / 364.3 88.8. *per totum*
Capreæ palus 364 . 6.
Capri ficus. 214.14
Caprotricæ Nonæ, 365.5.
Caput affricæ. 57.2.
caput comodi Aeneum 87.10.
Caput Gorgonis, 69.15.
Carinæ. 58.16 / 339 .22

Carmẽtæ tẽplum 62.15/
90.8.15.
Carmentæ ſedes.5.19/
90.7/228.4.
Carſuræ Areæa.56.11
Carcer.316.7.
Carceres 260.2.
Carceris deſcriptio
Carcer Claudij.64.5
Fori.63.3.
Mamertinus.317.9.
Plebis.319.25.
Tulian⁹.121.23/316.10
Caſa Romuli .5.23/95.23
69.6.
Caſtellum 173.25.
Caſtella aquarũ.174.2
Caſtrorũ tẽplũ.61.23.
274.5.
Caſtra quot. 72.17.
274.11.
Caſtra geſtiniana,
60.23.
Caſtra lecticariorum,
69.19/274.12.
Miſenarium. 57.21/
153.18/274.1.12.
Peregrina 57.2/114.
274.2.
Pretoriana. 274.11.
Rauenatium. 153.17/
12.274.11.
Salmariorum 274.13
Salicanorum. 274.13.
Tabellariorũ 274.12
Viſtimariorum 274.1
Caſtrum cuſtodie.25.
Caſtoris, & Pollucis
ſignum.223.6.
Caſtoris,& pollucis t
plum.34.9.
Celimontana regio,
55.16/56.24.
Cælius mons. 9.21
110.16/111.4/153.19/
178.7/203.6/274.
Cæliol⁹.56.4/110.2
203.15.
Cæmiteria ſubterra-
nea.295.25.
Cæmiterium Apronij
296.12.
Balbinæ.296.5.
Calixti.36.24/296.

Cæmiterium Calopodij.
296.13.
Campi ſancti.296.18.
Ciriace.296.9.
Commodillæ.296.3.
Domitillæ.296.4.
Prætextati.296.6.
Priſcillæ.296.10.
In niſalatas.296.14.
Inter duas Loures,
296.15.
Thraſonis.296.11.
Cenationes laqueatæ,
342.14.
Cenſus equeſtris.221.5.
Cardona.57.1.
Cæreris ſignũ.337.8/
303.1.
Ceſpius mons.120.4.
Cæſaris ſtatua Lorica-
ta.222.10.
Ciceria.259.9.
Ciceronum domus aui-
ta.58.17/340.10.
Ciconiæ nixæ.64.10
Circeſiæ.258.7.21.
Circus.330.10.
Circi quot.260.5.
Circi forma.258.10.
Circi uſus.253.8.
Circus propemolẽ Ha-
driani.272.10.
Circus Agon.264.1/
267.24.
Circus Alexandri,
190.4/268.7.
Circus appij pulcri,
250.2.
Circus Caij, & Neronis.
198.2/271.25/289 7.
Circ⁹ Flãminij.252.4/
263.6/310.2/55.18/
60.18/62.15.
Circi Flamminij regio,
63.20.24.
Circus Floræ.59.25.
Maximus.55.19/66.9/
196.26/197.20/
202.19/260.14.
Neronis.153.5/271.15.
Ciſpius mons ſepticeps
120.11.
Ciuitas Leonina.47.1.
Cohortes pretoriæ
quot.72.12.

Cohortes urbanæ, quot, 72.13.
Cohortes uigilum. 59.3| 60.20 | 62.6 | 67.16 | 69.15 | 72.14.
Collatia.19.23.
Collina regia .22.15.
Collis uide ubi mons.
Coloſſeus.191.3|255.9.
Coloſſus. 58.14 | 255.9. 298.4|342.6.
Coloſsi quot .71.26.
Coloſſus apollinis.298.13.
Apollinis in bibliotheca, 299.5.
Domitiani.300.1.
Galieni.304.26.
Iouis.298.15.
Iouis capitolini.299.9.
Neronis.299.18.
Scopæ.300.5.
Solis.298.19|299.18.
Colũnæ.282.12.
Columnarum genera, 282.4|8.12.
Colũnarum uſus .281.24| 282.2.
Columnæ ſtriatæ. 283.5.
Columnæ ſtructiles, 283.6.
Columnæ Aerorũ. 115.14
Columnæ coclides quot, 72.1|62.4|280.19| 64.12|234.23.
Columna ænea.233.21.
Aurea 219.9.
Antonini. 64.12| 285.10|351.17.
Bellica. 265.17. 64.18.
Cæſaris.286.16.
Cochlis Antonini, 285.10.
Cochlis Traiani: 283.12.
Cochlis porphiretica, 286.1.
Lactaria.66.17|233.6| 286.21.
Miliaria.219.6.
Mæniana. 219.14 286.20|327.6.9.
Cũ ſtatua.61.19.

Comitium: 62.10/86.26/
206.7/310.22.
Comitia.311.9.
Concordia.202.21.
Concordiæ templũ, 76.1.
334.4/335.13.
Concordiæ ſignum.
304.12.
Conclaue.148.18.
Concameratio.384.9.
Conditoria comeatuum.
323.7.
Conſus.368.4.
Conſi ædes, & ara ſubter,
368.1.
Conſtanti Sepulcrum,
23.23.
Conſualia.368.16.
Cornißæ.69.11.
Corragia.277.20.
Coruini ſtatua
Curatores uiarum.
Curatores cloacarum,
200.16.
Curiones.307.4.
Curia.61.22/307.11
Curiæ locus. 307.17/
330.8.
Curiarũ numerus. 307.2.
Curia calabra.62.17.26.
Catonis 308.21.
Duplex.307.5.
Diui Iulij.308.26.
Geruſia.309.2.
Hoſtilia. 112.25/
328.19.
Hoſtila duplex.308.8.
Curiæ nouæ.309.10.
Octauiæ.309.1.
Pompeiana.308.23.
Pompeianæ atrium.
250.21.
Pompiliana.309.6.
Portia.326.24.
Saliorum.308.4.
Senatus.307.7.
Tiphata.308.20.
Vetus. 65.19/
307.23.
Curtius fons.178.2.
Curtij pietas in patriam.
211.21.

Claudij Imp.opa.179.2.
Claudij templum .56. 26/ 113.21.
Claſſes geminæ.153.19.
Clatræ.59.24.
Clauij affigendi ratio, 82.26.
Clauus annalis.33.2.
Cleopatræ Imago.220.13.
Cliui quot.204.11.
Cliuus capitolin⁹.137.18/ 204.12.
Palatinus.204.12.
Public⁹.137.16/204.12/ 11/227.9.
Scauri.137.12.
Suburbanus.137.12.
Vrbicus .20 4.12.
Cloacæ.198.10.
Cloaca unde.148.14.
Cloaca maxima.221.6/ 198.11.
Cloacæ primæ à quo, 198.20.
Cloacarum purgamentum 200.14.
Cloacarum curatores:200.16
Cluere.97.10.
Cluacinæ ueneris ſimulacrum.198.12.
Chriſtianorum deuotio, 103.26.
Chriſocollæ.261.18.
Crypta balbi.64.1.
Crypto porticus.274.27.
Chriſti ueſtigia.36.20.
Cybele.42.10.
Cybelis templum.41.21.
Cyclopis Antrum.57.1.

Deorum numerus. 329.8.
Deorum penatium forma, 211.11.
Deorum magnorum Aræ, 262.11.
Deus Heliogabalus.103.18
Dea ſtrenua.110.7.
Dea lauerna.48.22.
Decum ationes.228.27.
Decuriæ.307.5.
Delubrum Mineruæ. 62.13
Delubrum domitij.64.6.
De lubrum.65.10.
Delphini ſignum.67.14.

Depontani.163.10.
Dianium.341.3.
Dianæ templum.108.1.
Dietæ.104.2.
Dieta mammee.65.17.
Dij troiani.211.7.
Dij ſelecti.329.10.
Dij geniales.329.12.
Diribitoriũ balbi.354.14.
Ditis templum.366.22.
Diuus fidius.59.26.
Doliolum.68.11.
Doliola.221.8.
Dolia,ad Vina.321.5.
Domine quouadis.36.13.
Domiciliũ plebis.319.25.
Domus attici.60.2/132.6.
Auguſti.101.2/62.19/220.3.
Aurea Neronis. 341.13/369.14/191.8.
C.Aquilij.131.13.
M.Aquilij.59.9.
Britiana.57.18.
Cæſaris.222.14.
Q.Catuli. 131.12/59.10/65.18.
Domus Catulli.210.27.
Catilinæ.211.1.
Caſſij.336.9.
Ciceronis.96.24.
M.Craſſi.96.26.
L.Craſſi orat.131.11.
Ceoniorum.65.10.
Chilonis.64.16.
Cornificij.67.16.
Corneliorum.136.17.
Dentati.308.20.
Dioniſij.65.18.
Flauia.60.4/140.12.
Gordiani.192.17.
Heliorum.126.18.
Lateranorum.114.17.
C.Marij 131.13.
Martialis.137.23.
Ouidij.92.6.
Pompeij a uita.58.16.
Pompeij magni.340.6.
Philippi.57.3.
Val.publicolæ.210.21.
Septem parthorũ.67.15.
Tatij ſabini.78.1.
Titi.191.21.
Tyberiana.65.15.

Domus Vectiliana. 57.3.
Vitruuij.65.7.
M.Vaccij.338.1.
Emporium.37.26/330.9/
335.25.
Ennij ſepulcrum. 295.10.
Epulones 292.10.
Equi æneí. 302.25/72.6.
Equi eburnei. 302.26/
72.7.
Equus Cæſaris.220.17.
Aur.Domitiani.220.17/
61.26.
Conſtantini.220.18.
Traiani.62.3.
Equi ænei Tyridatis:
60.26.
Equi ueri ſepulchriani,
295.17.
Equiria cur.64.9/113.25/
269.1.260.7.
Equiria in celio.269.16.
Eſquiliæ.9.24.
Eſquiliæ biceps.120.3.20/
119.21/191.3.
Eſquiliarum ambitus,
121.1.
Eſquilina regio.58.22.
Eſquilina.55.17.
Euander.5.18.
Eudoxia.121.15.
Eufratres 238.22.
Expoſitio infantium,
214.12.
Excubitoria quot, 72.15.
Fabij gurgitis opus,
66.11.
Facinoroſorum pena:
162.27.
Famæ templum.52.17.
Fanum ueneris.261.26.
Faſciola regio.55.24.
Fatidica.5.20.
Fauſtulus. 2.5/202.16/
216.14.
Fauſtuli Tugurium.4.22.
Fauiſſæ Capitulinæ.
90.19.
Febris templa.101.16.
Feriæ Palatinæ.103.11.
Feriæ Sementinæ.
336.23.
Fercula Pompæ.84.7.

Ficus ruminalis .311.8 / 214.13/87.1/61.18 / 62.9.
Fictilium uſus.321.10.
Fidei ſacrarium.80.16.
Fidei publice ædes.80.23.
Fidei templa.80.7.
Fidis uicus.68.1.
Figlinæ.23.3/320.26.
Figulorum collegium. 321.6.
Figlinarum author.321.21
Foci ubi.326.25.
Foculus.128.16.
Foeminarum luxuria: 390.per totum.
Foeneratorum locus, 226.6.
Fontes quot.221.13/173.1.
Fons olei.154.6.
Scipionum 175.1/64.9.
Piconia.175.13.
Iunturnæ.212.13.
Curtius.178.2.
Aquæ claudiæ.177.20.
Aquæ tepulæ.182.15.
Aquæ uirginis.183.18.
Fōs Ceruleus.178.2.
Forum. 328.4/205.3/ 330.9.
Fori extruendi ratio. 223,14/205.3.
Fora quot.70.22/204.22
Fora prima.205.2.
Forum romanum regio. 61.14.17.
Forum Auguſti. 222.25/ 62.3.
Archi marium. 236.8/ 61.1.
Boarium.224.11/93.18/ 62.24/75.7/202.22.
Cæſaris.222.5/62.2.
Cauſarũ.148.19/205.2/ 221.24.
Cupedinis.237.5.
Latium.221.20.
Neruæ.225.26/233.16/ 82.4.
Olitoriũ.226.3/232.11/ 233.8/66.17.
Piſcariũ.232.1/62.26 / 203.1.
Piſtorium.237.9/68.16

Forum Palladium.122.20/ 237.10.15.
Romanum. 220.11/ 221.19/55.18/205.15/ 75.7.
Ruſticorum. 237.9.
Salluſtianum. 236.20/ 59.26/138.22.
Suarium.235.26/ 61.1.
Traiani.234.20/62.3 134.11/284.1/60.18.
Tranſitorium 225.25/ 233.27/58.8/202.19
Venale.205.2/203.2.
Fornix calpurnius.245.14
Fornix Fabianus. 245.6.
Fontis fortunæ ædes, 369.5/69.16.
Fortis fortunæ templum, 154.20.
Fortunæ tres.21.16.
Fortunæ nomina.368.20.
Fortuna publica.60.1.
Fortuna reſpiciens.65.20.
Fortuna mammoſa.67.12.
Fortunæ auentinæ templũ 370.25.
Fortunæ bonæ ſimulacrũ: 83.17.
Fortunæ breuis ædes: 370.22.
Fortunæ calue templum, 370.2.
Conuertentis templum, 370.19.
Dubiæ templũ.155.10.
Equeſtris templũ.370.6.
Malæ ſimulacrum 83.17.
Malæ ædes.369.16.
Muliebris tẽplũ.372.26. 370.5.
Muliebris ſimulacrum. 31.11/130.4/369.17.
Numen.368.20.
Obſequentis templum, 370.16.
Poſtuertæ templũ 371.1.
Primigeniæ templũ 370.11.
Propriæ tẽplũ.370.17.
Proſperæ tẽplũ.370.18.
Reducis ædes.369.25.
Templum nouũ.60.25.
Virilis templũ.155.3.

Fortũæ uirilis ædes.369.4
Viſcatę Templũ.370.18
Vortæ templum. 371.1.
Fulguritum.212.10.
Fundamenta ædif. 384.1.
Flora.137.25.
Floralia.137.3.27.
Frumentarius uicus.68.2.

Gabijs littera diſcebãt ro. pueri.7.13.
Gabij ubi.30.6.
Gaianum.69.9.
Galliarea.56.11.
Galbæ ſepulcrum.45.5.
Gallicanas albas.60.6.
Galluzi 127.9.
Gegania.209.3.
Genius.329.14.
Genij ſacellum ſangi, 60.26.
Geniales Dij.329.12.
Gipſiana.60.23.
Germalum.214.13 | 95.1.
Germalenſe.93.24.
Germalia.202.27.
Gimnaſium. 311.16 | 284.3
Gymnaſium põpeij.311.18.
Neronis.311.19.
Commodi.311.19.
Gypſiana caſtra.60.23.
Gladiatorum ratio.256.8
Gradus pulcri littoris, 77.4.
Gradus templorũ.366.24
Grecoſtaſis.309.22 | 310.10 | 224.6 | 61.19 | 202.21.

Hadriani ſepulcrũ.224.8.
Hadriani priuata. 67.17.
Villa.374.5.
Mauſoleum.166.23.
Hecatonſtilon. 250.10 | 277.14.
Helephantus herbarius, 63.5.
Helenæ Mauſoleũ.376.13
Heliogabalus. 286.13 | 103.18.
Herculis. ſtatua. 224.17.
Herculis, ſullanus.59.5.
Oliuarius.66.14.
Cubans.69 17.

Herculis Tēplū, 330.10.
Hercules Pantheonis, 360.5.
Herculis ſimulacrū. 88.1.
Herculaneus riuus. 182.5.
Hiatus terræ. 211.20.
Hieroglyphica. 287.16.
Hippodromus. 322.9/ 260.7/273.5/174.23.
Hydræ effigies. 326.2.
Honoris templum. 21.9.
Honorij imp. opa. 10.7.
Honoris, & uirtutis lucus: & ædes. 32.2.
Horologium campi Martij. 350.15.
Horrea. 323.9.
Horrea q̃, & ubi. 323.22.
Horrea galbiana. 324.2.
Cartaria, Teſtaria. 58.12.
Horrea germanica. 62.21.
Agrippina. 62.21.
Amiceti. 68.13.
Hortus. 125.26.
Horti celebres extra urbē 373.26.
Horti celebres in urbe. 373.24.
Horti aſiniāi 181.25/67.11
Argiani. 61.2.
Cæſariani. 154.20/ 369.10.
Domitij. 69.12.
Galbæ. 45.4/69.15.
Lucullani. 64.9.
Mæcenatis. 59.4/128.27
T. Martialis. 152.11.
Neroniani. 271.25.
Ouidij. 53.5.
Planciani. 59.4/178.4.
Salluſtiani. 138.4/ 140.16/60.4.
Hoſtia. 39.11.
Hoſtilij regia. 96.6.
Iani quot. 71.8/61.25.
Iani aræ. 225.12.9.
Ianus bifrons. 225.21/ 150.15/218.14.
Ianus q̃drifrōs. 202.22/ 225.4.17.
Iani templum. 17.19/ 232.16/112.6/139.7. 373.3/218.1.

Ianus ſeptimianus. 69.17.
Ianuarius.225 .19.
Ianiculum.69.12/274.1/ 14.22.
Ianiculus ubi additus. 151.7/150.13.
Ianiculi ambitus. 152.14.
Ignis.perpetuus . 208.16.
Ilex uaticana.145.21.
Iliæ Hiſtoria.1.13/215.25
Iliæ mors.1.17.
Imagines.300.18.
Imagines cereæ.305.7.
Impluuium.360.17.
Imperij.ſedes.65.16.
Imperij inclinatio.386.15.
Incendium.220.20.
Inſula tyberina. 68.26/ 344.25.
Inſula Iouis licaonij. 164.8/345.10.
Inſula phelidij.64.20.
Inſulæ loca.69.10.
Intormentium.85.25.
Inter columnia.281.23.
Iouis uiminij Fanum.23.1.
Iouis cœnatio.65.11.
Iouis ſimulacrũ.240.17/ 62.20.
Iouis Imperatoris ſimulacrum.81.13.
Iouis ſimulacrum cũ quadrigis.81.15.
Cuſtodis templũ. 81.23.
Feretrij templũ . 83.20.
Statoris ſimulacrũ.96.16
Sponſoris templũ.80.20
Capitolini ſignũ.148.7
Templũ ubi.330.5.
Statoris ædes . 338.2.
Iouis uiminij ara.59.10.
Iouis ſacellum.91.4.
Iouis uictoris templum. 370.17.
Iouis nomina diuerſa, & cultus.80.26.
Iſeum.54.19/355:12.
Iſis:& ſerapis. 55.16/ 57.13.
Iſis patricia.59.10/355.10
Iſis Antenodoria . 67.13.
Iſidis tẽpla.330.9.335.14/ 353.9.
Iſidis templa tria. 354.19.

Iſidis Antenodoriæ tem-
plum.354.22.
Iuppiter panarius . 318.3/
81.2.
Iuppiter pōpeianus. 64.3.
Iunonis hoſpitæ templum
99.18/108.26.
Reginæ tēplum.109. 6.
Soſpitæ delubrū. 65.10.
Sacellum.91.4.
Templum.330.5.
Iunturnæ fons.212.13.
Iunturne ædes.64.8.
Iudeorum religio.103.25.
Iuuentas.80.5.

Labra ubi.380.22.
La conica.196.11.
Labrum.196.10.
Labicum.28.2.
Lacus.174.5.
Lacus ſeruilius.326.1.
Septingemi.172.27.
Caſtoris.57.22.
Promethei.59.1.
Ganymedis.60.20.
Iūturnæ.61.23 /186.25.
Lacus Curtius. 62.7/
211.20/203.3.
Lanarum textura. 203.19.
Laocōtis uirgiliani.149.7
191.18.
Lapis pertuſus.61.2.
Lapis manalis.34.15.
Lapis,ſemitas.287.19.
Laquearium ſigna.363.19.
Larentalia.138.1/202.15.
373.15.
Latrinæ.383.8.
Latrinæ publicæ quot,
72.11.
Lathoniæ . 317.18/30.13.
Larum ſedes.373.17.
Laurus palatina.101.12.
Lauretum.107.25.
Lauacrum.63.23.
Lauacrū agrippinæ.59.11.
194.12/130.22.
Lauacra.196.5.
Lauacrū apollinis . 265.9.
Lauerna dea.48.22.
Leges Romuli.7.19
Leonis quarti opa .10.24.
Libera.16.10.

Liber.
Liberta. } 373.9.
Liberi templum.330.10.
Libonis puteal. 226.6.
Libertatis templũ.109.18.
Libertatis atrium.109.20.
Librorũ impreſsio ubi primum Romæ.314.15.
Libri numæ cremati.152.8
Libyſſus.202.18.
Licinij ſepulcrum. 22.17.
Lycæus.102.9.
Lychni.100.1
Lychni arboris inſtar, 65.11.
Lythoſtrata.372.11.
Linghuæ latinæ corruptio unde.236.15.
Litteras pueri romani ubi diſcebant.7.13.
Littere latinis traditæ à quo.5.18.
Lothos.58.10/220.13.
Lucus Martis. 216.5/ 120.1.2.
Camenarum.109.21.
Hylernæ.109.23.
Lucus Eſquilinus.59.6.
Petilinus.59.8/18.20.
Fagutalis.59.8/123.2.
Larium.120.1/123.3.
Iunonis lucinæ.120.3/ 123.4.
Petilius.120.11.
Sacer.206.19.
Mephites.123.4.
Intellarius.133.11.
Lucina unde.123.8.
Luctus publicus.141.27.
Lucullanus ager. 182.17.
Ludus.311.20.
Ludi litteranij quot.63.4/ 72.4.
Ludus gallicus. 311.23/ 57.6.
Ludus æmilius. 61.24/ 311.23.
Ludus magnus.57.17.
Ludus Dacius. 57.17.
Ludus mattutinus. 311.23/ 57.6.
Ludus pompeij Lænei, 340.6/311.22.
Ludorum genera.311.25.

Ludi Taurij . 263.16 |
322.15.
Apollinares.263.17.
Olimpici.273.13.
Agonales,20.16.
Lupa ærea cum infantibus
86.24.
Lupæ miraculũ.1.20.
Lupercal . 62.10/65.21/
102.4.21.
Lupercal uirginis . 61.18.
Lupanaria quot.72.10.
Luxuria Romanorum .
387.3/388.3.

Macella quot.72.2 .
Macellũ unde. 125.22.11.
Macellotæ.221.1.
Macellũ.220.27/233. 8/
237.8.
Macellum liuiani.59.2 .
Macellũ magnũ.125.16.
Macella duo.125.15 .
Malũ punicũ.140.15/60.3
Mammeæ 104.3.
Mamæ ſacellum. 69.12.
Mamurius,138.12 .
Mãſiones albanæ . 111.19/
57.5.
Mappa aurea.68.12.
Marforium.88.pro tutum
Marmorũ genera.384.16
Marmaridũ lapis.162.27.
Martis templũ .33.11.24/
330.11 .
Martis templum extra mu
ros.56.1.
Martis ſtatua.359.8.
Mauſoleũ.166.20/348.14
Mauſoleũ hadriani.166.2
Auguſti.144.8.
Hælenæ.376.13.
Maxima ueſtalis. 210.1.
Medius fidius.140.2 .
Megal oſia 99.12.
Meleagricum.64.19 .
Mercatus uenalium. 51.2
Mercatorũ locus.61.26.
Mercatorũ ſacra.35.6.
Mercurij aqua. } 204.
Mercurio lacte }
Mercurij locus.35.5.
Merulana.126.24.
Meretricũ ſolẽne.372.20

Meta.29;.20.
Meta ſudãs.58.16/240.16
Merhodium . 284.1.
Menſa lignea.116.10.
Mentulæ pompa . 21.5 / 372.19 .
Mica aurea.57.5.
Miliarium aureum.14.11/ 219.6/286.20/ 61.21.
Militum pretorianorum hoſpitia.273.16.
Minerua .330.6.
Mineruium.64.20.
Minerua medica.59.10.
Minerua calcidica. 64.20/356.10 .
Minerua ĩ Auẽtino.68.6.
Mineruæ ſacellum . 91.4.
Minutia uetus.63.25.
Minutia frumẽtaria.63.25
Mœnia.327.12/219.23.
Mœnium ambitus nõ ſemper idem.9.27 .
Mœnium ambitus.49.25/ 10.22 .
Mœnia urbis ex ſaxo quadrato.9.28 .
Mœnia nunc extantia à quibus.10.7.24.
Moles *Hadriani*. 272. 10/ 292.24.
Molis *Hadriane deſcriptio*.168.3.
Molendina.159.25.
Molæ aquariæ.160.2.
Moneta unde.77.4.
Monimẽta.239.3/247.5. *ornamenta*.
Montes urbis.73.13.
Mons ægonius.20.15.
Auentinus.104.10.
Auguſtus.111.15 .
Citatorius . 144 . 22 / 351.17.
Ciriciorum.145.2.
Çeſpius.120.4.
Hortulorum.60.15/142.15 144.4/184.11/197.11.
Palatinus.95.11.
Ianiculus.150.7.
Iordanus.145.8.
Latialis ſepticeps.133.10
Quirinalis. 133.17/ 59.20/177.18/370.12.

Mõs Martialis quinticeps: 133.9.
Quirinalis tripces. 133.7.
Pricius.142.16.20.
Romuleus.93.9.
Salutaris q̃rticeps.133.8
Sacer.23.11.
Sexticeps.
Teſtaceus.320.24.
Vaticanus.145.18.
Viminalis.177.18.
Mugonia unde.16.1.
Mundus quid.328.26
Murcia.110.4.
Murcia dea.5.
Murus inclinatus.143.11.
Mutatoriũ cæſaris.56.17.

Naris Flum.ſimulacrum: 318.14.
Naualia. 322.27/158.1/ 149.18
Naualia à quo munita, 11.1/38.9.
Naudle.323.11.
Naualiũ fauces à quo11.5.
Naumachia: 144.20/ 69.11/196.20.25.
Naumachiæ quot.72.5.
Naumachia circi.196.26.
Amphitheatralis.197.1.
Auguſti.197,4.
Domitiani.197.17.
Neronis.198.1.
Cæſaris.198.3.
Nemeſis ſimulacrum. 83.13
Neronis ſepulcrum.18.18/ 143.24.
Neptũnus equeſter.368.7
Nilus.238.23.
Nili ſimulacrum. 87.14. 19/149.3/355.16.
Nymphæ.196.16.
Nymphea quot. 72.6/ 192.26.
Nympheũ diui Alex.59.2
Iouis.60. 22/196.16.
Alexandri.196.17.
Noſcomium.346.16.
Numæ ſepulcrum.151.14.
Regia.96.4.
Numitori regnum reſtitu- tum.2.13.

Obeliſcus

Obeliſcus.286.25/273.12
Obeliſci duo.66.16.
Obeliſci quot. 70.9.
Obeliſci magni quot. 287.5.
Obeliſcus Vaticanus. 43.10/271.17.
Officina.262.25.
Officina monetæ. 89.21.
Officinæ Minij.137.14.
Officina prima librorum impr.314.14.
Olympus.202.26.
Oppius mons.120.5.
Oppius mons triceps. 120.8.
Oppius quadriceps.120.9
Orci ædes.103.20.

Palatium unde.92.22.
Palatinæ.376.20.
Palatium .104.9/ 65.3/ 206.15.19/93.12.
Palatinus pons. 163.29.
Palilia.5.3/4.26.
Palladiū.103.22/208.27.
Palloris.373.6.
Pantheon. 64.10/359.3/ 183.23/357.20.
Pantheon Ioui ultori. 358.5.
Pan.102.9.
Panos Ara.217.19.
Parcæ tres.218.4.
Paupertatis templū. 373.6.
Pax Veſpaſiani.277.3.
Pentapylon Iouis arbitratoris.65.14.
Pharea turris.43.20.
Pila tyburtina. 61.2/ 137.21.
Pila horatia.220.4/61.21.
Piſcina publica. 55.19/ 67.3/196.6.
Piſcinæ regio.190.11.
Pinaria Area. 56.11/ 146.25/209.14.
Pinea arbor.130.24.
Pyramides.291.1.
Pyramis in uaticano. 292.23.
Platea palatina.103.13.
Plateæ Antonianæ.103.15

Platanus.68.13.
Plutonis ara ſubterr.
366.20.
Pomerium urbis.13.4.
Pomerij mutatio .10.5/
13.10/38.7
Pontes.161.12.
Pontes quot 70.15.
Pons Tyberinus primus.
157.27.
Pons æmilius. 162.22/
66.12.
Aelius.166.15.
S.Angeli.166.11.14.
Aurelius.165.5.
S.Bartolomei. 164.24.
Cæſtius.164.20.
Fabritius.164.11.
Ianiculenſis.165.4.
Inſulæ.164.20.
Pons Iudeus.164.14.
Lapideus.162.22.
Lucanus.170.7.19.
S.Mariæ.164.3.
Pons Mameus.170.7.
Mamoratus. 159.24/
162.26.
Pons Nomētan⁹.170.1
Miluius.169.8/280.26
Quattuor capitum.
164.15.
Ruptus.165.6.
Sacer.161.21.
Salarius.170.7/184.10.
Senatorius.163.22.
Salutaris.49.5.
Sixtus.159.23/165.1.
Sublicius.17.22/224.8/
162.9/66.12.
Vaticanus.166.1.
Portus.330 12.
Portus Hoſtienſis.43.1.
Porticū nomina. 281.13.
Porticū genera.274.25.
Porticus.274.16.
Chorintiaca. 274.27/
276.12.
Stadiata.274.26.
Abſidata. 58.9/280.15.
Apollinis Palatini.
277.4.
Antonini, & Fauſtinæ.
279.14.
Argonautarum. 289.4/
64.19.

Porticus Barbarica. 283.4.
Capitulina. 280.10.
Centenaria. 250.12.
Concordiæ. 279.2.24.
Conſtantini. 60.24/ 281.15.
Claudia. 275.21/334.20
Corinthia. 63.26.
Caij, & Lucij. 127.7.
C.N. Octauij. 276.7.
Domitiani. 278.22.
Fabraria. 68.14/281.16.
Flaminia. 280.26.
Gordiani. 281.4.
Iulia. 220.6/61.25/ 279.18.
Liuia. 222.23/57.21/ 275.12/276.26.
Lybiæ. 281.14.
Libitinenſis. 49.9.
Margaritaria. 63.4.
Metelli. 279.11.
Neptũni. 280.20.
Neronis. 278.17.
Octauia. 276.16.
Philippi. 63.24/ 278.27.
Porticus Pãtheõis. 280.23
Perſica. 282.15.
Põpeia. 277.8.
Septimiana. 277.25.
Viſpana. 281.17.
Portic⁹ triplices miliariæ 342.8.
Porta Populi 349.23.
Flumẽtana. } 18.10.
Flãminia. }
Porta Pinciana. 19.15/ 184.9/142.18.
Collatina. 19.20.
Po. Salaria. 140.25/141.11
Quirinalis. } 20.13.
Aegonenſis. }
Collina. 19.15/20.11/ 133.15/138.25/372.7.
Porta. s. Agnetis. 22.25.
Viminalis. 50.9/372.24
Ficulenſis. 23.2.
Numentana. 22.24.
Porta ĩteraggeres. 23.20
Porta. s. Laurentij. 25.23.
Tyburtina. 25.23.
Taurina, 176.11/26.5.
Eſqlina. 26.26/28.23.

Porta *næuia*.28. 8/173.13
67.11.
Præneſtina.28.19.
Labicana.28.19.
Maior. 28.7/176.8.
179.15.
S.*Crucis*.28.7.
Porta.S.Ioannis.29.13.
Cælimontana.29.14.
Aſinaria.29.19.
Porta Gabiuſa.30.20.
Metrodi.30.1.
Gabina.30.5.
Porta Latina.173.13/31.2
Porta.s.Seſtabiani.55.24/
70.3/190.26/310.1.
Capena.294.12/372.27
196.3/31.25.
Camæna.38.4.
Appia.32.10.
Triumphalis. 166.5/
46.19.25/32.14.
Fōtinalis.45.20/34.19.
Porta Tergemina. 37.6/
174.20/106.36.12.
S.*Pauli*.37.5.
Hoſtienſis.160.1
Porta Ripæ.
Portuenſis. } 42.19.2
S.Pācratij.
Aurelia. } 173.14
186.16/44.10/152.17
Porta Subtus Ianū 45.19
Septimiana. 45.10
Fontinalis. 34.19
Porta triumphalis. 46.5
S. *Spiritus*.47.7.
Vaticana.46.6.
Porta Turrionis. 47.10.
Porta Antiqua .48.1.
Porta pertuſa.47.15.
Porta Ianualis.49.8.10.
Viridarij.47.21.
S.*Petri*.44.18.
S.*Pæragrini*.47.20.
Caſtelli.47.25.
Saturnia.74.14.
Porta Carmētalis. 15.26/
16.19/62.14/203.1.
373.3.
Scelerata.16.24.
Pandana. 15.26/16.7/
90.12.

Porta Mugonia. 15.26 / 95.10
Querquetulana. 48.19.
Mutia. 323.5 / 155.17.
Quintia. 323.6 / 155.19.
Ad prata. 47.22.
Poſterula. 47.11.
Raduſculana. 67.10.
Stercoraria. 49.20.
Feneſtella. 49.13 / 230.1.
Mutionis. 49.12.
Romanula 16.10 / 49.10.
Sancualis. 49.6.
Minutia. 49.2.
Salutaris. 49.5.
Piacularis. 49.4.
Catularda. 49.3.
Rutumena. 49.1.
Lauernalis. 48.22.
Agonalis, Aegonalis 20.14.
Libera. 16.10.
Trigonia. 16.2.
Portæ abolitæ. 48.15.
Portæ in pontibus. 50.3.
Portæ æneæ. 380.19.
Portæ ſanctæ. 376.6.
Portæ portuenſis inſcriptio. 10.8.
Portæ Romuli: & nomina 15.25.
Portarũ numerus. 14.24.
Portarum extãtiũ nomina. 48.15.
Portũni ædes. 43.17.
Poßidonius. 368.10.
Poſtulio. 211.21.
Prata. 102.2.
Vaticana. 148.23.
Bachi. 65.7.
Flãminia. 263.7.
Prætura præſtantißima 57.18.
Promethei lacus. 56.12.
Propugnacula urbis ſine numero. 11.8.
Prothyrion quid. 362.13 / 280.24.
Pudicitiæ fanum. 164.11.
Pudicitiæ patriciæ ſacellum. 62.24.
Pupæ Veneri ericinæ. 21.4.
Puteal. 226.11.
Puteal, bybonis. 61.25.

Puteus aq̃ ſaliaris.128. 6.
Puteus uinarij.128.7.
Puticulæ.128.19.
Quercus. 84.5.
Querc⁹ capitolina.100.15
Querquetulanus. 111.6.
Querquetulanum ſacellũ. 123.3.
Quirinalis collis. 9.24 / 310.5 / 130.13.16 / 132.19. 97.18 / 272.23.
Quirinalis cliuus ſiniſter. 60.16.
Quirini ſacellum.20.14.
Quir.ædes.34.3 / 138.24.
Quirinus.366.4.
Quirini foſſæ.151.14.
Quinquatria.112.16.
Ramnuſia. 83.14.
Regia hoſtilia.112.8.
Ancus.96.9.
Tulli.57.3.
Ser.tullij.59.5 / 340.25 / 96.12.
Remi.110.10.
Regiones urbis.54.16.
Regionũ urbis nomina. 55.15.
Regio tabernolæ.126.25 / 55.21.
Regio ſuburrana.55.22.
Remuria. 292.21 / 68.12 / 110.9.
Remus.1.16 / 238.24.
Remi mors.7.16.
Riuus Herculeus.182.5.
Roma cur in palatio potius condita.2.24.
Roma q̃drata.65.6 / 4.15.
Roma a quo: et ũde.3.14
Romæ Laus.394.4.
Romæ quo tempore condita.3.2.6.6.10.
Romæ deſignatio.4.23.
Romæ natalis.4.26.
Roma idem q̃ ualẽtia. 5.15
Roma unde.5.17.
Romæ nomen occultum. 5.27 / 6.3.
Romani primi coloni.3.1.
Romus.1.15.
Romulus unde.3.19.
Romuli ſcyphus. 213.24.
Romulus qua ætate urbẽ condidit.3.25.
Romulus rex.6.24.

Romuli caſa. 95.23.
Romuli geneſis. 4.6.
Romuli, & Remi expoſitio. 1.19.216 .11.
Ro. & Re. cõtentio. 3.4.
Romurius ager. 110.8.
Roſtra. 61.14.
Roſtra populi romani. 205.21.
Roſtra noua: & uetera 205.27.
Ruma. 1.14/216.10.
Rumiæ ſacellum. 215.17.
Rupes capitulina. 221.15.
Romuli laus. 7.4.
Roma quibus artibus creuit. 9.7.
Romæ ambitus. 11.20.
Roma ab ocriculo ad mare. 11.20.
Roma cur condita. 12.10.
Romannla. 16.10.
Sabinarum raptus. 7.11.
Sacella. 373.14.
Sacellũ deæ uiri pl. 101.23
Iouis, Iunonis, Mineruæ. 120.3/136.26.
Sacellum Senecte. 373.6.
Pudicitiæ patritiæ. 62.24
Querquetulanum. 120.2.
Sangi. 60.26.
Mamæ. 69.12.
Marianum. 126.20.
Aequi ænei Tyridatis. 60.26.
Sacerdotũ uictus. 209.18.
Sacrifitia gratiora. 371.17
Sacri portus. 94.23.58.8
Salinæ. 66.13/323.9/324.13/37.18/174.8/106.4.
Saltus panos. 217.18.
Samium coragium. 57.18.
Sandalia. 204.9.
Sardonix gẽma. 334.10.
Saturnius. 74.12.
Saturnia. 90.11/203.3.3.2/14.21/74.16.
Saxum tarpeium. 76.25.
Scalæ annullariæ. 220.3/100.27.
Scalæ caci. 106.16.
Scalæ gemoniæ. 68.14.
Schola. 311.15.

Scola Queſtorũ. 57.21.
Capulatorum. 57.21.
Caßij.68.15.
Scipionis Sepulcrum. 293.6.
Scyllæ imago aurea. 206 9.
Scurræ ubi ſepel. 155. 23.
Sciæ fortunæ ædes. 369.13.
Semita è ſaxo quadrato. 33.22,
Senatores unde. 3.23
Senatus ubi.307.7.
Senatus curia.307.7.
Senatula urbis quot.70.1. 309.18.
Senatulũ.309.15/202.20. 89.26.
Senatulum aureum. 61.21/ 309.24.
Senatulum mulierũ.310.7. 60.4.
Septinzonia .296. 21/ 297.4.
Septinzoniũ unde.297.17. 368.2.
Septi. ſeueri.65.20.
Septi ſolium. 296.23/ 297.19.
Septhodium.297.18.
Septimij ſimulacrum. 304.22.
Septa agrippinæ.327.26.
Septẽ, tabernæ.220.21.
Septem montes.202.4.
Septimontiuũ.73.10.
Septius mons quinticeps. 120.10.
Septi collis.202.17.
Septa.351.12.
Septa trigaria. 64.8/ 352.20/273.3.
Septa cãpi martij.144.18/ 350.26.
Septa Agrippina.352.15.
Sepulcrorum ſantitas. 301.1.
Sepulcra quibus.295.10.
Sepulcrum.295.17/152.8.
Sepulcra extra urbem. 294.17.
Sepulcrũ ſcurrarũ.155.23
Hadriani.166.23/224.8

Sepul. Auguſtorum.64.10
Numæ.69.14/151.17.
Romuli,139.11.
Statij poetæ.152.9.
Antoniorum.166.25.
Neronis.143.24.
Metellæ.194.4.
Ceſtij.291.25.
Scipionum.295.10.
Accij poetæ.295.12.
Stēmata.305.13.
Seruorum nequam ſupplicia.327.6.
Seruij Tullij regia.95 12/59.5.
Seruij Tullij opera. 12.21.
Serapidis, & ſerapidis. 57.14.
Serapidis templum.330.9. 335.13.
Seraptum.64.19/55.17/57.14.
Serica uby.203.16.
Sexagenarij.163.11.
Simulacrum quid. 305.19.
Simulacrum cereris.303.1.
Auguſti.304.20.
Simulacrum Apollinis. 204.10.
Septimij.304.22.
Naris Flum. fl.318.14.
Herculis œnium.229.3/88.1.
Nili.87.14.
Tigris.87.14.
Veneris cluacinæ. 198.12/98.26.
Solarium 327.23.
Spolium ſacrarium. 57.5.
Sponſalia ubi.139.16.
Signa quot.72.8.
Signū cōcordiæ.304.12
Signum caſtoris, & pollucis.223.6.
Stadium.322.10.
Statuæ.300.16.
Statua æqueſtris. M. Aurelij.301.10.
Statua aurea Domitiani. 302.2.
Equeſtris Traiani. 302.18.
Equeſtris Conſtantini. 302.20.

Statua Equeſtris. Q. Ma-
rij. 302. 23.
Equeſtris Cæſ. Dict.
301. 18.
Intẽplo Iouis. 61. 17.
Herculis Tunicati.
206. 11.
Statuæ legatorum. 304. 8.
Statuæ nudæ. 303. 3.
Statuæ Tunicatæ. 303. 4.
Statua equeſtris togata.
303. 6.
Nauij. 303. 7.
Horatij coclidis. 303. 8.
Mutij. 303. 9
Clæliæ. 303. 9.
Neuij poetæ. 303. 10.
Scipionum / Ennij. 303. 15.
Iunij bruti. 303. 20.
Bullata Lepidi, 303. 25.
L. Scipionis. 304. 1.
Syllæ. 304. 4.
Claudiæ. 304. 18.
Syllæ aurea. 302. 20
Loricata Cæſaris
222. 10.
Statua Coruini. 223. 8.
Mamurri. 60. 1.
M. Ludij. 61. 19.
Valeriana. 69. 14.
Siciana. 69. 14.
Stabula factionum. 63. 22.
Stadium Methodium.
197. 19.
Stationes municipiorum
62. 2.
Stagnum. 197. 26/
261. 20.
Strenua Dea. 110. 7.
Submenianum. 327. 15.
Subrumi. 215. 20.
Sublicius pons. 161. 20.
Sublices. 162. 13.
Suburra. 50. 15. 21/
57. 22.
121. 6/203. 3/340. 3.
Suburranum. 203. 3.
Suburbana. 374. 1.
Suelia. 65. 11.
Suppliciorum author.
209. 12.

Tabernæ decem.60.4.
Tabernæ nouæ.320.6.
Tabernæ nouæ, & vete-res.220.19.
Tabernæ Argentariæ 220.22.
Tabernæ fori.221.2.
Taberna meritoria. 154.6.
Tabernola.339.24.
Tabellæ æreæ.115.26.
Tabulæ quot.72.8.
Tarpeia.209.4.
Tarpeius. 5.9.74.4.19/ 76.26.
Tarpeius mõs ubi, & quo. 86.17.
Tarpeiæ effigies. 75.9.
Tarpeius biceps. 75.12.
Tarquinij Regia. 96.10.
Tarquinij ſuperbi regia. 96.14.
Tegulæ marmoreæ. 370.9.
Templa ædes fana ſacel-la.370.9.
Templum. 328.10/ 235.16/153.3/99.18/ 370.6/225.16/80.20 62,3/108.1/83.20.
Templorum aditus, & gradus. 362.12/ 366.22.
Templa in altiſsimo qui-bus.330.7.
Templa extra muranea 371.15/372.6.
Templum Apollinis. 59.24/145.24/63.23 264.15/65.11.
Agrippæ inſtauratum. 224.8.
D.Antonini.64.12/ 279.19.
Aij locutij.52.15.
Bellonæ 64.16/265.15. 310.2/266.1.

Tẽplũ Bonæ deæ.105.16/ 67.13/68.11.
Boni euentus. 64.16/ 363.6.
Bruti calaici.64.5.
Bruti.300.5.
Camenarum.303.12.
Caſtrorum.274.5.
Caſtoris. 302.24/66.15.
Caſtoris: et pollucis. 213.12/215.7.
Cereris. 66.10.15/262.1.
Claræ & Apollinis. 136.22.
Claudij.178.7.
Conſi. 261.23/68.6/ 368.1.
Concordiæ. 309.22/ 333.6.20/61.23.
Deæ uiri placæ.65.13.
Deorum tutelantiũ.330.5.
Deorũ penatium. 96.6/ 210.19/62.1/211.3.
Dij Iouis.65.19.
Dianæ. 252.10. 68.9.
Ditis patris.66.10.
Templũ Eſculapij.335.13/ 69.16.
Fauni.345.17/69.10.
D.Fauſtinæ.58.6/93.11.
Fidei.65.8.
Fidij.133.9/139.26.
Floræ.59.25.
Flauij.140.12.
Flauiæ gentis.60.3.
Fortunæ proſperæ.229.21
Fortunæ primi greniæ. 140.10.
Fortunæ publicæ. 131.23.
Fortunæ uirilis.369.9.
Fortunæ muliebris.370.5
Fortum equeſtris. 368.26.
Fortunæ ſeiæ.364.2.
Fortunæ malæ.369.17.
Hadriani.223.24.
Heliogabali.103.18.
Herculis.227.26.
Herculis uictoris.227.18/ 106.4/62.24.
Herculis cuſtodis.229.12/ 266.11/63.24.
Herculis muſagetes. 252.10.
Honoris.294.24.

Tĕplũ Fani.64.4/112.6/
139.6.
Iouis. 322.24/330.6/
69.10.
Iouis opt.max.62.17/
78.9.
Iouis uictoris. 65.17/
101.4.
Iouis ſtatoris.65.6/338.2/
96.16.
Iouis cuſtodis.81.23.
Iouis tonantis.81.6/62.19
Iſidis.269.23/352.26.
Iulij Cæſaris.61.16.
Iunonis Matutæ. 66.20.
Iun.laciniæ.120.12.
Iun.Reginæ.19.6/68.15.
Iun.Lucinæ.59.8.
Iun.Cuſtodis.233.26.
Iuuentutis.262.2.
Iunturnæ. 64.8.
Larum.96.10.
Libertatis.109.18/68.9.
Lunæ.109.11/68.9.
Malæ fortunæ.369.16.
Magnæ matris.99.10.
Martis.265.13/330.11/
373.1/310.1/252.20.
Tĕplum Martis. vultoris.
223.12/62.3.
Matris Deorum. 304.18/
65.9.
Matutæ. 230.9/63.1/
229.21.
Maxima ædes.66.14.
Mentis.83.5.
Mercurij.66.10/262.3/
330.9/56.5.
Mineruæ.112.12/62.21/
82.25/56.9/32.24.
Miſericordiæ.85.3.
Monetæ.333.18/76.10.
Murciæ.66.16.
Neptunni.352.12.
Neniæ.322.24/23.5.
Opis.61.20.89.4.
Opis, & Saturni.61.20.
Pacis. 328.3/222.24/
55.17/275.13/331.11/
241.12.
Pacis regio.58.5.
Palladis.302.1.
Pietatis. 233.4/251.9/
66.18.

Templũ Pompeij. 66.15.
Portuni.66.11.
Pudicitiæ.203.2.
Pudicitiæ patritiæ.
230.26.
Pudicitiæ plebeiæ.231.14
Quirini etiam nouum.
60.2.25/132.14/
137.15/366.3.
Quietis.372.25/28.4.
Reducis fortunæ.369.25.
Remi 58.5.
Rhamuſiæ.65.14.
Romuli.62.1/330.22.
Ridiculi.373.1.
Salutis. 59.23/133.8/
139.20.
Saturni. 202.21/219.10/
252.13/89.4.9.
Serapidis.59.24 / 139.18.
Solis. 135.14/60.22.
Spei. 232.26.60.25/
32.23.
Telluris. 340.9/58.6/
336.1.
Tempeſtatis. 56.2,10/
35.10.
Templun Titi: & Veſpe-
ſia.62.8.
Veiouis.62.11/86.8.
Veneris.58.6/66.11.
Veneris caluæ.77.15.
Veneris genitricis.
220.7/279.19/
301.26.
Veneris, & Cupid.
258.2.
Vertuni.112.6.
Veſtæ.220.25/186.26
212.13/62.1/150.26
206.18.
Victoriæ. 219.26
61.15.
Viturbij.102.1.
Vulcani.63.24/265.1
Terminus. 79.5/80.
Terminalia.80.9.
Terentus.366.9.
Terenti uſus. 367.11.
Teſtaceus mons.320.2
Theatrum. 247.2
249.13.
Theatra quot. 72.3
249.10.

Theatra temporaria. 248.2.
Theatrum cornelij balbi 252.3.
Caſſij.252.15.
Iulij Cæſaris.252.19.
Lapideum. 252.18/370.6.
Ligneum.248.2.
Marcelli.64.3/249.10/251.5/232.15.
Pompeij. 136.13/64.11/249.20/246.16.
Præneſtinum.253.10.
Scauri.249.1.
Traiani.252.24.
Thenus. 5.20.
Thermæ.187.12.
Thermæ quot. 71.4/188.10.
Thermarum uſus.187.23.
Thermarum Imbres. 197.24.
Thermæ Agrippæ. 64.16.
Thermæ Agrippinæ. 188.10.
Thermæ Alexandrinæ. 64.15/189.10.
Thermæ Antonianæ. 67.6/190.10.
Thermæ Antoninianæ. 67.14.
Aurelianæ. 154.18/196.4.
Comodianæ, et Seueria‑næ.56.15/196.2.
Conſtantinianæ. 60.4/134.23/194.18.
Balbi.64.1.
Decij.105.19/195.27.
Diocletianæ.195.17. 60.4/129.16/193.6.
Domitiani.195.18.
Gordianorũ.127.20.
Gordiani.192.17.
Hadriani.190.7.
Maximiani. 193.6.
Neronianæ. 54.15/189.10.
Nouatianæ. 131.5/194.5.
Olimpiadis. 59.11/130.21/194.12.

Thermæ Philippi.57.20/
14.29.
Septimianæ.154.19.
Seuerianæ.56.15.
Siriacæ.196.1.
Titi.57.19.
Titi anæ.191.1.
Traiani.57.19/122.15/
192.2.
Varianæ,& Syriaaæ.
68.10/196.1.
Theſauri publici ubi:
89.5.
Tigillum ſororium.
340.14/58.14.
Timoris templum.373.3.
Titi tatij domus.96.3.
Tyberis rheumata.
364.9.
Tyberis,ſimulacrum.
356.3/149.4.
Tyberis Aggeres.
157.21.
Tyberis laus.156.10.
Tyber per uelabrum.
214.7.
Tyberini atrium.40.14.
Typus matris deum.
103.21.
Traiani cineres.284.6.
Tralli area.56.10.
Trãſtiberina regio.
42.20/155.23/68.25/
153.17.
Trãſtiberina.55.20/
196.4.198.3.
Tribus Lemonia.32.6.
Trigaria.260.5.
Trigonia unde, & ubi.
16.3.
Trinoctia ſacra.367.7.
Triumphalis pons:& por-
ta:& uia.166.4.
Triumphalis pompa.
238.16.
Trophea.84.7/61.21
Trophea Marij.126.5.
Tubi luſtrum,322.22.
Tullianum.316.11.
Turres in manibus.
10.25/
Turriũ urbis antiquæ nu-
merus.11.7.
Turris

Turris Mœcenatis . 128. 14/129.6/135.8/ 58.25
Turris Meſa.134.25.
Turris Militiarum. 134.9
Vaticanus.69.11.
Vaticani ornamēt. 191.25
Valentia.5.15.
Vallis Quirinalis.131.19.
Vaticanus Deus.145.27.
Vaticana ornam.149.20.
Vergilij domus. 129.10.
Velabrū.186.24 / 226.16.
Velabrum maius. 66. 20.
Velia.210.13/94.20/ 65. 19.
Veſta. 150.26.
Veſtæ Aedes.206.23/208 6/ 332.7/ 303.10.
Veſtæ locus.315.10.
Veſtales.209.1.15.
Veſtaliū numerus.209.8.
Veſtæ ignis. 103.21.
Veſtalis qualis. 209. 19.
Veſtalium inceſtus pœna. 141.15.
Veſtibulum.314.25.
Vertumnus.203.11/1 10.22 327.5/ 202.21
Vertumni ſignum.203.12 63.2/ 327.3/ 214.10.
Vertumni Aedes. 63.5.
Venus Murcia. 110. 2.
Veneris ſimulachrū.372.8
Verticordiæ ſimulachrum 21.7/372.8.
Veneris Templū. 330. 11.
Veneris criſinæ ædes. 20. 19/59.3/372.7/83.12
Veneris cluacinæ ſimulachrum.198.12.
Veneris Cluacinæ ſigna. 98.26.
Veiouis Templum.82.16.
Veiouis ſimulacrū. 86.9.
Vecliénſe.94. 25.
Verranij ager. 26.14.
Vertumnus.68.S.
Veſpaſiani Lucus. 56.12.
Vexilla quot.72.16.
Viarum ratio.15.18.
Viarum capita.15.6.
Viarum nomina.18.1
Viaꝝ numer⁹.15.5/71.16
Via Aemilia.53.9.
Amilia duplex. 53.11

D

Via Alta Semita. 50.5.
Appia .246.8/31.22.
174. 15/32.10/35.17
54.13/275.6/293.26
294.8/373.27.
Ardentina.53.22.
Aurelia.44.26/ 54.9
Caſsia.53.15/54.9.
Campi Martij. 52.26.
Sempana.29.25.
Cimina.53.14.
Claudia.373.27.
Collatina.19.26/ 183.
22.
Cornelia.53.22/ 136.
Conſularis.54.8 (17
Figulenſis.23.7.
Flaminia.54.10/144.
19/351.15/18.17/94
10/243. 21.
Fornicata. 144. 19/
351.15/53.3.
Gallicana.53.18.
Hoſtienſis.38.10.
Labicana.181.23/ 50.
20/27.25/28.24/121
7/272.17/372.26.

Via Latina.181.23/182.18
186.3/53.18/ 370.5
31.1/372.26/29.27.
Lata.19.10/50.10/55.
17/60.15.
Laticulenſis.53.22.
Laurentina.53.22
Nomentana.22.11/ 23
7/ 273.1.
Nouæ. 297.8/67.12/
52.4.
Patinaria.53.19.
Portuenſis.42.26.
Preneſtina.183.15/50.
24/ 27. 25 /28.22/
127.20/192.19.
Publica.53.1
Quintia.53.18.
Sacra . 202. 20 . 27/
275.12/335. 21.24/
51.9/279.12/ 245.6
Salari[illegible]20/1.22.8.
S[illegible] 19.21.
[illegible].53.22.
[illegible]cēſis.178.1/182.1
[illegible]urrana.50.15
[illegible]yburtina.26.5.

Via Tyberina.53.14.
Traiana.45.2
Triũphalis.166.5/ 52 20/36.7.
Valeria.53.15/ 30.12/ 175.23.
Vitellia.52.23.
Vici quot.204.4
Vici Preclari.203.23
Vicus Apollinis.65.5
Affricus.204.2.
Amienſis.202.22.
Armiluſtri.68.4
Aquæ Salientis.67.8.
Bellonæ.59.22.
Bructanius.69.6
Capitis canterij.68.4
Cenſori.69.2.
Ceſeti.68.2
Ceios. 67.7.
Cypri°.121.15/203.25 341.4.
Calopeti Paſto.67.10
Colũnæ ligneæ.68.6.
Curtarum.65.4.
Dianæ.67.7.
Druſiani.56.6.
Vicus Faliſcus.202.24.
Fabritij.56.9.
Fidij.68.1.
Fortunati.68.4.
Fortun.mamoſæ.67.9
Fortunæ reſpicientis. 101.22.
Fortunæ obſequentis. 56.7.
Fortunæ dubiæ. 68.8.
Frumentarius.68.2.
Gemini.69.3.
Honoris, & Virtutis. 56.8.
Ianuclenſis.69.4.
Inſusq; Diti.65.4.
Iugarius.327.4/227 10/61.20/63.1/ 204 4/75.7.
Laici reſtituti.69.8.
Laici militarij.68.3.
Laici tecti.67.9
Laterlianus.202.25.
Larum rurſus.69.5.
Ligurum.62.12.
Lõgus.202.22/204.8
Loreti minoris.68.5.

Vic⁹ Loreti maioris.68.7
Materiarius.68.6.
Mamuri.59.23/138.12
Mondiciti.68.7.
Nouus.68.5.
Padi.65.3.
Patrici⁹.131.6/203.23
Patratilli.69.8.
Pauli.69.6
Piſcinæ publ.67.5
Ploti.69.9
Portæ Raduſculanæ.
67.10.
Portæ Neuiæ. 67.11.
Puluerarius.56.7.
Quadrati.69.4.
Raciliani.69.4.
Roſtrati.69.3.
Salutaris.69.6/ 65.5.
Stelatinus.202.23.
Sabatinus. 202.23.
Sandalarius.204.8.
Scauri.112.18.
Sceleratus.121.16/203
27/340.25.
Saufei.69.8.
Sergi.69.9.
Vicus Socianus.69.4.
Sex. Luceij.69.6.
Sobrius.204.6.
Sini publici.69.7
Sulpitij.56.6.
Triumuirarum. 68.2.
Trium Alitum. 68.4.
Trium Ararum.56.8.
Triarij.67.8.
Tuſcus.110.21/111.13.
112.5/201.11/203.11
75.7/204.4.
Veiens.202.24.
Valerianus.69.6.
Valerij.68.3.
Viberini.69.9.
Veneris Almæ. 67.6.
Vnguentarius.63.4.
Victoriæ ſimulachrum ex
auro.307.20 / 78.10.
Victoriæ ædiculæ. 99.17
Pictura.307.21.
Alexãdri mag.223.6.
Germanica.65.21.
Aureæ.61.17.
Villa publica.64.6/267.
4/351.10/

illarum ſumptuoſitas. 372 18.
illa Hadriani Tyburtina.374.5.
iminalis eollis.9.24/59 1/121.12/130.16/
iriplacæ Deæ Sacellum 101.22.
irga Aron.116 .14.
itis miræ magnitudinis 275.26/
itulus Menechmus.371. 27.
iuarium.24.25 / 25.10/ 128.9.
mbilicus Vrbis . 219.5. 62.8.
nguentariorum locus. 203.21.
Volupiæ Sacellum.16.11.
Vrbs antiqua.9.20.
Vrbs ſaxo quadrato cincta.9.28.
Vrbs quando a Gallis capta.77.12.
Vrbis excidia. 361.4/386 15/391.per totum.
Vrſus pileatus.127.15/55. 23.
Vulcani Templum.330.12 213.22.
Vulcanali.58.10.
Vrbis priſcæ ambitus.10. 9/11.17.
Vrb. partes celebres.12.4
Vrbs Romuli.14.2.
Vrbis ſitus.14.16.

Τέλος

[illegible]

[illegible]

Valens [illegible]

[illegible]

ANDREAE FVLVII ANTIQVArii Rom. de Antiquitatibus Vrbis ad Clementē VII. Pont. Max. Liber Primus.

Natalis VRBIS.

DE cōdita Vrbe, & eius uocabulo uaria eſt inter ſcriptores opinio, uetus enim, & cōſtas fama eſt, alijs prætermiſſis, Romulū Marte, Siluiaq; ueſtali genitum, Romam terrarum caput condidiſſe, author diligentiſſimus. M. Varro. Imaginem Vrbis, magis q̃ Vrbem fecerat, quia incolæ deerant, cæterum ne res tanta in arctū conficiatur, ab Iliæ puerperio altius exordium repetēdum eſt. Siue illa Genij, ſeu mortalis forſan cōpreſſu prægnās facta eſt. Et quia locus Marti dicatus erat à Marte compreſſa, unoq; partu ædidit infantes, quibus Ruma, ideſt, māma Lupæ nomen fecit. Alter Romus, alter Remus appellatus eſt. Iubente Amulio, qui tunc rerum potiebatur, Ilia mater in Aniene ſubmerſa eſt, ſeu iuxta legē, in terra uiua defoſſa, infantes uero, in Tiberi, lōgius ab Alba expoſiti, nō potuerūt extīgui, quibus interim Lupa (mirum) paulo ante fœta ac relictis catulis, uagitū ſecuta, uelut nutrix ube-

ra admouebat. Ouidius libro. III. faſtorum,

Hoc ubi cognouit contemptor Amulius æqui,
(Nam raptas fratri uictor habebat opes.)
Amne iubet mergi geminos, ſcelus unda refugit,
In ſicca pueri deſtituuntur humo.

Forte accidit, ut Fauſtulus regij pecoris magiſter iter illac haberet: illos cum conſpexiſſet sugere ubera Lupæ, fugata clamoribus fera, ſtuporis plenus, accœptos in Alueolo, Larentiæ uxori educandos dedit. Numitor tunc à fratre Amulio regno pulſus, in agro ſuo uixit. Pueri cum adoleuiſſent, & in notitiam aui iam perueniſſent, collecta paſtorum manu, interfectoq; apud Albam Amulio, Numitorem in regnum Albanum reſtituerunt. Ouid. eodem libro.

Martia terſenos proles adoleuerat annos.
Et ſuberat flauæ iam noua barba comæ.
Vt genus audierant, animos pater editus auget,
Et pudet in paruis nomen habere caſis.
Romuleoq; cadit traiectus Amulius enſe.
Regnaq; materno reſtituuntur auo.

Quibus poſtea cum optionem faceret de deducenda colonia, Placuit eam primum in palatio condi, eo ꝙ ibi Romulus ſeruatus, nutrituſq; eſſet, ijs auus dedit pecunias, arma, ſeruos, onerariaq; iumēta, quæq; Vrbi condēdæ uſu uenirent. Ad tria hominum millia ex alba, quæ tunc

erat caput Latij in Coloniam adſcripta: Quicunq; palatium Saturniam ue incolebant, præſenti multitudini adiunguntur, diuiſis inter ſe copijs, cõfeſtim quicquid hominum fuit, in duas abijt factiones. Sed dum de imponendo nomine contentio orta foret, perſuaſit Numitor, ut qui meliores aues uidiſſet, imperaret. Remus primus uiderat aues ſex in Auentino, Romulus. XII. in palatio. Naſcitur contentio de tẽpore, item de numero, Factiones ambæ ſuos defendebant reges, à certamine uentum eſt ad arma, ab armis ad cædem. Fauſtulus dum controuerſiam ſedare nititur, uulneratus eſt. Deniq; Romulus dijs fauentibus ſuperior urbem condidit. (Nam rerum omnium magnarum à dijs immortalibus principia ducuntur). Romã Romulus de ſuo nomine appellauit, & ideo Romam non Romulam, ut ampliore uocabuli ſignificatu proſperiora ſuæ patriæ ominarentur. Romulus, & Remus à uirtute ideſt à robore, græca origine, ut nonnulli uoluere, appellati ſunt. Romulus primus urbis, & Imperij conditor, ad quod conſtituendum uirtus, & fortuna cõtendiſſe uidentur. Conſiliũ reip. penes ſenes fuit. Qui ex authoritate patres ab ætate ſenatores uocabãtur.

Qua ætate Romulus Vrbem condidit.

Romulus duo de uiginti natus annos urbem condidit olympiade. VII. Anno. CCCCII.

poſt captum ilium. xi .Cal.maias,hora poſt ſecundam ante tertiam , Sole,in Tauro : Luna in Libra, Ioue in Piſcibus,Saturno,Venere , Marte, Mercurio in Scorpione, ut prodidit.L. Tarrutius Mathematicorum Varronis ætate præſtantiſſimus. Romuli geneſin intuitus, ꝗ ex his, quæ de illo memoriæ prodita , longa temporum ſerie retro ad calculum reuocata , Varronis iuſſu eſt conſecutus , & conſtanti aſſe ueratione monſtrauit primo anno . VII. Olympiadis Romulum concæptum.XXIII.die menſis Decembris,hora tertia, qua Sol omnino defecit. natum uero.XII.Cal . Octobris,qui uigeſimus fuit Septembris. Ferũt urbem Romam geneſin habuiſſe una cum conditore ſuo Romulo , quod auſpicatiſſimum fuit augurium ut tradit Cenſorinus.Dicta eſt autẽ Roma quadrata,ꝗ forma prima Vrbis quadrata fuit,eo ꝗ ad æquilibrium fuerit poſita, & ambitus amplior , ꝗ̃ eo tempore multitudo incolentium eſſet.Monumentum autem Romæ quadratæ manſit in palatio. Ea incipit à ſilua quæ eſt in area Apolinis,& ad ſupercilium ſcalarum Caci habet terminum,ubi tugurium fauſtuli,ubi Romulus manſitauit qui auſpicato fundamenta iecit , ſulco urbem deſignans uomere æreo , uictis albis, & intactis , bobus maſculo,fæminaq;,altero extrinſecus, intrinſecus altera,quos abſoluto opere immolaſſe dicitur. Obſeruatumq; deinde nequa hoſtia palilibus cæde

retur. ut dies iſte à ſanguine eßet purus, cuius rei meminit Propertius cum inquit.

Vrbi feſtus erat, dixere palilia patres.
Hic primus cæpit mœnibus eße dies.

Quod multis etiam uerſibus proſequitur Ouidius & Liuius, & Dionyſius alicarnaſeus ſatis multa ſcripſere, eũq; diem feſtum Romani agunt natalem patriæ nũcupantes. Quatuor fuere prius urbis portiones. paulo poſt adiectus mons Tarpeius, non penuria locorum, ſed ne quis hoſtium illo occupato obeße poßet. Tenuerunt hæc loca primum (ut uulgatior fama hẽt) Arcades, qui illic oppidulũ offenderunt. Nam primum ab initio oppidum fuit à iuuentute latina Valentia appellatum. Quod cum Euander ad ea ueniens loca extruxißet, ſeruata impoſitiõe nominis ſignificatione, Romà nũcupauit. Siquidẽ græci Rhomin Valẽtiã uocãt. Arcadũ uero dux Euãder qui profugus ex Arcadia literas latinis dedit, uel ut alij ſcribunt, eius mater Carmenta, quæ à græcis Themis à latinis uero Fatidica nuncupatur. Præterea in palatio monte rex Euander prius Herculem, deinde Aeneam hoſpitio excepit. fuit etiam in eodem monte caſa Romuli: quæ durauit admultas ætates, & cuſtodiebatur à miniſtris ſacrorum. Roma inquit Pomponius Mela quondam à paſtoribus condita, nunc ſi pro materia dicatur alterum opus. Ea eſt terrarum caput, cuius nomen alte

rum dicere nefas, unde diua Angerona, cui ſacrifi catur ore obligato ſignatoq; ſimulacrum habebat, alioqui Romæ nomen, & nominis origo uulgata eßet, atq; manifeſta, quæ occulta ſaluberrima reli- gio ſanxit, cuius nomen proferens Valerius ſora- nus meritas dedit pœnas.

In qua orbis regione urbs condita.

ROma in occiduis partibus in Latio condita. centum uiginti ſtadijs à Tyrrheno mari di- ſtans, ubi erant tuguria, & paſtores diuerſorum pe corum. Albanorum uero genus mixtum erat ex Ar cadibus, Epæis, & pelasgis, ac poſt euerſionem Ilij cum troianis duce Aenea: Hi omnes ſimul amiſſis gẽtilitijs nominibus, uocati ſunt Latini à rege illo rum locorum Latino. Conditaq; eſt ea urbs ab his gentibus anno CCCC .II. poſt captum Iliũ olym piade VII. occidente autem Babylone. Roma ſur- rexit. Qui uero coloniam deduxere fratres germa ni fuere, regij generis. Quibus nomẽ ſuit alteri Ro mulo. Alteri Remo. matre quidem ab ænea dar danide, de patre uero ambigitur. Creduntur autem à Romanis Martis fuiſſe filij. Romulus priuſquam factus eßet rex boni & æqui conſulens dedit pote ſtatem populo regem eligendi, Ipſeq; electus eſt: is poſtquam conſenſu omnium præfuit. legem tulit ut nemo regnum aut magiſtratum iniret niſi author

deus, ipſeq; per auſpicia cōfirmari uoluit: mãſit hic mos, non ſolum in creatione regum ſed etiam Conſulum, & Prætorum uſq; ad ætatẽ Ciceronis. Hoc igit̃ modo Romulus rex ab hominibus, & dijs creatus, uir bellicis rebus grauis, ac ſtrenuus, & ad co inſtituendũ Ciuitatis ſtatum optimus. præſtantiſſimuſq; fuiſſe dicitur, tantumq; ſapientia ualuit, ut pleroſq; populos eadẽ die hoſtes, deinde ciues habuerit. Sed cum uxores nec ipſe, nec ſui haberent, finitimos ad ſpectacula ludorum per legatos inuitauit, ac. uirgines rapuit, anno ab urbe condita.

IIII. *Erat enim uir apprime eruditus, Nã pueri gabios delati. litteras, aliaq; didiciſſe dicuntur, ut ingenuos decebat pueros. Poſtquã adoleuit ætas: Romulus ſuperior fuit conſilio & prudẽtia, extinctoq; fratre Remo, quem non magis iubente ipſo Romulo quàm conſentiente, Celer raſtro interemit, & ad tegendum ſcelus in Hetruriam exulatum miſſus eſt, res ad unum redacta eſt. Romulus cum urbem mœnibus ſtruxiſſet, legibus eam ſtabilire decreuit. uerum reputans aĩo ciuium concordiam, pro mœnibus eſſe urbibus, qua ſublata, nulla diu ciuitas ſtare poſſit. Incōptam, & agreſtem multitudinem certis uelut legibus ciuilem in modum compoſuit. Aderãt ad tria millia peditum, ſupra hos Equites trecenti. Quibus ad concionem uocatis in hunc modum eos effatus dicitur. Nouam quidem formam, expreſ*

ſamq; urbis ſpeciẽ cernitis uiri fortiſsimi, & quã ueſtræ manus foſſa & uallo ualide munitam reddiderunt, ſed maiore adhuc præſidio opus eſt, concordia & conſenſu, quamuis pauci, & inermes facile locũ hunc tuebimur. plura quoq; in eandem ſententiam addidit. Eoſq; ita ad bene beateq; uiuendũ exhortatus, decreta quædã uelut leges Vrbi per id tempus ſatis idoneas, atq; utiles huiuſmodi tulit. uidelicet. Nequid inaugurato faciunto. Patres ſacra magiſtratuſq; ſoli peragunto, ineuntoq;. Plebæi agros colunto. Sacrorum omniũ ſub Regibus poteſtas eſto. Sacra patres cuſtodiũto. Populus magiſtratus creãto. Leges diſcunto. Bella decernunto. Deorum fabulas ne credunto. Deos peregrinos præter Faunũ ne colunto. Nocturnas in templo uigilias ne habento. Parricidas omnes capite puniunto. Ne quis præſentibus fœminis obſcæna uerba facito. Quiſq; demiſsam ad talos togã in urbe habeto. Monſtroſos partus quiſq; ſine fraude cædunto. Ne quis niſi per portas Vrbem ingreditor, neue egreditor. Mœnia ſacroſancta ſunto. Mulier uiro legitime coniuncta fortunarum: & ſacrorum ſocia illi eſto. Domuſq;, ut ille dominus, ita hæc domina. F lia ut patri, ita defuncto uiro hæres eſto. Adulterii conuictam uir, & cognati (ut uolent) necanto. Si. uinum biberit domi, ut adulteram puniunto. Parentum liberos omne ius eſto relegandi, uendendi, occidendi. Mi-

tigauit non parum auſterum carmen Numa pompilius , ipſeq; ex bono & æquo quaſdam tulit leges ſatis idoneas, & ſalubres, poſt eum reges alii , ſed præcipue Seruius Tullius, deinde latæ leges. XII. tabularum, & in foro affixæ .His itaq; legibus ſtabilita urbs, bonis artibus diu floruit præſertim iuſtitia, & clementia, atq; erga ſubditos fide . Quapropter in eam rerum magnitudinem euaſit , ut pleriq; populi ſine ui aliqua armorum ſe ſe, ac ſua ſponte Romanis ſubiicerent. His enim artibus uictores ſemper, atq; fortiſſimi diis fauentibus extiterunt. Et quia libertati Ciuitas, & iuſtitiæ ſtuduit , ex cõcurſu omnium gentiũ in dies amplior, populoſiorq; euaſit, ex uno Orbe facta eſt una æterna Vrbs, Regina terrarũ , & Mũdi uniuerſi caput.

De mœnibus, ambitu, & pomerio antiquæ Vrbis.

ANtiqua Vrbs Palatium, & Capitolium. Tullus hoſtilius poſtea addidit Cœlium montem. Ancus martius Auentinum. Tarquinius priſcus Vrbem cinxit ſaxo quadrato ad amuſſim. Seruius Tullius addidit Exquilias, Viminalem, & Quirinalem colles. Vnde ſiquis poſtea altitudinem tectorum addat, nullius Vrbis altitudinem in toto orbe potuiſſe comparari ſcribit Plin . Mœnia antiquæ Vrbis ex quadrato lapide poſt incenſam à Gallis conſumata

tradit Liuius. Quæ ſæpius euerſa & incenſa, ſæpiuſq; inſtaurata, nunquam priorē circuitum, ac ueterem ambitum adepta ſunt. Quæ poſtea à diuerſis principibus reſtituta ſemper contractiorem, mutato Pomerio habuere ambitum, per collium ſupercilia, & æditiora locorum compendia. Nam bona ex parte Arcadius, & Honorius impe. reſtituerunt ut apparet extrinſecus ſupra portam Portuenſem uetus in marmore Inſcriptio huiuſmodi.

IMPP. CAES. DD. NN. INVICTIS-
SIMIS. PRINCIPIBVS. ARCADIO.
ET HONORIO VICTORIBVS ET
TRIVM PHATORIBVS SEM-
PER AVGG. OB INSTAVRATOS
MVROS ET TVRRES EGESTIS
INMENSIS RVDERIBVS ET
SVBGESTIONIBVS. V. C. ET ILLV
STRIS MILITIS ET MAGISTRI
VTRIVSQ. MILITIAE AD PERPE
TVITATEM NOMINIS EORVM
SIMVLACHRA CONTITVIT.

Arctato ambitu, mutato pomerio, & quibuſdam portis, ad urbis commoditatem. Reſtituere deinde ſummi Ro. Pont. Hadrianus primus, & Leo. IIII. Qui etiā in ipſis mœnibus. XV. turres & propugnacula neceſſaria erexit. Extat adhuc eius opus ſub Ianiculo, in ripa Tyberis, iuxta portam Portuēſem Tur-

ris, ea parte, qua naues naualia ingrediuntur. Similis erat altera e regione ſub Auẽtino. Quas in naualium faucibus excitauit, ne barbaris ad rapinam Vrbis (ſicut ante) pateret acceſſus. Sũt qui tradant mœnia antiquæ urbis habuiſſe .DCXXXIIII. turres cum propugnaculis ſine numero. Hodie uero. CCCLXVI. Ambitum autem priſcæ urbis fuiße olim. XX. millibus paſſ. ſcribit Plinius. Sed poſtea Aurelianus cæſ. ampliuit uſq; ad. L. mil. paſſ. teſte Flauio Vopiſco, qui ſcribit muros Vrbis ſic ampliauit, ut. L. millia murorũ eius ambitus teneãt. Quod ſane ueriſimile non uidetur, niſi ex iuris conſulti ſententia iudicabitur. Qui Romam, aliam ab urbe facit, Suburbana quoq; cõprehendens. Plinius uero ex Auguſti traditionibus ſcribit, Vrbis circuitum fuiße ſuo tempore .XX. mil. paſſ. & ſic uidetur deſignare totum corpus urbis, & Flauius Vopiſcus circuitum Romæ. Nam ab Ocriculi ponte uſq; ad mœnia Vrbis uia plena erat ædificijs. Itaq; peregrini nonnulli tum ſe urbem ingredi putabant, ut accidit Cõſtantino principi. Qui cum Romam uenit, ubi nã eſſet interogauit Romanũ forũ, cũ plus dimidio itineris ab urbe diſtaret, & cũ portas ingrederet̃, more Anſerũ ſubmiſit caput hõ paruæ ſtaturæ, nõ ſine circumſtantium irriſione, ut ſcribit Marcellinus. Habitabaturq; Vrbs olim per utramq; ripam tyberis uſq; ad mare. Ariſtides in ea oratione quã

ſcribit de urbe Ro.Ita inquit. Deſcendit hæc uſq; ad mare ubi cõe hominũ Emporium, cõiſq; omniũ, quæ terra proueniunt, diſpenſatio. Quacumq; in parte eius Vrbis conſtiterit quis,nihil prohibet quo minus ſit pariter & in medio. Quicquid nũc Italiæ reſtat completum iri uniuerſum mihi uidetur,unaq; futura Vrbs perpetua in Ionium mare protenſa. Nero princeps mœnia urbis promouere, atq; inde foſſa mare ueteri urbi ſtatuit inducere.Romam inquit Strabo non delectu, ſed neceßitate conditam eße. Priſci namq; Capitolium, & Palatium; collèmq; Quirinalem ſic muniere muris,ut uenientibus aliunde externis,facilis eßet aſcenſu,adeo ut.T. Tatius primo aduentans incurſu locorum potius cum captarum uirginum ucliſciretur iniuriam. Ancus martius Cœlium,& Auentinum,& iacentem inter hos campum aßumens, inuicem diſiungens, & ab alijs ante muro cinctis ædificijs, urgente neceßitate prioribus copulauit, totum etiam explere circuitum non ualuit,quem quidem locorum defectum Seruius redarguit, nã ipſe ſuppleuit,& adiecto Exquilio colle,& Viminali.Ea uero loca aduẽientibus hoſtibus facile capi poterant. Quo circa profundiore exterius ducta foſſa, & accepto ſolo, ſtadijs Sex Aggerẽ porrexerunt perfoſſo interiore ſupercilio, murum cum turribus à Collina porta uſq; ad exquilinam impoſuerunt, in medio autem aggere

tertia eſt Porta eiuſdem nominis, cũ colle Viminali.

De Pomerio Vrbis.

POmerium dictũ eſt quaſi poſt mœnium, atq; id appellatur ſpatium, quod eſt proximum mœnibus, tam intrinſecus, q̃ extrinſecus, ac locus certis regionibus terminatus, quẽ neq; arare, neq; habitare fas erat, per totius urbis ambitum. Produxit Seruius Tullius, & intactus manſit uſq; ad L. Syllã, protulit & ipſe pomerium, atq; id quidem plurimũ quicunq; fecerant, ambitione magis quàm neceſſitate fecerunt. Idem fecit Cæſar dictator, deinde Auguſtus, poſtea Claudius ut his, qui imperium protulerunt, etiam terminos, Vrbis propagare liceret, ut accidit longo poſt tempore Aureliano. Cuius rei teſtimonium apparet in lapide Tyburtino nuperrime eruto apud cloacã ſanctæ Luciæ cum inſcriptione.

POMERIVM. TI. CLAVDIVS.
DRVSI. F. CAES. AVG. GER-
MANICVS PONT. MAX. TRI-
B. POT. IX. IMP. XIV COS. . III.
CENSOR. PP. AVCTIS POPV-
LIRO. FINIB. POMERIVM AM-
PLIAIIT TERMINAIIT Q.

De portis ac uijs urbis, & earum appendicibus.

VRBEM tris portas habētē Romulus reliq̄t (& ut plurimis placet) quatuor, teſte Plinio. Mœnia eius collegere ambitu, Imperatoribus Cēſoribuſq; Veſpaſianis. M. P. XX. complexa montes. VII. Ipſa diuiditur in regiones. XIIII. Compita Larum. CC. LXV. Eiuſdem ſpatij menſura currēte á miliario in capite Fori. Ro. ſtatuto ad ſingulas portas quæ ſunt hodie inq̄t numero. XXXVII. efficit paſſuū per directū. XXX. M. DCC. LXV. ad extrema uero tectorū cum caſtris prætorijs ab eodem miliario per uicos omnium uiarū mēſura colligit paulo amplius. LXX. M. Paſſ. Quo ſiquis altitudinem tectorum addat, dignam profecto extimationem concipiat: fateaturq; nullius urbis magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei comparari.

Clauditur enim ab oriente aggere Tarquinij ſuperbi: inter prima, opere mirabili, namq; eam muris æquauit: qua maxime patebat aditu plano. Cætero munita erat excelſis muris, aut abruptis mōtibus, niſi q̄ expatiātia tecta multas addidere urbes.

In prima regione Saturnia, ubi nunc Roma eſt, Antipolis quod nūc Ianiculum in parte Romæ eſt.

Portæ apud ueteres. XX. ut uulgatior fama hēt. Totidem prope hodie numerantur in toto urbis ambitu, cum his quæ ſunt circa Ianiculum, & Vaticanum, quas mō plures, mō pauciores pro murorum

ambitu extructas facile eſt deprendi. Quarum uetuſtiores ex quadrato lapide ad huc extant, ex antiqua ſtructura, nam mænia priſcæ Vrbis ex quadrato lapide erāt, ut ſcribit Liuius. Paucæq; admodum nunc retinent priſca nomina, & omnes habebant ſuas uias, ut tradit Liuius. Quæ erant. XIX. Quarum aliquæ concipiebantur intra portas ut flaminia, aut in ipſo limine, ut Appia, aut procul ab urbe ut ualeria. Earū quædā erāt conſulares, ut Aurelia, quædā Cēſorinæ ut Appia, quædā, prætoriæ, quedā uero triūphales, ut poſtea dicetur. De q̄bus ita Strabo cernere licet inquit ſtratas in agro uias, Exciſis adhæc collibus, a ggeratis uallibus unde nauigiorum onera plauſtris exciperentur. G. Gracchus certis regionibus uias teſte Plutarcho direxit, & eas paſſim lapide ſtrauit, partim arena muniuit aggeribꝰ, iniqua adæquās, & quantum ualles torrēteſq; abrumpebant, pontibus æquali altitudine coniungens. Dimenſo præterea uiarum ſpatio ſingulis miliarijs columnas lapideas ſpatij ſigna præferentes conſtituit. Lapideſq; parum inter ſe diſtantes ex utraq; uiarumparte diſpoſuit ut ex illis facile: & ſine ſaltu in equos eſſet aſcenſus.

De portis Romuli.

PORtarum uero quas Romulus reliquit. Hæc ſunt nomina Mugonia, pandana, Carmētalis.

Mugonia à mugitu boum, uel ꝙ per eam boues mit terentur, apellata. Eadem, & Trigonia à tribus angulis ad radices palatij ſita, iuxta forum, & ficum ruminalem. Primã hanc habuit urbs ab Romulo ædificatam. Ouidius lib. III. de triſtibus.

Inde patens dextram porta eſt ait iſta palati.

Hic ſator, hic primum condita Roma loco eſt.

Pãdana uero dicta, ꝙ ad res, quæ in urbẽ ferebãtur pãderetur, quæ in aſylũ tẽdebat, quod augẽdæ Vrbis gratia criminoſorum refugium inſtituerat. Eadem Libera, & Romanula uocata eſt ab Roma, ꝙ habe ret gradus in naualia ad Volupiæ ſacellum iuxta Erarium ut ſcribit Varro, quam oſtendit Saturniæ Vrbis non Romæ fuiſſe. Eamq; Põpilius inſtituiſſe dicitur, ut tradit Piſo in annalibus. Duæ ex his, Roma aucta, ſine forma, & uſu aliquandiu nomen retinuerunt.

De porta Carmentali.

CArmentalis porta à Carmẽta Euandri matre, quæ ibi hĩtauit dicta ẽ. Vir. Et carmẽtalẽ romano nomine portam. Ea fuit in faucibus Capitolij uerſus Tyberim, cui Capitolium maxime ex directo incumbebat, ut ſcribit Plutarchus in Camillo. Quæ poſtea ſcelerata dicta eſt ꝙ per eam ſex, & trecenti Fabij cum clientibus quinq; milli bus egreßi ad amnẽ Cremeram omnes interfecti.

De

De quibus ita Feſtus, Religioni eſt inquit. Quibuſdam porta Carmentali egredi, & in æde Iani quæ eſt extra portam Senatũ haberi, ꝙ ea egreſſi ſex, & trecenti Fabij, apud Cremeram omnes interfecti ſunt, cum in æde Iani .S. C. factum eſſet, ut proficiſcerentur. Ouid. li. II. Fa.

Vna dies fabios ad bellum miſerat omnes.
  Ad bellum miſſos abſtulit unadies.
Carmentis portæ dextro eſt uia proxima Iano.
  Ire per hanc noli quiſquis es, omen habet.
Illa fama refert Fabios exiſſe trecentos.
  Porta uacat culpa, ſed tamen omen habet.

Liuius Prætereũtibus inquit Capitoliũ, arcémq;, & alia templa, quicquid deorũ oculis, quicquid animo occurrit precantur, ut illud agmen fauſtum, atq; fœlix mittant, Soſpites breui in patriam ac parentibus reſtituant. Incaſſum miſſæ preces, infœlici uia dextro iano, porta Carmentali, profecti ad, Cremeram flu. peruenerunt. Templum autem iani tunc ut ſcribit. P. uictor erat ubi nunc eſt Theatrum Marcelli ad dexteram euntibus e porta Carmentali ad pontem ſublicium qui tunc erat ſolus in Tyberi, per quem Fabij profecti ſunt. Portæ uero urbis, quæ hodie ſunt in uſu, præter eas, quæ ſunt ultra Tyberim, hæ ſunt præcipue. Flumentana. Collatina. Collina. Viminalis. Tyburtina. Neuia. Cœlimontana. Latina. Appia. & Trigemina, quarum

Etymologiam ponit Fæſtus. Viæ autẽ harum portarum, Flaminia, Collatina. Salaria. Nomentana. Tyburtina. Præneſtina. Lauicana. Campana. Latina. Appia. Oſtienſis. Ad ſingulaſq; olim portas ubi celebres erant uiæ, præparatæ erant Rhedæ, quas indigentes conſtituto pretio, conducebãt. Sunt & aliæ portæ, & aliæ uiæ de quibus in conſequentibus dicetur.

De porta nunc Populi, & uia Flaminia.

PORTA, quæ nunc populi dicitur, Flumentana apud ueteres uocabatur, ꝙ Tybris nonnunꝗ eam influeret, teſte Pompeio. Eadem, & Flaminia dicta, ut ſcribit Plutarchus, cum inquit. Hæc mandata cum dediſſet, in tempeſta nocte, porta Flaminia egreſſus, in caſtra ad Manlium contendit. Eſt autem porta omnium hodie frequentiſſima, in uia Flaminia ſita: ad radices collis hortulorũ, iuxta ſepulchrum Neronis, & templum ſanctæ Mariæ de populo, Liuius in damnatione Manlij Capitolini ſic inquit, Prædicta die in Petilinum lucũ, extra portam Flumentanam, unde conſpectus in Capitolium non eſt, Concilium populi indictum, & alibi Flumentanam inquit portam de cœlo tactam. Quæ formam habet Arcus, magis ꝗ portæ, & erat olim extra pomerium in æditiore loco, ut ſcribit Procopius, & mutato loco dicta eſt porta

Populi. Nam ea mœnia ubi ſita nunc eſt, multo tempore poſt a Beliſſario condita fuiſſe dicuntur, uſq; ad Tyberim. Via autem, quæ per hanc portam egreditur, dicitur Flaminia, quam. C. Flaminius. M. Lepidi in conſulatu collega ſtrauit, per Tuſciam, Ariminum uſq;, ut tradit Strabo. Suetonius etiam in Auguſto ſic inquit. Quo autem facilius undiq; Vrbs adiretur, deſumpta ſibi Flaminia Via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus Viris, ex manubiali pecunia ſternendas diſtribuit Inchoabat olim uia Flaminia, iuxta ſepta, unde, & Via lata uerſus Capitolium.

De porta nunc Pinciana, & uia Collatina.

ALTERA, quæ ſequitur porta in proximo colle ſita Pinciana nunc dicta, antiquato priore nomine, nam antea Collatina dicebatur. Pinciana uero à proximo palatio Princij ſenatoris, cuius marmora, cum domum demoliretur Theodoricus Rex Oſtrogothorum Rauennam miſit, ut ſcribit Caſſiodorus in epiſtolis. Collatina uero ꝙ ad oppidum Sabinorum Collatiam mitteret, Tarquinij collatini, & Lucretiæ uxoris quondam ſedem, de qua Liuius. Collatia inquit, & quicquid circa illam agri erat Sabinis ademptum eſt. Dicta aũt ab opibus illuc collatis, ex finitimus locis. Via quæ ab hac porta auſpicat̃, dicebat̃ etiã Collati

na. Quæ paulo extra portam iungitur Sallariæ nunc, olim prolixior erat ubi Aqua uirgo, ut ſcribit Frontinus, concipiebatur. Cuius adhuc cernitur per ſpiracula profundiſſimus Aquæ ductus, Per quem Gothi clam ingredientes ſubter Pincianam portam. facile urbem cæpiſſent, niſi detecti fuiſſent. author Procopius.

De porta & uia Salaria.

QVæ nunc dicitur Porta ſalaria apud ueteres dicebatur Collina. Hæc fuit ultima porta antiquæ Vrbis, dictaq; eſt, uel à colle Quirinali, uel a uicinitate collium. Dicebatur, & quirinalis, a Quirini ſacello. Et Aegonalis ab Aegonio colle, & Agonalis ab Agonalibus Ludis, q olim extra hanc portam fiebant, quotiens Circus Flaminius Tyberinis undis reſtagnabat. Liuius Nam ita inquit reſtagnauit Tyberis, ut Ludi Apollinares inundato circo, extra portam collinam ad Aedē Erycinæ Veneris peracti ſint. Extant adhuc ueſtigia paulò extra Portā. huius Aedis meminit Ouid. in faſt.

Templa frequentari Collinæ proxima Portæ
Nunc decet, à ſiculo nomina colle tenet
Vtq; ſyracoſias Arethuſidas abſtulit armis
Claudius, & bello te quoq; cæpit Ery.x.

Huic templo inſignis adiacebat Porticus, ut ſcribit Strabo. cui quidem Deæ uirgines olim paruas imagunculas quas in deliciis habent offerebant. Perſius Nempe hoc, ꝙ ueneri donatæ à uirgine pupæ. Ad quam etiam matronæ uirilis membri figuram diuinis percolentes honoribus, magna ſacrorum pompera perferebant. Vbi fuit etiam Simulacrum Veneris uerticordiæ ꝙ homines ab effuſa, libidine auerteret, eius templi meminit Ouid. lib. iiii. faſt. Extra eãdẽ portã fuit etiã Tẽplũ Honoris. Vt ſcribit Cicero. ii. de legibus cum inquit noſtis extra Portam collinam templũ Honoris, & Aram Itẽ de natura Deorũ. uides Honoris tẽplum à Marcello renouatum, quod multis annis erat bello Liguſtico à. Q. Maximo dedicatum, Quod reſtituenti Veſpaſiano Cor. Pinus, & Actius priſcus pinxerunt, ut ſcribit Plin. In eo ambitu tres Fortunas fuiſſe aiunt, de quarum nominibus ambigitur. Per eandem Portam memorãt Gallos Senonas ingreſſos, qui Vrbem diripuerunt. Extra eandẽ Portam tertio miliario apud Anienem Hannibal dux pœnus caſtra poſuit, ubi ſtatiuis poſitis ipſe à Porta Collina uſq; ad Herculis templum progreſſus eſt Vrbem expugnaturus. quod templum diu fuiſſe extra Collinam pleriq; autumant, unde ter imbribus atq; grandine repulſus obſidionem ſoluit. Vrbẽq;

ipſam anteq̃ caperet, militibus diuiſerat, in huius rei memoriam ſcribit Pli. Hannibalis etiam ſtatuæ tribus locis uiſuntur in ea Vrbe, intra cuius muros ſolus haſtam emiſit. Intra eandem portam a dextris erat campus ſceleratus, ubi ueſtales in ſtupro deprehēſæ uiuæ terra infodiebātur, ut poſtea dicetur.

Via huius portæ uocatur ſalaria, q; per eam Sabini ſalem deferebant. ut ſcribit feſtus. nam Hæc uia in ſabinos ducit, per quos, ut inquit Strabo non longæ magnitudinis ſtrata eſt, in quam etiam Nomentana incidit apud Eretum Sabinorum uicum ſupra Tyberim iacētem, ex eadem Collina porta inchoans, Cor. Tacitus tertium inquit agmen per salariam collinæ portæ appropinquabat, In ſalaria etiam uia ad. II. lapidem nobili monumento ſepultus fuit Licinius Auguſti Tonſor prædiues, de quo illud memoratum extat diſtichon.

Marmoreo Licinus tumulo iacet, At Cato paruo, 2
Pompeius nullo credimus eſſe Deos.

De porta nunc. S. Agnetis, & uia Nomentana.

POſt collinam ſequitur porta nunc. S. Agnetis apropinquo eius extra portam templo, que apud ueteres dicebatur Viminalis auiminali

colle, in cuius margineſita, uel a Fano Iouis uimi-
nij. dicta eſt, & Figulenſis à proximo extra ip-
ſam portam loco, ubi Figlinæ olim, ſicut apud te-
ſtaceum montem fiebant, uocata eſt etiam Nomen
tana ab oppido ſabinorum Nomento quo mittit.
Iuxta hanc portam fuit olim templum Deæ Ne-
niæ, ꝗ cantu querulo funeribus præeſſet.

Ab hac porta auſpicatur uia quæ nunc dicitur
Nomentana, quæ Figulenſis etiam dicta eſt teſte
Liuio, cum inquit Decem uiri Nomentana, cui
tunc Figulenſi nomen fuit, profecti caſtra in
monte ſacro locauere. Strabo uero Nomentanam
uiam à Collina porta in choare ſcribit ubi ad. II.
ferme ab urbe lapidem in ſub urbano uiæ ipſius
Nomentanæ occurrit a ſiniſtris templũ. S. Agne
tis, iuxta quod ad iactum lapidis ſurgit uetuſtiſſi-
mum Bacchi templum ſphærica extructum for-
ma, columnis circum quaq; per gyrum gemina-
tis, mediam templi teſtudinem ſubſtentantibus,
ubi uermiculato opere, & ueteri pictura omnia
renident, ubi & ipſius dei geſta undiq; effigia-
ta, ſed temporis diuturnitate iã caduca apparent
Quod templum Alexan. iiii. Pont. Max. diuæ
Conſtantiæ uirgini ac magni Conſtantini Impe.
filiæ dedicauit, ut notatum eſt ſupra templi portã,
ubi etiam porphyretico ſepulcrho, quod illic uiſi-
tur, ſepulta fuit. Hoc autẽ ſepulcrum Paulus. ii.

Venetus in Vaticanum, tranſſferi iuſsit, ubi condi ſe uolebat, ſed diuina quadam prouidentia, eo interim extincto, ſepulchrum è medio itinere retractũ in priſtinum locum relatum eſt. Conſtantia enim Elephantiæ morbo, ut aiunt, precibus diuæ Agnetis liberata, Templum ac monaſterium in eius honorem, ac titulum extruxit, ubi ipſa Regia Virgo, cum multis aliis uirginibus ſacro uelamine uelata in perpetua manſit uirginitate. Extat adhuc ibi Aedes. S. Agnetis ſubterranea, æneis portis, ad quam multis gradibus deſcenditur. diuerſo interius lapide ſatis conſpicua. Ad quam de cœlo demiſsus dicitur Annulus, quo Chriſtus Agnetem ſponſam ſibi ſubarrauit, in cuius feſto duo cãdidiſsimi agni offeruntur, ex quorum lana Zonæ texuntur, quibus Ro. noui Pontifices inito pontificatu exornantur. Cæteriq; etiam chriſtiani orbis metropolitani Epiſcopi ex antiquo more, ſerico ac Byſſo, multo pretioſius emptis decorantur.

De porta inter Aggeres, & eius Via.

SVbit porta inter Aggeres, paucis admodum nota, quoniam clauſa, & in nullo uſu eſt, dicta q inter Aggeres Tarquinii cõdita ſit in cãpo Viminali, qui hodie ab incolis dicit Viuariũ. eſt aũt porta media inter portã. S. Agnetis & . S. Laurentij in loco præcipiti ſita, ubi extrinſecus a latere ſta-

tim occurrit locus planus inſtar magnæ areæ, quadrata forma parietibus circumſeptus, & dicebatur Caſtrum cuſtodiæ, ubi tradunt fuiſſe olim inſtatione milites Prætorianos Diocletiani Imp. Procopius uero ſcribit è regione Viuarii forinſecus ueteres Romanos alterum breuem murũ modico interuallo adieciſſe, non ad tutelam, ſed ad delicias, ut Leones eo loco, & alias beſtias ſeruarent, unde & Viuarium is locus dictus. Qui hodie ab incolis Viuariolum dicitur ad differentiã maioris Viuarij. Intra hanc Portam fuit olim ſatis munita, ac celebris Via, inqua erat Arcus triũph. Gordiani Imp. Quæ porta paucis ante hac nota, quia non erat liber ad eam acceſſus, nunc autem Clemẽtis. VII. munere, ab omnibus uideri poteſt, reſtituto antiquo pomœrio, patefactoq; intra, & extra mœnia per totum Vrbis ambitum peruio, ac liberiori itinere, ad commoditatem defenſionemq; ciuitatis.

De porta nunc. S. Laurentii, & uia Tyburtina.

SEquitur porta nunc. S. Laurentij, ſiue Tyburtina in aquæ ductu Aquæ Martiæ cõdita, quam diuerſam ponit Strabo ab Exquilina, cum inquit. In campo Exquilino duæ portæ Vrbis. Altera Exquilina, quæ clauſa eſt, Altera Tyburtina. Quam Liuius preteriit in obſidione Porſenæ regis cum

alias quæ tunc erant in hoc ordine deſcribat. Sed *credendum eſt* Tyburtinam *poſtea conditã in* Arcu *formæ, ubi nunc eſt, clauſa* Exquilina, *quæ erat in antiquo pomœrio.* Tyburtina *uero a* Tybure *dicta, eo ꝙ illuc mittat, uel ꝙ in* Tyburtina *uia fuerit condita. Eadem etiam* Taurina *nuncupatur a capite* Tauri, *quod in utroq; interioris* Fornicis *frontiſpicio cœlatũ adhuc cernitur. dicitur, & porta.* S. *Laurentii, ab eius templo extrinſecus, quod per hanc uiam aditur ab hac porta, ubi extant pedales literæ interius, & exterius ſupra* Fornicem.

Via autem quæ per hanc portam egreditur dicitur Tyburtina, *ꝙ* Tybur *deducat, iuxta quam, ad primum ferme lapidem occurrit à dextris* Baſilida S. *Laurentij extra muros in agro* Verannio, *à* Conſtantino *magno condita, marmoreis ornamentis tota interius decorata.* Laqueatis, *auratiſq; tectis ſatis conſpicua, opere, & impenſa.* D. Oliuerij Carrafæ Cardinalis Neapol. *nuperrime exornata,* Vbi *ſub maiore altari* Corpora *duorum præcipuorum martyrum* Stephani, *ac* Laurentij *marmoreo tumulo ferreis clatris undiq; munito requieſcunt.*

De Porta *olim* Exquilina, *& eius duabus uiis.*

INter *hanc, & portam* Næuiam, *fuit olim porta* Exquilina, *cuius nullum extat hodie ueſti-*

gium, quæ etiã Strabonis ætate clauſa erat, ut iam dixi, de qua Liuius lib. ii. ab. V. C. in obſidione Porſenæ Regis ſic inquit. Itaq; Cos. Valerius, ut eliceret prædatores, edicit ſuis poſtera die frequentes porta Exquilina, quæ auerſiſſima ab hoſte erat, educerent Pecus, ſcituros id hoſtes ratus, ꝙ in obſidione, & fame ſeruitia infida transfugerent. T. Herminiũ cum modicis copijs ad .ii. lapidẽ Gabina uia occultum conſidere iubet. Sp. largiũ cũ expedita iuuẽtute ad portã Collinã ſtare, donec hoſtis prætereat. Deinde ſe obijcere hoſti, ne ſit ad flumẽ reditus. Conſulũ alter. Lucretius porta Næuia, cũ aliquot manipulis militum egreſſus. Ipſe Valerius Cælimontana delectas cohortes educit, hiq; primi apparuere hoſti. Herminius ubi tumultũ ſenſit cõcurrit ex inſidijs, uerſiſq; in Lucretiũ Hercuſcis terga cædit dextra leuaq; hinc a porta Collina, illinc a Næruia reddittus clamor ita cæſi, in medio prædatores, neq; ad pugnã uiribus pares, & ad fugã ſeptis oĩbus uijs, finiſq; ille tam effuſe uagãdi. Hetruſcis fuit. Quæ portæ tũc erãt in antiquo Pomærio, quo poſtea mutato, mutatæ ſunt etiã Portæ retinẽtes tamẽ priora nomina. Ab Exquilina duæ olim anteq̃ clauſa eſſet, egrediebantur uiæ Labicana, & Præneſtina, teſte Strabone, cum inquit. Porro in unum cadit Labicana uia á porta quidem Exquilina, a qua & Præneſtina, á ſiniſtra uero

hanc, & Exquilinum campum omittas, ultra centum uiginti ſtadia pergit, tum autem, & Labico appropinquat, & hoc, & Tuſculum relinquit. In uia Labicana fuit Templum Quietis, ut ſcribit Liuius.

De Porta nunc Maiore, & Via Labicana, & Præneſtina.

QVæ hodie uocatur porta maior, ſiue .S.Crucis, apud ueteres didebatur Næuia a propinquo nemore Neuio, utrum ſit hæc illa antiqua, non conſtat certis argumentis, niſi ordine tantum quoniam ſæpe Pomœrium mutatum eſt, & que nunc dicitur porta maior in aquæ ductu condita eſt, ut cubitales litteræ oſtendunt interius, & exterius. Sunt qui tradant hanc, non Portam, ſed triũphalẽ fuiſſe Arcum, ut ſigna apparent, poſtea uero cæpiſſe nomen: & uſum portæ cum additamentis clauſtrorũ: ad præſidiũ Vrbis, ſicut in alijs antiquis portis. Dicebatur hæc olim Labicana: & Præneſtina, ſiue in eodem ambitu altera diuerſa ab hac porta que multum à Procopio celebratur in bello Gothico. Ab hac Porta, duplex nũc egreditur uia Labicana, & Præneſtine, ſicut olim per Exquilinam ante q̃ clauſa eſſet, ut ſuperius dictum eſt. Concipitur enim uia Labicana ſupra Coloſſeũ, & inter Cælium, & Exquilias recto tramite huc producitur. Via uero Præneſtina, in capite Su-

buræ iuxta .S. Luciam in ſilice , progrediturq; per Arcum .S. Viti in macello,deinde iuxta Trophæa Marij, & Baſilicam Caij, & Lucij , huc tandē ex directo protēditur. Quæ ſtatim ambæ extra portam iterum dirimuntur . labicana a dextris iuxta formam aquæ Claudiæ ad Columnam oppidulū dirutum nunc tendens, Præneſtina uero à ſiniſtris Gabios olim, deinde Præneſte , unde nomen habet , progreditur .

De porta nunc . S. Ioannis uia campana.

IN *cliuo Cælii montis uerſus orientem brumalē extat porta uunc . S . Ioannis à propinqua eius Baſilica.Quæ apđ ueteres dicta eſt Cælimōtana à Cælio monte , in cuius margine ſita eſt , de qua Liuius ſic ſcribit porta Cælimontana fulmine icta & murus circū multis in locis tactus.dicta eſt etiā porta Aſinaria a regno (ut aiunt) Aſinorum quod eſt Neapolitanum , quo mittit . Vnde ex eo regno Romam uenientibus obijci per iocum ſolet,per Aſinariam portam ingreßis.Cælimontanam , Exquilinam, & Quirinalem , a collibus Vrbis (ubi ſitæ ſunt) dictas conſtat. Via uero quæ ab hac porta inchoat dicitur Campana ꝙ in Campaniam ducat, quæ ſtatim extra portam in duas dirimitur ſemitas, poſt pauca uero ſtadia utraq; lantinæ iungitur.*

De porta Metrodil, & eius uia.

INter Aſinariam portam, & latinam in angulo mœnium ſub Cæliolo monte occurrit porta Metrodi, à menſura, ut puto uiæ, dictam, quæ nunc clauſa, eſt per quam ingreditur riuus aquæ nunc Marianæ, quam quidem portam trandunt Gabinam, ſiue gabiuſuam olim fuiſſe uocatam, ꝙ in Gabios latinorum tunc clarum oppidum mitteret, à Galacto, & Bio ſiculis fratribus conditum, unde nomen habet, fuerunt autem Gabij uia præneſtina, medij inter Romam, & præneſte ut ſcribit Strabo, cum inquit. Sunt & Romanorum oppida à ſiniſtra Latinæ, inter eam, & Valeriam, Gabij extant in Præneſtina uia, ubi lathomiæ ſunt pluſq̃ reliquæ, lapides Romæ ſuppeditantes, diſtantes Romæ, & Præneſte ex æquo, ſtadijs centum. Satis conſtat eam portam fuiſſe olim uel hoc in loco, uel in Exquilijs in antiquo pomærio, uerſus Gabios, quo mittebat, & unde nomen accepit. Liuius, Gabinam inquit de cœlo tactam, dicebatur etiam Gabiuſa teſte Feſto. Via huius portæ uocabarur Gabina, de qua Liuius. P. Valerius inquit. T. Herminium cum modicis copijs ad. ii. lapidem Gabina uia occultum obſidere iubet. Item ad. iii. lapidem uenere uia Gabina.

De porta, & uia latina.

IN uertice Cælioli montis ſurgit porta in uia latina eius nũc nominis. Cuius quidẽ portæ nulla extat apud ueteres ſcriptores memoria niſi alio fortaſſe ante nomine uocaretur, ubi extat Sacellũ diuo Ioanni Apoſtolo, & Euangeliſtæ ſacrum, quo in loco iuſſu Domitiani Imp. in feruentis olei doliũ demerſum, illeſum euaſiſſe tradunt, & alterum templũ haud longe, eiuſdem apoſtoli uetuſtate iam collabẽs. Via uero Latina dicta eſt, ꝙ in Latinos populos ducat, in qua olim .iiii. ab urbe lapide, fuit ſimulachrũ Fortunæ muliebris quod ſolæ nuptæ contingere poterant, ut ſcribit Val. Max. cum inquit Muliebre ſimulachrũ, qđ eſt in Via Latina, ad quartum miliariũ, eo tempore, cũ in Aede ſua conſecratum Cal. decẽbris Quo Coriolanus ab excidio Vrbis, maternæ preces repulerũt nõ ſemel. ſed bis locutũ conſtitit, his uerbis. Rite me uidiſtis. Rite me dedicaſtis. Valeria, Val. Publicolæ filia quæ muliebris legationis author fuerat, prima Sacerdotiũ tẽpli adepta eſt. Strabo ſic inquit præclariſſimæ ſunt Viæ, Appia, Valeria, media inter has latina eſt, ad Caſinũ oppidũ iungitur Appiæ, a Capua.xix. diſtans ſtadijs.

De porta nunc.S.Sebaſtiani, & uia Appia.

POrta Appia, ſiue nũc.S. Sebaſtiani, apud ueteres, Capena uocabat̃, à Capenatibus latinis po

pulis ad quos mittebat. Liuius *in agro* Capenate *ad lucum* Feroniæ, *ſigna ſanguine ſudaſſe ſcribit, uel a capenate fluuio, ut tradit* Sillius Italicus *cũ inqt.*

Quo ſacer humectat fluuialia rura Capenas.

Quod hæc ſit porta Capena, nulla eſt ambiguitas, quia porta, & regio, in qua condita eſt, Capenæ nomen habent, Feſtus *ita ſcribit* Lemoniam *tribum, a pago lemonio appellatam, qui eſt à porta Capena, uia latina.* Item Iulius Frontinus *ſic inquit poſt initium* Samnitici *belli, inducta eſt, Aqua ab* Appio *cenſore, qui etiam uiam* Appiam *à porta* Capena*, uſq; ad* Vrbem Capuã *muniendam curauit. fuit olim hæc* Porta *ſatis celebris, quoniã triũphantes maiori ex parte per hanc ingreſſi Capitolium adibant, unde* Triumphalis *dicta eſt.* Præ*terea ab hac porta uſq; in* Arcem Capitolinam*, uia ſtrata erat quadrato lapide, ut tradit* Liuius*.* Quin *etiam* Regio *prima antiquæ* Vrbis, Porta Capena *dicebatur, intra & extra portam, ubi multa fuerunt olim ornatiſſima* Deorũ Templa, *& in primis* Lucus, *&* Ades *Camænarum, à* Fuluio *nobiliore condita, ut tradit* Pedianus*, uel ut alii ſcribunt, ab* Octauio *tibicine, fuit etiam* Area Apollinis, Aedes Spei, *&* Mineruæ, Lucus Honoris, *& uirtutis & eius* Aedes, Liuius Aedẽ *uirtutis ad portam* Capenam Marcellus *.ii. punico bello antea uotam, dedicauit.* Auguſtinus *de* Ciuit. Dei, Nemo *in-*

quint

quit Honoris templum ingrediebatur, niſi prius Virtutis ædem ingrederetur. Viſebantur olim ad portã Capenam dedicata templa à Marcello, propter excellentiam eius generis ornamenta, quorum nulla nunc apparent, per hanc portam tertius ex trigeminis Horatijs, qui uictor, ſuperſteſq; fuit, ingreſſus eſt, qui ſororem interfecit. Cuius ſepulchrum eo loco, quo ceciderat conſtructum, e ſaxo quadrato. Trigeminorum uero, quo quiſq; cecidit diſtantibus locis, ut pugnatum eſt, author Liuius. Excellentiſsimum olim fuit extra portam Capenam Martis templum, quod Sylla in ædilitate ſua conſecrauit, poſitum ſupra centum columnas in media uia, dictumq; Martis extramuraneum. Ouidius lib. VI. faſt.

Lux eadem Marti feſta eſt, quem proſpicit extra.
Appoſitum rectæ porta Capena uiæ.

Cuius maxima pars corruiſſe fertur, precibus .S. Stephani Papæ, & Martyris, cum illuc ad ſacrificandum ductus eſſet iuſsu Valeriani, & Gallieni Impp. Sic enim Catholicorum habent hiſtoriæ. Liuius uiam inquit Cenſores ſternendam à porta Capena ad Martis templum locauere, ſemitamq; ſaxo quadrato ſtrauerunt. Duo fuiſse olim extra Capenam portam Martis templa tradunt. Vnum quatuor miliariis ab Vrbe diſtans, in uia Appia, ut mentes Ciuium à bello auerteret. Alterum paulo extra por-

tam, *ut ſupra dictum eſt*, *de quo* Seruius. Mars Inquit Quirinus dictus. Duo eius *templa in Vrbe*, *unum Quirini intra Vrbem*, *quaſi cuſtodis*, & *tranquilli*, Alterum *in* Appia Via *extra Vrbem prope portam quaſi bellatoris*, & *gradiui*, *in quo dabatur olim* Senatus *legatis hoſtium*, *qui intra Vrbem non admittebãtur*. Vnde Equites Ro. No*nis quintilibus trabeati ferentes manu dextra ramos oliuarum*, *cum ingenti pompa*, *ad templum* Caſtoris, & Pollucis, *quòd eſt in* Foro, *uelut redirent ex uictoria*, *incedebant*, *quo die proſpere cõtra* Latinos *pugnare contigit*. *Item idibus* Quin*tilibus* Equites Ro. *ab* Aede Honoris, *equis inſidentes in* Capitolium *tranſibant*, *ex inſtituto* Fa*bij* Rutiliani. *Fuit præterea iuxta* Martis *templum* Lapis *manalis*, *quem cum propter nimiam ſiccitatem in* Vrbem *pertraherent*, *ſequebatur aqua ſtatim*. *Eumq;*, *ꝙ aqua manaret*, *Manalem lapidem dixere*, *author* Pompeius. *Quidam tradunt* Capenam *portam* Fontinalem *dictam*, *à fontium ubertate*. Martialis.

Capena grandi, Porta *qua pluit gutta*.

Vnde Fontinalis *dicta eſt*, & Fontinalia *ſacra fontium illic fiebant*, *coronatis pueris*, & *fontibus*, *ut ſcribit* Feſtus. Iuuenalis *madidã dixit capenam*. *Item*. M. Cicero *ad*. Q. *fratrem*. Romæ *inquit*, & *maxime* Appia, *ad* Martis, *mira proluuies*, Hor-

ti, Tabernæ plurimæ, magna uis aquæ, uſq; ad Piſcinam publicam. Liuius Aediles inquit alterã Porticum ad portam Fontinalem, ad Martis Arã, qua in campos iter eßet, perduxere, in campos. i. Martis, & Horatiorum. Fuit præterea iuxta Capenam locus Mercurio ſacer cum aſpergine aquarum, ubi Mercatores ſacrificabant, ut à periurijs perſoluerentur. Ouidius in faſt.

Eſt aqua Mercurij porta uicina Capenæ.
Si iuuat expertis credere, numen habet.

Fuit itẽ extra Capenam Aedes Tempeſtatis quam Marcellus, qui primus Corſos ſubegit, cum in Corſicam & Sardiniam nauigaret, in eo mari penè ſubmerſus à periculo ſeruatus eſt, Deæ Tẽpeſtati Aedem erexit. Idem in eodem.

Te quoq; Tempeſtas meritam delubra fatentur.
Cum penè eſt Corſis obruta pupis aqua.

Via uero ab hac porta inchoãs uocatur Appia, Ab Appio Claudio cenſore, qui eam Capuam uſq; ſtrauit, ea latitudine, ut plauſtra duo ex aduerſo inuicem occurrentia libere reciperet. Liuius, memoriæ tamen fœlicioris ad poſteros nomen Appij Qu. & Viam muniuit, & aquam in Vrbem duxit. Quam quidem uiam Cæſar dictator, uel exornauit, uel reſtituit, ut tradit Plutarchus, cum inquit. Commiſſa dehinc illi Appiæ uiæ cura, ingentes proiecit pecunias. Nouiſſime uero

Traianus Imp. reſtituit, ſtrauitq; eam Brūduſium uſq;, deſiccatis paludibus, exciſis collibus, aggeratis uallibus, ſaxis constratis uijs circum, ac Pontibus magnificentiſsimi operis excitatis, permeabilem fecit, ut ſcribit Dyon. Strabo uero Appia inquit ad mare protendit, uſq; Sinueſsam ſecans partem Pontinæ uiæ. Per uiam item Appiam deferebantur olim omnes prope triumphi, unde regina Viarum dicta eſt, de qua Papinius.

Appia cunctarum fertur regina uiarum.

Romæ inquit Liuius ſignum Martis, Appia uia ad Simulachra luporum ſudaſſe conſtat. In uia etiam Appia ad primum fere lapidem occurrit, paruum ſacellū cognomento. Domine quo uadis. ubi Chriſtus dicitur poſt aſcenſum in cœlum occurriſſe Petro Apoſtolo. Petrus enim ad declinandam iram principis, monentibus amicis, Via Appia, ab Vrbe diſcedens, ad primum lapidem Chriſto fit obuiam, quem rogans Domine quo uadis. Tū Chriſtus Romam iterum crucifigi. Vnde extat Sacellū ubi hæc uerba habita ſunt. Extant & ueſtigia ubi ſteterunt (ut uulgo creditur) pedes eius marmori impreſſa. Quæ adhuc cernuntur in templo ſancti Sebaſtiani dextra uiæ ad. ii. lapidem, Vbi Cœmiterium Caliſti, & ſepulchra martyrum in ſubternea crypta, manu facta apparāt. Et ſacella ubi pri uatim à chriſtianis Sacrificia fierēt, quæ publice o

Imperatorum metu celebrari non poterant.

De porta nunc. S. Pauli, & Via Oſtienſi.

SEquitur porta nunc .S. Pauli ſiue Oſtiẽſis, quæ & Trigemina dicta eſt, à uetuſtiſsima illa, per quam, Trigemini Horatij egreſsi dicuntur, cum Curiatiis, de ſumma Imperij Certaturi. Fuit autem illa prior porta Trigemina inter Tyberim, & Auentinum, ſub angulo montis, relicta à dextris Ripa Fluminis, iuxta Naualia, & eundo ad proximũ fornicem, qui nunc extat in media Via, cognomento Arcum ſeptem Veſp. iuxta Salinas, & Formam aquæ Appiæ, cuius adhuc quædam apparent ruinoſa ueſtigia, inter proximas uineas. Huius loci meminit Frontinus cum inquit ductus aquæ Appiæ habet longitudinem à capite uſq; ad Salinas, qui locus eſt ad portam Trigeminam, & ſubdit, Cacus habitauit locum, ubi Salinæ nomen, ubi Trigemina porta. Habitauit autem Cacus in crepidine proximi montis, ſub Templo nũc ſanctæ Mariæ Auentinæ, Supra ipſam portam, Salinarum etiam extant adhuc ſubteraneæ Cauernæ manu factæ, in proxima uinea iuxta Ripam Tyberis. Item Liuius, Eo anno inquit Porticũ unam extra portam trigeminam, emporio ad Tyberim addito, inter lignarios fecerunt. Per trigeminam

tradunt Horatios *egreſſos* , per Capenam *uero* Tertium *illum*, qui *ſuperſtes ac uictor* rediјt, Ro*mam* petiſſe , *ut ſcribit* Liuius , *fuit olim in* hoc *ambitu* , Capena oppidulum, *unde quidam por*tam *hanc* Capenam *fuiſſe* putant , *cum non ſit* , ut *ſupra oſtendimus*. Porta uero, *quæ nunc dicit̃ ſan*cti Pauli , longo tempore poſt, ibi condita, & *mu*tato Pomerio , *dicta eſt* Trigemina. *poſtea* . S. Pau*li productis mœnibus* uſq; ad tyberim , & *inde per ripã eius uſq; ad* Naualia, ut locus eſſet á Pyratha*rum*, & *barbarorum incurſionibus tutior* . Via *autem quæ per hanc portam egreditur uocatur* Oſtienſis, eò ꝙ Oſtiam Tyberinam petit , *ubi ad*. x. *fermè ſtadia* , occurrit Venerubilis Baſilica *di*ui Pauli Apoſtoli , á Conſtantino Impe . condita *marmoreis ornamentis*, Lithoſtrato , & Vermiculato *opere* , *a fronte* & *à tergo interius* , *con*ſpicua, opera & *impenſa* Honorĳ . IIII . *ut illic eius nomen legitur*, *ingentibus columnis*, & *ex*celſis Abſidibus *ſuffulta* , *ubi ſub priore* Altari oſſa APoſtolorum Petri, & Pauli, *æquali por*tione *diuiſa requieſcunt* , *ubi* & *multa ſancto*rum *corpora* , & *reliquiæ conditæ dicuntur*. Quam *quidem* Baſilicam Prudentius Poeta *ita deſcribit*.

Subdidit, & paruas fuluis laquearibus columnas,
Diſtinguit illic quas quaternus ordo ,

Diuidit oſſa duum tyberis ſacer ex utraq; ripa,
Inter ſacra dum fluit ſepulchra,
Dextra Petrum regio tectis tenet aureis receptũ,
Parte alia titulum Pauli uia tenet Oſtienſis,
Qua ſtringit amnis ceſpitem ſiniſtrum.
Regia pompa loci eſt, Princeps bonus has ſacrauit arces

Cuius ueſtibulũ ſiue Atrium Hadrianus primus marmoribus ſtrauit, ſicut Donus Papa Atriũ ſancti Petri.

De Oſtia Tyberina.

ET quoniã Oſtienſis uia Oſtiã petit, operæ pretiũ uidetur aliquid in hoc loco de illa dicere. Strabo lib. V. Oſtia quidẽ importuoſa eſt, propter limũ quẽ Tyberis, multis refertus amnibus aggerat non paruo igitur diſcrimine agitata ſalo, ſtant in anchoris nauigia, uincit tamẽ utilitas, nẽpe miniſtrãtiũ copia Scapharũ, quibus eximũtur, & imponũtur onera, in pigrã efficit è nauigandi facultatẽ, anteq̃ flumen attingatur. Sunt quæ ex parte leuatis oneribus amnem intrant, & penès Romam ſtadijs. clxxxx. aduerſa producantur aqua. Oſtiã, quæ tale oppidũ eſt Ancus Martius condidit. Nec Vrbs tantum hoc rege creuit inquit Liuius, ſed etiã ager, fineſq;, ſilua Meſia, Salinæq; circum factæ. Et ſubdit. Oſtia ab Anco Martio extructa militiæ, omniumq; munerum uacationem habuit.

Euerſam olim à Sarracenis Leo . IIII . reſtituit, Corſiſq; Colonis habitandam dedit. Martinus.V. Turrim in ea excitauit, quam Iulianus Car . S .Petti ad Vinc. loci præſul, qui poſtea Iulius . II. dictus eſt magno ſumptu refecit una cum oppido, coarctato ambitu . Extatq; hodie . Arx maritimorum comeatuum præſidium, in Tyberis Ripa, cum paucis admodum caſulis, in ueteribus priſcæ Vrbis ruinis, excitatis, ac quæ in pelagus extendi uidentur, Vrbs ipſa in ſiniſtra planitie fuiße inter oppidum quod nunc nouum extat, & mare, cum templo .S. Auræ, ubi ſecunda poſt romanam,epiſcopatus dignitas. Erat olim in hoc ipſo angulo magnus ille, ac memoratißimus ab antiquis ſcriptoribus ſinus, ubi Atrium, & regia fuiße dicitur Tyberini dei, de quo Virgilius libro .VIII.

Hic mihi magna dom',magnis caput Vrbib' exit.

Quo deuecta fertur deum mater.

Quo etiam omnes equites Ro.& matronæ ad eam excipiendam conuenere. Ouid.in faſt.

Omnis eques, mixtaq; grauis cum plebe Senatus,
  Obuius ad tuſci Fluminis ora uenit.
Fluminis ad Flexum ueniunt, Tyberina priores.
  Atria dixerunt, unde ſiniſter abit.

Nam deum mater è Peſſinunte Phrygiæ oppido aduecta, iuſſu Sibyllonorũ Carm . & Apollinis oraculo, Tyberino alueo ſubſtitit, in Arena, pro-

pter nimiam ſiccitatem, & cum non poſset ullis humanis uiribus, aut ingenio moueri. à. Q. Claudia Veſtali, iniecta zona, Nauis in qua dea erat, paruo demum conatu mota dicitur. Quo miraculo erecta eſt illi Statua in Foro, cuius rei ſatis multa Liuius. & Ouidius in faſtis. in eo quidem ſinu aduenienté nocte, Dea quieuit. Poſtera uero die inde ſoluentes perduxerunt eam ad Almonem Fluuiũ, ubi Lota eſt, erat enim multo limo oblita. Labitur autem almo ad. X. ab Vrbe lapidem, in Tyberim defluens. Ouid. in faſt.

Eſt locus, in Tyberim, qua lubricus influit almo,
  Et nomen magno perdit ab amne minor.
Illic purpurea canus cum ueſte ſacerdos,
  Almonis dominam, ſacraq; lauit aqua.

Delataq; tandem per Portam Capenam, excepta eſt hoſpitio a Scipione Naſica optimo omniũ tunc Viro. Plinius hunc unum eſse dicit, qui à condito Aeuo Vir optimus ſit iudicatus, & dignus, qui matrem deum domi, uſq; ad conditum Templum exciperet. Cui Deæ. Q. Cecilius Metellus Templum in regione Portæ Capenæ ex donis Deæ collatis, ac ſtipe erexit. Quod poſtea Auguſtus Cæs. inſtaurauit. Vnde Ouid. in faſt.

Illa ſedens plauſtro porta eſt inuecta capena,
  Sparguntur niueæ Flore nitente boues.
Naſica excepit, Templi non extitit author:

Auguſtus nunc eſt, ante Metellus er

Cuius Deæ ſimulacrum habebat in manu, Tympanum, & in capite turres. Et quoniam nimis diſtabat ab Vrbe prior, ac uetus Almo, ubi primum dea lota eſt finxerunt alterum Almonem. Vrbi propinquiorem riuum, qui labitur Paulo extra portam capenam, quem Romani hodie uocant riuum Appij. In Almone quin etiam quot annis, de more, à gallis ſacerdotibus ipſa dea, Calen. Aprilis abluebatur. Vnde Lucanus.

Et lotam paruo reuocant Almone cybellem. Mart.

Capena grandi porta, qua pluit gutta,
Phrygius, qua matris almo, qua lauat ferrum.
Horatiorum qua uiret ſacer campus.

Qui lauandi mos ſeruatur hodie Romæ in lauandis pedibus imaginis Saluatoris dum geſtatur per Vrbem menſe Auguſti.

De Porta, & Via Portuenſi.

Regio Tranſtyberina, mœnibus, & Tyberi undiq; munita, tries tãtũmodo habet in ipſis mœnibus portas, Portuenſem, Pancratianam, & Septimianam. Quæ quibus ante nominibus apud antiquos uocarentur non ſatis compertum habeo. Porta autem portuenſis inter Ianiculum, & Tyberim ſita, unde uia inchoat portuenſis, quæ ducit

ad portum oſtienſem. a quo Porta, ac uia, nomen accepit. Quem portum Claudius Cæſ. excitauit, ut ſcribit Suetonius cum inquit. Opera magna potius, q̃ neceſſaria perfecit. Inter quæ emiſſarium Fucini lacus, Portumq; Oſtienſem, quanq̃ ſciret, ex his alterum ab Auguſto, precantibus aſſidue Marſis, negatum. Alterum a Diuo Iulio ſæpius deſtinatum, atq; propter difficultatem omiſſum, utrumq; Claudius peregit, merſaq; in ipſo oſtienſi portu magna Triremi, qua nunq̃ in mari maior uiſa eſt, ad iacienda fundamenta, ea Vaticanus Obeliſcus aduectus fuerat, longitudo ſpatium obtinuit, magna, & parte oſtienſis portus, Latere leuo ibi nãq; demerſa à Claudio, cum tribus molibus turriũ altitudine, in eam ædificatis obiter Puteolano puluere aduectis, cuius arboris craſſitudo quatuor ulnas complectentium implebat, author Plinius. In eo portu fuit Aedes Portumni, qui portubus præeſt, in cuius ædificatione portumnalia facta ſunt. Excitauitq; idem princeps marmoream in mari Turrem inſtar Alexandrinæ phari, ubi nocturna lumina affixa uiam nautis portum ſubituris, aperirent, quæ hodie marinis fluctibus ceſſit una cum portu. Extant hodie in ambitu magnæ ruinæ ciuitatis portuenſis, cum templo. S. Luciæ, quæ nunc eſt tertia dignitas poſt Ro. Quem locum hodie interſecat pars quota Ty-

beris, & riuus ipſe uocatur Fluuiolus, huius Vrbis
nemo ex ueteribus ſcriptoribus quod ſciam memi-
nit, ſed portus tantum meminere Oſtienſis, qui po
ſtea (ut uidetur) auctus eſt undiq; ædificijs, & rerũ
marittimarum Conditorijs, quorum adhuc extant
ueſtigia circum ſtagnum, quod adhuc illic exſtat.

De Porta nunc. S. Pancratij, & Via Aurelia.

IN uertice Ianiculi mõtis, qui hodie dicitur mõs
Aureus, extat Porta. S. Pancratij à propin- 1
quo Sctĩ Pãcratij extra eius portã Tẽplo, à Symma
cho Papa natiõe, Sardo cõdito, quã Procopius Pan
cratianã uocat. Quidã uero Aureliã, ſiue ab Ame-
lio cõſulari uiro, ſiue ab Aurelio Imp. dictã eſſe ſcri
bunt. Sed Procopius Cæſarienſis medicus, qui 1
erat in caſtris Beliſſarij, & geſtarum eius rerum,
& Gothici belli ſcriptor, tradit Aureliam portam
fuiſſe iuxta molem Hadrianam, eandem & S. Pe-
tri nuncupatam, à propinqua eius Baſilica, cum
inquit, Sepulchrum Adriani extra portam Aure- 2
liam, iactu lapidis impoſitum, niſi forſan duæ por
tæ tunc fuerint eiuſdem nominis, duobus in locis,
eodem tempore, una hæc, altera in Ianiculo, ſi-
cut ẽt duæ portæ duæ uiæ Triumphales, Vaticana,
& capena, Via Appia, & Vaticana. Viam ue- 2
ro Aureliam Satis conſtat fuiſſe conſularem, ac ue

tuſtiſſimam ab Aurelio Conſulari uiro ſtratam, Cuius meminit Cicero Quæ,& Traiana dicta eſt à Traiano Imp. qui eam reſtituiſſe dicitur. Ea tendit per maritima maris Tuſci, tradit . M . Antoninus in Itinerario. In uia Aurelia fuerũt olim Horti Galbæ Imp. ubi idem prineeps ſepultus fuit, ut ſcribit Tranquillus,

De Porta Septimiana.

INter Portam . S . Pancratij,& Tyberim ad radices Ianiculi montis extat porta Septimiana, à Septimio Seuero Imp. dicta: teſte Spartiano cũ inquit, Opera eius publica extant: Septizonium, & Thermæ Septimianæ, in tranſtyberina regione, ad portam nominis ſui,ubi Ianus Septimianus, & ara Septimiana. Quam Portam iam uetuſtate collabentem, Alexander .VI. Nuperrime à fundamentis inſtaurauit, & in meliorem formam redegit, ubi Septimij, antea legebatur inſcriptio. Quidam eam appellauerunt Portam ſuptus Ianum, ꝗ ſub eius mõte ſita fuerit. Aliqui uero Fontinalẽ. i. Deabus fontium ſacram. ſed doctiores Fontinalem Capenam fuiſſe dicunt. Ab hac porta poſtea Iulius.II. Viam direxit ad amuſſim per ripam Tyberis uſq; ad portam nunc .S. Spiritus. Vbi à dextris & ſiniſtris ſumptuoſæ ſurgunt Aedes, quam quidem uiam deſtinauerat à Platea . S. Petri uſq;

ad naualia ſub Auentino. qui locus uulgo Ripa dicitur, disfractis hinc inde ædificijs promouere.

De Porta Vaticana, ſiue Triumphali.

VLtima ex antiquis porta fuit Vaticana in ripa Tyberis, in aditu pontis Vaticani, cuius ueſtigia adhuc in medio extant fluuio, ubi nunc eſt Hoſpitale. S. Spiritus in Saxia. Quod Innocentius. III. à fundamentis excitauit, & auctum ab eo magnis prouentibus. Quibus peregrini, & Aegroti ac ſpurij uulgoq; concepti Orphani alerentur. Quem locum Syxtus. IIII. poſtea inſtaurauit, & ampliauit, & multis identidem prœdijs, & prouentibus auxit. Vocatur autem .S. Spiritus in ſaxia à Saxonibus Germaniæ populis, qui illic aliquando conſederunt, ne intra Vrbem, propter Latrocinia reciperētur. Hanc & Triumphalem portam fuiſſe tradunt. Suetonius in funere Auguſti ſcribit. Quoſdam Senatores cenſuiße Auguſti funus porta Triūphali ducendum, idem ſcribit Cor.Tacitus li. primo. & Hieronymus in funere Diui Petri apoſtoli. Eruditiores uero Triūphalem portam, Capenam fuiſſe tradunt. Leo. IIII. patria Ro. primus omnium incluſit mænibus campum Vaticanum, & ap-

pellauit ſuo noĩe ciuitatem Leoninam, Eamq; habitandam dedit Corſis, qui tunc é Corſica inſula à Sarracenis eiecti Romam confugerant. Hac potiſſimum cauſa, ne Baſilica. S. Petri, quæ tunc erat in maxima ſolitudine (ut ſæpius ante acciderat) diriperetur. Conſtituitq; in eo mænium circuitu portas ſex omnes quidem neceſſarias, opportunaſq;. Quarum prima iuxta Hoſpitale. S. Spiritus in æditiore loco nuperrime inſtaurata, quæ mittit in tranſtyberinam regionem per Septimianam portam inter Tyberim, & Ianiculum. Secunda nunc dicitur porta Turrionis iuxta fornaces Vaticanas. Quæ olim uocabatur Poſterula, à poſterulone quodam ex Saxonia, qui illic aliquandu habitauit uel q, magis uerisimile eſt q, in poſteriore parte ſita ſit Vrbis. Tertia eſt porta pertuſa in ædito loco ſita ſupra Baſilicam. S. Petri, cui propinqua eſt alia parua quædam porta extra numerum, ſupra uiridarium Vaticanum, in uſum tantum palatinorum. Quarta iuxta plateam. S. Petri quæ dicitur porta. S. Peregrini, ſiue Viridarij. Quinta iuxta molem Hadrianam, quæ mittit in prata Vaticana. Sexta, quæ Burgum. S. Petri Vrbi coniungit, omnium pulcherrima, Quam Alexander. VI. cum Caſtrũ. S. Angeli mænibus renouaret nouam ibi excitauit, & ampliauit ad excipiẽdam om-

nem populi multitudinem, priore, ueteriq; aboliꝫ ta Area porta, inter pontem, & molem, quæ niꝫ mis anguſta erat. Directa Alexandrina de ſuo nomine ad amuſſim uia, uſq; ad portam Palatij Vatiꝫ cani ſubmota è medio pyramide, quæ impedimenꝫ to erat. Idem etiam pontifex portas prope omnes Vaticanas inſtaurauit. Collabentiaq; loci mœnia reparauit, in quibus occultum excogitauit iter, Pontificum Commodis, peregitq; ab ædibus Vaticanis, uſq; ad molem Hadrianam, commoditatis, ſecuritatiſq; cauſa, ut ſine arbitro quotienſcunq; libuerit in proximam, exploratis prius latebris Moꝫ lem geſtaretur. Fuerunt, & aliæ non nullæ antiꝫ quæ urbis portæ etiam intra muros Vrbis, ut ſcriꝫ bit. M. Varro, quarum hodie ſola nomina extant ut portæ Romuli circa Palatiũ. fuit, & Querqueꝫ tulana, ad radices collis Viminalis á Quercu, quæ iuxta portam erat, ita dicta, ut ſcribit feſtus, Pliꝫ nius fuit, inquit porta Querquetulana in colle, in quem uimina petebantur, ubi Querquetulanum Sacellum iuxta Lucum Iunonis lucinæ, & lucũ faꝫ gutalem, ut tradit. M. Varro. Fuit, & porta Lauernalis, a Lauerna Dea, quæ iuxta eam portã colebatur, eſt enim lauerna dea furum, unde lauerꝫ niones fures olim uocabantur. Fuit, & porta Raduſculana ꝙ rudis eſſet impoſita, uel relicta iuxta Næuiam, uel ꝙ Aere munita eſſet, Fuit porta

Rutumena,

Rutumena, a quodam auriga ita dicta, qui Veijs curſu uictor in Vrbem redijt. Minutia porta, à ſacello Minutij nuncupata. Catularia à canibus, ꝙ iuxta eam canes ruffæ immolarentur Syrio propter fruges. Piacularis propter quædā piacula, que illic fiebant. Salutaris, quæ proxima erat Aedi Salutis. Sancualis ſiue ſangualis, ꝙ Sancualis Aedi eſſet propinqua, & Aedibus Anci Martij Regis in ſumma Via ſacra. Ianualis à ſigno Iani ibidem affixo. Libitinenſis, per quam fato defuncti efferebantur. Ex his Romanula, Ianualis, Mutionis, & Sancualis non in pomærio, ſed intra Vrbis ambitum fuiſſe traduntur. Fuit, & porta Feneſtella, ꝙ parua, & anguſta, & ꝙ per eam Tanaquil ad populum locuta, ut Seruium Tullium generum regnare paterentur, donec Tarquinius priſcus conualeſceret, uel ꝙ per eam Fortuna intraret ad Seruium Tullium nocturno tempore, ut ſcribit Ouid. lib. VI. faſt.

Nocte domum parua ſolita eſt intrare feneſtra.
Vnde feneſtellæ nomina porta tenet,

Fuit & Porta ſtercoraria incliuo Capitolino, ut ſcribit Pōpeius, ubi ſordes ex tēplo Veſtæ ſublatæ, cōdebātur, inde poſt in Tyberim trāſferendæ. Præterea ſciendum eſt totam olim Vrbem fuiſſe cinctam undiq; firmiſſimis mænibus, & portis, ſed rationibus uerſus Martium campum, quoniam muni⸗

tus erat alueo Tybris. Appianus, Sylla inquit Exercitium in Campo Martio Anteportas Vrbis ſtatuit. Erant etiam portæ in Pontibus Tyberis ſicut nunc ſunt. Hactenus de portis. Erant preterea Viæ (præter quas deſcripſims intra) & extra Vrbem celeberrimæ. Alta ſemita in dorſo montis Quirinalis: que inchoabat a Thermis Cõſtantini Imp. non longe ab eo loco: ubi nunc ſunt Caballi marmorei, & tendebat recto tramite per medium montis dorſum, uſq; ad portã Viminalem Nunc. S. Agnetis. Erat, & Via lata: que incipiebat iuxta ſepta Campi Martij, & Viam Flaminiam, & protendebatur uſq; in Capitolium: extant adhuc ſigna in platea Sciarræ, unde inchoabat, & ante .S. Mariã in uia Lata, unde locus nomen accepit. Erat, & uia Subura omnium olim celeberrima, in media Vrbe conſtituta, dicta uel q. ſubmuro terreo Carinarum eſſet, uel à pago ſuccuſano, detrita littera, ut ſcribit Varro. Ea inchoabat à regione Tabernolæ ſupra Coloſſeum, ubi Suburæ caput, & Principium Labicanæ, uerſus auroram tendentis. Subura uero per radices Exquiliarum longo ambitu perducebatur uſq; ad Aedem. S. Luciæ in Orphea, ſiue in capite ſuburæ, unde principium Viæ præneſtinæ. In Subura olim proſtrabant meretrices, ut ait Martialis.

Famæ non nimium bonæ puellam.

Quales in media ſedent ſubura. Iuuenalis item de Tyberino ignobili piſce.

Et ſolitus mediæ cryptam penetrare ſuburæ. extabat nuper in media Via Turris cognomento ſecura pro ſubura, quæ hodie à magiſtris uiarum diruta eſt uiæ ampliandæ cauſa. Erat præterea ſuburana Regio antiqua, una ex quator, in quas Seruius Tullius diuiſit Vrbem. Suburanæ regiōis inquit Varro princeps eſt Cælius mons. Erat, & Via ſacra, que inchoabat à Curia ueteri, in angulo Palatij, iuxta Arcum Conſtantini Imp. ut quidam tradunt. M. Varro autem à Carinis, cum inquit, Carinas ab eo dictas, ꝙ hic oritur caput uiæ Sacræ, Ea demum per arcum Titi. Veſp. & Forum Ro. ducebat in Capitolium. Sacra uero dicta, ꝙ in ea dictum fuit fœdus inter Romulum, & Tatium. In qua etiam Augures ſedem habentes augurari conſueuerant. Siue, ut tradit Varro, ꝙ per eam, ab arce ad augures ſacra quot menſibus ferebantur. Cæſar dictator inquit Plynius, totum Forum, Viamq; ſacram, à domo ſua, ad Cliuum uſq; Capitolinum, linteis contexuit, munere gladiatorio. Huius ſacrœ uiæ pars hæc ſola uulgo nota quæ eſt à Foro eunti priore cliuo. In uia ſacra erat olim mercatus rerum uenalium, ut ſcribit Varro de re ruſtica. Huiuſce inquam Pomarij ſumma ſacra uia

ubi poma ueneunt. Ouidius de arte Amandi.

Rure ſuburbano poteris tibi dicete miſſa,
Illa uel in ſacra ſint licet empta Via.

In Via ſacra uendebatur etiam mel. Erat prætera Via noua, iuncta Foro. Ouid. in faſt.

Forte reuertebar feſtis ueſtalibus illa.
Qua noua Romano nunc uia iuncta Foro eſt.

Ea incipiebat a porta Mugionis, deinde per Palatium, & iuxta Septizonium producebatur uſq; in Piſcinam publicam, & Thermas Antonini Baſſiani, ubi caput ipſius Viæ, quam ipſe Princeps muniuit. Liuius eodem anno. M. Cæditius de plebe nunciauit ſe in noua Via, ubi nunc Sacellum eſt ſupra Aedem ueſtæ, noctis ſilentio, audiſſe uocē clariorem humana, quæ magiſtratibus dici iuberet Gallos aduentare, unde Aij locutij, qui Aius loquens, a Cice. lib. II. de diuinatione dictus eſt: ſiue Famæ templum, propter cæleſtem famam auditam, in noua Via fieri iuſſerunt, quod Camillus ſtruxit, ut ſcribit Plutarchus. Erat etiam uia Triumphalis per portam, & pontem Vaticanum tendens, uſq; in Capitolium unde diuus Hieronymus de uiris illuſt. Sepultus eſt inquit Petrus iuxta Viā Triūphalē in Vaticano ubi totius Vrbis Veneratione celebratur. Fuit, & uia Vitellia à Ianiculo uſq; ad mare: ut ſcribit Suetonius in Vitellio. Fuit, & uia recta in Martio Campo, ut ſcri-

bit Seneca. Fuit: & *uia Publica*, de *qua* Liuius Romæ *inquit de cælo tacta uia* Publica. Fuit, & *uia* Fornicata *in* Martio Campo *iuxta* Flamminiā, & *ſepta ad uſum militū, ut ſcribit* Liuius. Erant *prætere a extra* V*rbem uiæ celebres.* Claudia *iuncta* Flaminiæ, *ubi horti erant* Ouid. *ut ipſe ſcribit* de ponto.

Nec *quæ pomiferis poſitos in collibus hortos.*
Spectat Flamminiæ Claudia *iuncta uiæ.*

Erat, & Via Aemilia, *a* Lepido *collega.* C.Flāminij *in conſulatu ſtrata, ab* Aemilia *regione* Bononiam *uſq;.* Erant *autem* Aemiliæ *duæ, altera, quæ* Flāminiam *excipiebat, altera, quam ſtrauit* Scaurus *per* Piſas, & Lunam *in* Sabatios *uſq;.* Erat, & *uia* Tyberina, *quæ* Ciminia, & Caſsia, *quæ* Heturiam *diſcriminat.* Fuerunt, & *iuxta* V*rbem uiæ claræ,* Valeria. A *tyburtinis incipiens, per* Marſos, & Pelignos *ducit, ut tradit* Strabo, *media eſt* Latina, *per* Algidum *tendens, fuerunt præterea.* Viæ Quintia Gallicana, Patinaria. Laticulenſis. Setina. Cornelia. Laurentina, Ardeatina, *quarum hodie uix ſigna apparent.* Vias *autem* V*rbis magna ex parte disruptas, ſua impēſa* Veſp. Imp. *reſtituit, ut apparet in* Marmore, *in* Porticu Aedium Conſeruatorum *in capitolio.*

IMP. CAESARI
VESPASIANO AVG.

PONT. MAX. TR. POT. III.
IMP. IIX. PP. COS. III. DES. IIII.
S. C.
QVOD VIAS VRBIS
NEGLIGENTIA
SVPERIOR. TEMPOR.
CORRVPTAS IN
PENSA SVA RESTITVIT.

Quarũ aliquæ Cõſulares, ut Aurelia in maritimis Etruriæ Piſas uerſus. Caſſia ad Sutriũ, Viterbium, Volſinienſes. Flaminia per Narniã, Spoletũ, Fulginiũ, Nuceriam, Fanũ fortunæ, Piſaurum. Ariminũ. Per latiũ ad Labicos, & Campaniã, in capenatem uſq; ſaltum. Per Appiam Albæ. Aritiæq; ruinas, Pontinas paludes, Taracinam, Fundos, Sinueſſam, Stellatemq; Campum, Brunduſium uſq;.

DE REGIONIBVS PRISCAE VRBIS NVMERO. XIIII.

Placet, & Regiões priſcæ Vrbis in quas olim ex ueterũ traditiõe diſtincta erat, breuiter deſcribere. Seruius Tullius primus Vrbem in quatuor Regiones diuiſit, Palatinã, Suburanã, Exquilinã, & Collinã. Poſtea Auguſtus Cæſar ſpatiũ Vrbis in regiões, & Vicos diſtinxit. Plynius ſcribit Regiões Priſcæ Vrbis fuiſſe quatuordecim. Extat hodie in Capitolio Marmor in Porticu Aediũ Con-

ſeruat, his litteris.

IMP. CAESARI DIVI
TRAIANI PARTICI FIL.
DIVI NERVAE NEPOTI
TRAIANO HADRIANO
AAG. PONTIF. MAXIMO
TRIBVNIC. POTESTAT. XX.
IMP. II. COST. III. PP.
MAGISTRI VICORVM VRBIS
REGIONVM. XIIII.

REGIONES PRISCE VRBIS.

DVas tantū, & illas Regias Vrbes, Romā, & Cōſtātinopolim, alterā rerū magiſtrā, alterā eius Aemulā in Regiones .xiiii. utrāq; diſtinctā reperio. Regio prima noſtræ Vrbis. Porta Capena uocata eſt. ii. Cælimōtana .iii. Iſis, & Serapis. iiii. Tēplū Pacis. v. Exquilina. vi. Altaſemita. vii. Via Lata. viii. Forū Romanū. ix. Circus Flaminius. x. Palatiū. xi. Circus max. xii. Piſcina publica. xiii. Auētinus. xiiii. Trāſtyberina. Fuerūt præterea aliæ extra hunc numerum particulares, ut Regio Tabernolæ. Suburanæ: & Collinæ, deinde Regio Faſciolæ, & ad Vrſum pileatum.

Regio prima antiquæ Vrbis Porta Capena dicta eſt, à propinqua illic porta. Quæ regio ſola omnium intra, & extra limen cōſtituta di⸗

citur. Continebat autem exterius Martis Tẽplum extramuraneum, Almonem Fluuium, Aedem tempeſtatis. Campum Horatiorum, & quædam alia, Interius uero Cæliolum, & primas partes Cælij montis: & iuxta ipſam Portam erat Aedes cum Aqua Mercurij, & Vicus, & Aedes Camœnarum, Vicus Druſiani. Vicus Sulpitij ulterioris, & citerioris. Vicus Fortunæ obſequẽtis. Vicus puluerariꝰ. Vicus Honoris, & Virtutis, Vicus triũ Ararũ. Vicus Fabritij, Aedes Martis Aedes Mineruæ. Aedes Tẽpeſtatis Area Apollinis. Area Spei. Area Galli, ſiue Tralli, ſiue Galliæ. Area Pinaria. Area Carſuræ. Lacus Promethei. Lacus. Viſpani, uel Veſpaſiani: Balineũ Torquati, Balineũ Vectij Bolani. Balineũ Mamertini: Balineũ Abaſcantiani: Balineum Antiochiani. Thermæ Seuerianæ. Thermæ Cõmodianæ. Arcus Diui Veri Parthici. Arcus Diui Traiani Arcus Druſi. Mutatoriũ Cæſaris. Almo Flum. Vici. ix. Aediculæ. x. Vicomagiſtri. xxxvi. Curatores. ii. Denũtiatores. ii. Inſulæ. IIII. M. CCL. Domus. cxx. Horrea. XIII. Balineæ priuatæ. LXXXII. Lacus. LXXXII. Piſtrina. XX. Regio in ambitu continet pedes. XII. M. CCXXII.

REGIO. II. CAELIMONTANA.

COntinebat olim hæc Regio cæteram partẽ Cælij montis. Templum Claudij. Macellũ

magnũ,ibi & Cãpꝰ Martialis.Lupariæ.Antrũ Cyclopis.Caſtra peregrina.caput Africæ.Arbor ſancta.Domus Philipp.Domus Vectiliana.Regia Tulli hoſtilij.Tẽplũq; quod is in Curiã redegit, ordine ab ſe aucto.i.Patribus minorũ gẽtiũ.Mãſiones Albanæ.Mica aurea. Armamentarium. Spolium Samarium.Ludus matutinus. Ludus Gallicus, Cohortes.V. Vigilum. Vici. XII. Aediculæ. VIII. Vicomagiſtri. XXVIII. Curatores. II. Denunciatores.II.Inſulæ.III.M.Domus.CXXXIII. Horrea. xxiii,Balineæ priuatæ.XX.Piſtrina.XII. Regio in ambitu continet pedes. XII. Mil. CC.

REGIO III.ISIS ET SERAPIS.

Haec Regio inchoabat ſtatim poſt Cælium montẽ uerſus Sept.& occupabat magnã partẽ Exquiliarũ.in qua erat Amphitheatrũ qđ capit loca.LXXXVII. M.Ludus magnus.Ludus Dacius. DomusBrytiana.Samiũ Coragiũ.Prætura præſentiſſima.Thermæ Titi Cæſ.Aug.Thermæ Traiani Thermæ Philippi Imp.Lacꝰ Paſtoris.Schola Quæſtorũ.Schola Capulatorũ. Porticus Liuia: Caſtra Miſenatiũ:Subura.Vici.VIII.Aediculæ.VIII. Vicomagiſtri.XXIIII.Cur.II.Den.totidẽ.Inſulæ.II. M. DCCLVII. Domus. CLX.Horrea.XVIII. Balineæ priuatæ.LXXX. Lacus.LXV.Piſtrina. XII. Regio in ambitu cõtinet pedes.XII. M.CCCCL.

REGIO. IIII. TEMPLVM PACIS.

REgio hæc breuiſſima, & oblonga inter Pa-
latium, & Exquilias cum ſuperiore confuſa.
In qua èrat olim Templum Pacis. Templum Re-
mi. Templum Veneris. Templum Fauſtinæ. Tem
plum Telluris. Via Sacra. Baſilica Conſtantini.
Baſilica Pauli Aemilij. Sacri portus. Forum tran
ſitorium, Balineum Daphnidis. Porticus Abſidata.
Area Vulcani, cum Vulcanali, ubi Lotos à Romulo 1
ſata, in qua Area ſanguine per biduum pluuit. Buc-
cina aurea, uel Buccinum Aureum, Apollo Sanda-
larius, Horrea Chartarea, uel Teſtaria, Tigillum
Sororium. Coloſſus altus pedes. Cii. & ſemis, ha
bens in capite radios. vii. Singuli pedes. xii. & ſe- 1
mis. Meta ſudans, Carinæ, Domus Pompei. Aui-
ta, Ciceronum domus. Vici. viii. Aediculæ. viii.
Vico magiſtri. xxii. Cur. ii. Den. ii. Inſulæ. ii. M.
Dcclvii. Domus. Cxxxviii. Horrea. viii. Bali-
neæ priuatæ. lxxv. Lacus. lxxviii. Piſtrina. 2
xii. Regio in ambitu continet pedes. xiii. mil.

REGIO .V. EXQVILINA.

OCcupabat olim hec Regio cæteram partem 2
Exquiliarum, cũ Turre Mæcenatis, & pro-

ximo colle Viminali. In qua fuit lacus Promethei, Macellum Liuiani. Nymphæum diui Alexandri. Cohortes. vii. uigilum, Aedes Veneris Erycinæ ad Portam Collinam, Horti Planciani, uel Plauciani, Horti Mæcenatis. Regia Seruij Tulli, Hercules Sullanus. Amphiteatrum caſtrenſe. Cãpus Exquilinus, & Lucus. Campus Viminalis ſub Aggere. Lucus Petilinus. Templum Iunonis Lucinæ. Lucus Fagutalis. Domus. M. Aquilij iure conſulti, & . Q. Catuli, & . M. Craſſi. Ara Iouis Viminei. Minerua Medica, Iſis patricia. Lauacrum Agrippinæ. Thermæ Olimpiadis. Vici. xv. Aediculæ. xv. Vico magiſtri. lx. Cur. ii. Den. ii. Inſulæ. iii. M. Dcccl. Domus. Clxxx. Lacus. lxxix. Horrea. xxiii. Balineæ priuatæ. lxxv. Piſtrina. xii. Regio continet in ambitu pedes. xv. M. Dcccc.

REGIO .VI. ALTA SEMITA.

HAec Regio includebat olim montem Quirinalem, & proximam à ſiniſtris Vallem iuxta collem Hortulorum. In qua Vicus Bellonæ. Vicus Mamuri. Templũ Salutis in colle Quuirinali, Templum Serapeum, Templum Apollinis, & Clatræ. Tempum Floræ, & Circus Floralia. Capitolium Vetus. Diuus Fidius in colle. Forum Salluſtij,

Fortuna publica in Colle. Statua Mamuri plumbea. Templum Quirini. Domus Attici. Malum punicum, ad quod Domitianus. DD. Templũ Gentis Flauiæ, & erat domus eius Horti Salluſtiani. Senatulum mulierum. Thermæ Diocletianæ, Thermæ Conſtantinianæ. Balnea Pauli, decem Tabernæ, ad Gallinas albas. Area Calidij. Cohortes. III. Vigilum. Vici. XII. Aediculæ. XVI. Vicomagiſtri. XLVIII. Cur. II. Den. II. Inſulæ. III. M.D V. Domus. CXLV. Horrea. XVIII. Balineæ priuatæ, LXXV. Lacus. LXXVI. Piſtrina. xii. Regio in ambitu continet pedes. XV. M. D. C.

REGIO. VII. VIA LATA.

AVſpicabatur olim hæc Regio iuxta collem Hortulorum, & Formam Aquæ Virginis, & per ſiniſtrum Quirinalis cliuum protendebatur uſq; ad Traiani Forum. á dextris uero cum Circo Flaminio: & ipſa Via Lata terminabatur, unde nomen habet. In qua fuit Lacus Ganymedis. Cohortes. VII. Vigilũ, aliter primorũ uigilũ. Arcus Nouus Nymphæũ Iouis. Aedicula Capraria. Tẽplũ Solis Campus Agrippæ. Caſtra Gentiana, aliter Gipſiana. Porticus Conſtantini. Templum nouum Spei. Templum nouũ Fortunæ. Templũ nouũ Quirini. Sacellum Genij Sangi. Equi ænei Tiridatis

Forum Suarium. Forum *Archemorium*. Horti Ar-*giani,* Pila Tyburtina *ad manſuetos*. Lapis pertu-*ſus.* Vici. x. *Vicomagiſtri.* xl. Cur. II. Den. II. *Inſulæ*. III. M. CCCLxxxv. Domus. Cxx. Horrea.xxv. *Piſtrina.* XVI. *Balineæ* Priu. lxxv. Lacus.lxxvi. Regio *in ambitu continet* Pedes.xii. M. Dcc.

REGIO. VIII. FORVM ROMANVM.

HAec Regio *continebat olim eam omnē pla-nitiem, que iacet inter* Palatium: & Capito *lium uſq; ad* Tyberim *cū proximo* Capitolino *mō-te, ubi* Forum *ipſum* Ro. *Roſtra* Populi Ro. Aedes *Victoriæ cum alia* Aedicula *Victoriæ* Virgi-*nis*. DD. *à* Portio Catone. Templum Iulij Cæs. *in* Foro. *Victoriæ aureæ*. *Statua in templo* Iouis Opt. Max. Ficus Ruminalis. & Lupercal Virginis, *Columna cum ſtatua.* M. Ludij. *Græcoſtaſis*. Ae-*des* Opis & Saturni *in* Vico Iugario. Miliarium Aureū. Senatulū Aureū. *Pila* Horatia, *ubi* Trophœa *locata nūcupātur,* Curia. Templū *Caſtorū ad lacū* Iuturnæ. Templū Concordiæ. Equus Aeneus Do-*mitiani.* Atrium Mineruæ. Ludus Aemilius. Por-*ticus* Iulia. Arcus Fabianus. Puteal Libonis. Iani *duo*, Celebris *mercatorum* locus. Regia Numæ.

Templum Veſtæ. Templum Deorum Penatiũ Templum Romuli. Forum Cæſaris. Stationes Municipiorum. Forum Auguſti, cum Aede Martis Vltoris. Forum Traiani cum Templo, & Equo Aeneo, & Colũna Choclide, quæ eſt alta pedes. Cxxviii. habetq; intus gradus. Clxxxv. Feneſtellas. xlv. Cohortes ſex uigilum. Aedicula Concordiæ ſupra Græcoſtaſin. Lacus Curtius. Baſilica Argentaria. Vmbilicus Vrbis Ro. Templum. Titi, & Veſpaſiani, Baſilica Pauli cum phrygijs Colũnis. Ficus ruminalis in Comitio, ubi, & Lupercal. Aedes Veiouis inter Arcem, & Capitoliũ, prope Aſylum. Vicus Ligurum. Apollo tranſlatus ex Apollonia à Luculo. xxx. cubitum. Delubrum Mineruæ. Aedicula Iuuentæ. Porta Carmentalis uerſus Circum Flaminium. Templum Carmentæ. Capitolium ubi omnium Deorum ſimulachra celebrabã tur. Curia calabra, ubi minor Pontifex dies pronuncibat. Templum Iouis opt. Max. Aedes Iouis tonantis ab Auguſto dedicata incliuo Capitoli. Signum Iouis Imperatoris è Præneſte auectum. Aſylum. Templum uetus Mineruæ. Horrea Germanica. Horrea Agrippina, Aqua cernens quatuor Scauros. Forum Boarium. Sacellum pudicitiæ patritiæ, Aedes Herculis uictoris duæ. Altera ad Portã Trigeminã. Altera in Foro Boario cognomina Rotũda, & parua. Forũ Piſcarium, Aedes

Maturæ, Vicus Iugarius, Idem & Turarius, ubi ſunt Aeræ Opis, & Cereris cũ ſigno Vertumni. Carcer iminens Foro, à Tullo Hoſtilio ædificatus media Vrbe. Porticus Margaritaria Ludi Litterarij. Vicus Vnguentarius, Aedes Vertumni in Vico Tuſco. Elephantus Herbarius. Vici. xii. Aediculæ totidem. Vicomagiſtri. xlviii. Curatores. ii. Denunciatores. ii. Inſulæ. iii. M. Dccc. lxxx. Domus. Cl. Balniæ priuatæ. lxvi. Horrea. xviii. Lacus. Cxx. Piſtrina. xx. Regio in ambitu continet pedes. xii. M. Dccc. lxvii.

REGIO. IX. CIRCVS FLAMMINIVS.

INcludebat olim hæc Regio, totum Campum, qui iacet inter montes, & Tyberim, ubi nunc Roma eſt, excluſa tantum regione Viæ Latæ ſub Quirinali monte. Erat autem Circus Flamminius Regio omnium maxima extra Pomœrium, ubi in primis Stabula quatuor Factionum, Aedes antiqua Apollinis cum Lauacro, Aedes Herculi magno cuſtodi Circi Flammi. Porticus Philippi, Aedes Vulcani in Circo Flam. Minutia uetus. Minutia Frumentaria. Porticus Corinthia Cn. Octauij quæ prima du-

plex fuit. Crypta Balbi. Theatrum Balbi capit loca. xxx. M. lxxxxv. Claudius Cæs.dedicauit: & appellatur à uicinitate. Iuppiter Pompeianus. Theatrum Marcelli capit Loca. xxx. M. ubi erat aliud Templum Iani. Delubrum Cn. Domitij.Carcer Claudij .xviri Viri. Tēplum Bruti Callaici. Villa publica, ubi primum populi cenſus eſt actus,in Campo Martio. Campus Martis. Aedes Iuturnæ ad Aquam Virgineam. Septa Trigaria. Equiria. Horti Lucullani. Fons Scipionum. Sepulchrum Auguſtorum. Ciconiæ Nixæ. Pantheon. Theatrum Pompeij. Baſilica Macidij. Baſilica Marciani, Templum diui Ant. cū Choclide columna,que eſt alta pedes. Clxxv. habet intus gradus. CCVI & feneſtellas. Lxi. Thermæ Hadriani. Thermæ Neronianæ, quæ poſtea Alexandrinæ. Thermæ Agrippæ. Templum Boni Euētus, Aedes Bellonæ uerſus Portam Carmentalem, ante hanc Aedem Colūna index belli inferendi. Porticus Argonautarum. Meleagricum. Iſeum. Serapeum. Mineruium. Minerua Chalcidica. Inſula, Phelidij ſiue Phelidis.. Vici. xxx. Aediculæ totidem. Vicomagiſtri. CCxx. Curatores. II. Denunciatores totidem. Inſulæ. III. M. Dcc. Lxxxviii. Domus. Cxl. Balineæ priuatæ. lxiij. Horrea. xxii. Piſtrina. xx. Regio habet in ambitu pedes. xxx. M. D.

REGIO

REGIO .X. PALATIVM.

HAec Regio continebat olim totum Palatinum Montem, ubi Vicus Padi. Vicus Curtarum. Vicus Fortunæ reſpicientis, Vicus Salutaris. Vicus Apollinis, Vicus inſuſq; diei, Roma Quadrata. Aedes Iouis ſtatoris, Caſa Romuli, Prata Bacchi, ubi fuerunt Aedes Vitruuij Fundani. Ara Febris, Templum Fidei, Aedes Matris Deum. huic fuit conterminum Delubrum ſoſpitæ Iunonis. Domus Ceioniorum. Suelia. Iouis Cænatio. Aedes Apollinis, ubi Lychni pendebant inſtar arboris mala ferentis. Aedes deæ Viri placæ, in palatio Bibliothecæ, Aedes Rhănuſiæ, Pentapylon Iouis Arbitratoris. Domus Auguſtana. Domus Tiberiana. Sedes Imperij Ro. Auguratorium ad Mammœam hoc eſt Diætæ Mammeæ. Ara Palatina. Aedes Iouis Victoris. Domus Dionyſi. Domus. Q. Catuli. Domus Ciceronis. Aædes Diiouis. Velia. Curia uetus, Fortuna reſpiciens. Septizonium Seueri. Victoria Germaniciana. Lupercal. Vici. vi. Aediculæ. vi. Vicomagiſtri. xxiiii. Cur. ii. Den. ii. Inſule. ii. M. Dcxliiii. Domus. lxxxviii. Lacus. lxxx. Horrea. xlviii. Piſtrina. xx. Balineæ priuatæ. xxxvi. Regio habet in ambitu pædes. xii. M. DC.

REGIO .XI. CIRCVS MAXIMVS.

REgio hæc continebat olim totū ſpatium ipſius Circi Max. & quicquid Campi iacet inter Auentinum, & Tyberim iuxta Naualia, & Salinas. & iuxta Capitolium, & Tyberim. Forum Olitorium, cum Templo Pietatis, & Columina Lactaria. Circus autem ipſe Max. Capit loca. ccc. lxxxv. M. ubi Portæ. xii. Tēplum Mercurij, Aedes Ditis Patris. Aedes Cereris Aedes Veneris Opus Fabij gurgitis, Aedes Portūni ad Pontē Aemiliū olim ſublicium. Porta Trigemina. Salinæ. Apollo Cæliſpex, Aedes portumni. Hercules Oliuarius. Aedes Maxima. Tēplū Caſtoris. Aedes cereris Aedes Pōpei. Obeliſci duo. Iacet alter, alter erectus. Aedes Murciæ. Ara Conſi ſubterranea. Forum Olitorium, in eo Columna eſt Lactaria, ad quam Infantes lacte alendos deferunt, Aedes pietatis in Foro Olitorio, Aedes Iunonis Matutæ. Velabrum maius. Vici. viii. Aediculæ totidem. Vicomagiſtri. xxxii. Cur. ii. Den. ii. Inſulæ. M. DC. Domus. lxxxix. Balineæ priuatæ. xv. Horrea. xvi. Lacus. lx. Piſtrina. xii. Regio in ambitu continet pedes. xi. M. D.

REGIO. XII. PISCINA. PVBLICA.

HAec Regio admodum parua, continet totum eum ambitum qui adiacet Auentino poſt Circum Max. Iuxta S. Sixtum, ubi ſunt Thermæ Antonianæ. Vicus Veneris almæ, Vicus Piſcinæ pu. Vicus Dianæ, Vicus Ceios, Vicus Triari, Vicus Aquæ ſalientis. Vicus Laci tecti. Vicus Fortunæ Mãmoſæ. Vicus Colopeti paſtoris. Vicus Portæ raduſculanæ, Vicus Portæ Neuiæ. Vicus Victoris. Horti Aſiniani. Area Radicaria. Caput Viæ nouæ. Fortuna Mãmoſa Iſis Antenodoria. Aedes Bonæ Deæ Subſaxanæ. Signum Delphini. Thermæ Antoninianæ. Septem domus parthorum. Cãpus Lanatarius. Domus Chilonis. Cohortes tres uigilum. Domus Cornificij. Priuata Hadriani. Vici. xii. Aediculæ. xii. Vicomagiſtri. xlviii. Cur. ii. Den. ii. Inſulæ. ii. M. ccccIxxxvi. Domus. cxiiii. Balineæ priuatæ. xliiii. Lacus. lxxx. Horrea. xxvi. Piſtrina. xx. Regio habet in ambitu pedes. xii. M.

REGIO. XIII. AVENTINVS.

REgio hæc occupabat totum Auentinũ montem, unde nomen accepit. præter Ther-

mas. Antoninianas. In qua erat Vicus Fidij, Vicus Frumentarius. Vicus Trium Viarum. Vicus Ceſeti. Vicus Valeri. Vicus Laci militarij. Vicus Fortunati. Vicus capitis canteri. Vicus Triũ Alitum, Vicus Nouus, Vicus Loreti minoris, Vicus Armiluſtri, Aedes Conſi. Vicus Columnæ Ligneæ. Minerua in Auentino. Vicus Materiarius, Vicus Mundiciei, Vicus Loreti maioris, ubi erat Vertumnus, Vicus Fortunæ dubiæ. Armiluſtrum. Templum Lunæ in Auentino. Templum commune Dianæ, Thermæ Varianæ. Templum Libertatis, Doliolum, Aedes Bonæ Deæ in Auẽtino. Mappa Aurea, Priuata Traiani. Remuria: Atrium Libertatis in Auentino. Platanon, Horrea Aniceti. Scalæ Gemoniæ. Porticus Fabraria. Shola Caſsij. Templum Iunonis Reginæ à Camillo. DD. Veiis captis. Forum Piſtoriũ. Vici. xvii. Aediculæ totidẽ, Vicomagiſtri. lxxiiii. Cur. ii. Den. ii. Inſulæ. ii. M. cccclxxxviii. Domus. ciii. Balineæ priuatæ. lxiiii. Lacus. lxxviii. Horrea. xxvi. Piſtrina. xx. Regio in ambitu habet pedes. xvi. M. cc.

REGIO. XIIII. TRANSTIBERINA.

HAec Regio ſola alueo Tibris ab Vrbe dirempta, continebat olim Inſulam Tyberi-

nam, & quicquid agri iacet ſub Vaticano, & Ianiculo iuxta Tyberim. In qua Vicus Cenſori, Vicus Gemini Vicus Roſtrati, Vicus Longi Aquilæ. Vicus ſtatuæ Siccianæ, Vicus Quadrati, Vicus Raciliani maioris, Vicus Raciliani, minoris, Vicus Ianuclenſis, Vicus Bruſtanus, Vicus Larum ruralium, Vicus ſtatuæ Valerianæ, Vicus Salutaris, Vicus Pauli. Vicus ſex. Luccei, Vicus Simi publici, Vicus Patratilli, Vicus Laci Reſtituti. Vicus Saufei. Vicus Sergi, Vicus Ploti, Vicus Viberini, Gaianium. In Inſula Aedes Iouis, & Aeſculapij, & Aedes Fauni, Naumachiæ, Corniſce. Vaticanius, Hortus Domitij, Ianiculum, Mamæ Sacellum. Balineum Ampelidis, Balineum Priſcillianæ. Statua Valeriana. Statua Sicciana. Sepulchrum Numæ. Cohortes. vii. Vigilum, Caput Gorgonis. Templum Fortis Fortunæ, Area Septimiana, Ianus Septimianus, Hercules Cubans, Campus Bruttanus. Campus Codetanus. Horti Getæ, Caſtra Lecticariorum. Vici. xxii. Aediculæ totidem, Vicomagiſtri. lxxxviii. Cur. ii. Den. ii. Inſulæ. iiii. M. ccccv. Domus. cl. Balineæ priuatæ. lxxxvi. Lacus. clxxx Horrea. xxii. Piſtrina. xxii. Regio in ambitu habet pedes. xxxiii. M. ccccLxxviii.

SEnatula Vrbis. IIII. *Vnum inter Capitoliũ.* & *Forum, ubi magiſtratus cum ſenioribus deliberant.* Alterum *ad* Portam *Capenam*, Tertium *citrã* Aedem Bellonæ *in* Circo Fl. *ubi dabatur* Senatus *legatis, quos in* Vrbem *admittere nolebant. Quartum matronarum in monte Quirinali*, quod Ant. Baßiani filius fecit.

Bibliothecæ.xxix.Publicæ,ex his præcipuæ duæ. Palatina, & Vulpia,

Obeliſci *magni*.vi.Duo *in* Circo Max. *maior eſt pedum*.cxxxii. Minor *pedum*. lxxxviii. Semis *unus in* Vaticano *pedum*. lxxii. *unus in* Campo Martio totidem, Duo *in* Mauſoleo Auguſti pares p. xlii. & semis. Obeliſci parui. xlii. *in* pleriſq; ſunt notæ Aegiptiorum.

Pontes. viii. Miluius, Elius. Vaticanus. Ianuculenſis. Fabritius. Ceſtius. Palatinus. Aemilius qui ante Sublicius.

Campi. viii. Viminalis. Exquilinus. Agrippæ, Martius. Codetanus. Bruttanus. Lanatarius. Pecuarius. uuus ultra Tyberim. Campus extra numerum Vaticanus.

Fora. xvii. Roman. quod dicitur magnum. Cæſ. dict. Auguſti Boarium. Tranſitorium. Olitoriũ Piſtorium. Traiani. O eneobarbi, Suarium. Archiemorium. Diocletiani. Gallorum. Ruſticorum. Cupedinis. Piſcarium, Salluſti.

Baſilicæ .xi. Vlpia. Pauli Veſtini. Neptumnij. Macidij. Martiana. Veſtellaria. Floſcelli. Siccinij. Conſtantiniana.

Thermæ. Baſilica Porcia á Porc. Catone facta. Traiani. Titi Agrippæ. Syriacæ Commodianæ. Seuerianæ. Antonianæ. Alexandrinæ quæ Neronianæ. Diocletianæ. Decianæ. Conſtantinianæ. Septimianæ.

Iani per omneis regiones incruſtati, & adornati ſignis, Duo præcipui, ad Arcum Fabianum ſuperior, inferiorq;.

Aquæ. xx. Appia. Martia. Virgo. Claudia. Herculanea. Tepula. Damnata. Traiana. Annia. Alſia. ſiue Alſientena quæ Auguſta. Cerulea. Iulia. Algentiana. Ciminia, Sabbatina, Aurelia, Septimiana, Seueriana, Antoniana. Alexandrina.

Viæ. xxix. Appia, Latina, Labicana, Campana, Præneſtina, Tyburtina, Collatina, Nomentana, quæ Figulenſis. Salaria, Flaminia, Aemilia, Claudia, Valeria, Oſtienſis, Laurentina, Ardeatina, Setina, Quintia, Gallicana, Triumphalis, Patinaria, Ciminia, Cornelia, Tyberina, Aurelia, Caſſia, Portuenſis, Gallica, Laticulenſis.

Capitolia duo, uetus, & nouum.

Amphiteatra duo.

Coloſſi duo.

Columnæ Coclides duæ.
Macella duo.
Theatra tria.
Ludi .V.
Naumachiæ .V.
Nymphæa .XI.
Equi Aenei inaurati .xxiiii.
Equi Eburnei .xciiii.
Tabulæ, Signa ſine numero. Arcus Marmorei .xxxvi.
Lupanaria .xlv.
Latrinæ Publicæ .cxliiii.
Cohortes Prætoriæ .x.
Cohortes Vrbanæ .iiii.
Cohortes uigilum .vi.
Excubitoria .xiiii.
Vexila .ii.
Communia Caſtra Peregrina. Caſtra Miſenatium. Caſtra Tabellariorum. Caſtra Lecticariorũ. Caſtra Victimariorum. Caſtra Salgamariorum. Caſtra Salicariorum. Caſtra Equitum ſingulorum .ii. Menſæ Oleariæ .xxiiii. M.

ANDREAE FVLVII Q. VARII RO. DE ANTIQVITATIBVS VRBIS. AD CLEMENTEM. VII. PONT. MAX.

LIB. II.

MOntes Vrbis, In quibus Roma prius condita fuit ſeptem memorantur.unde Septimontium dicta, ut tradit Antiſtius Labeo, & hiſce montibus Feriæ. Quæ Sacra. M. Varro in libris de Lingua Latina proſecutus eſt. Virgil. Item lib. ii. Geor.

Scilicet, & rerum facta eſt pulcherrima, Roma.
Septemq; una ſibi muro circundedit arces.

Quorum nomina hæc ſunt. Tarpeius. Palatium. Auentinus. Cælius. Exquiliæ. Viminalis, & Quirinalis. Omnes uno ambitu conſtituti, ac prope ſibi contigui, quaſi ſeptem rupes circum Tyberim ſibi perpetuæ cauis paruis diſtinctæ, quibus dirimuntur. ubi prius boum paſcua erant, ut tradit Ouidius, cum inquit.

Hic ubi nunc Roma eſt, tunc ardua Sylua uirebat.
Tantaq; res paucis paſcua bubus erat,

DE CAPITOLINO MONTE. EIVS PRISCIS ORNAMENTIS.

PRimus omnium Mons Tarpeius diuinæ rei deputatus, Quem cicero deorum, terreſtre Domicilium appellat: ubi omnium Deorum Simulacra celebrabantur. Nam Aras. Sacella, delubra, Aedes, & Templa habuit. lx. Celeberrimus præterea fuit triumphorum gloria, qui ex toto terrarum orbe, eò ferebantur, Nunc autem deformis, & omnibus priſcis ornamentis nudatus uiſitur. Is in principio Mons Saturnius dictus eſt, uel ꝙ ibi Saturnus habitauerit, uel ꝙ ſub illo Saturnia Vrbs fuerit. Et Saturnia illic Porta cuius ueſtigium ad multas ætates remanſit. Plinius libro. iii. Saturnia inquit ubi nunc Roma eſt, Antipolis ubi Ianiculum in parte Romæ. Poſtea totus Mons una appellatione dictus eſt Tarpeius à Tarpeia Virgine ueſtali, quæ Arcem Capitolinam Sabinis prodidit. Nam Romulus contra Sabinos bellum gerens cuidam Sp. Tarpeio arcem tuendam dedit, cuius Filia Tarpeia aquatum profecta in hoſtem incidit, inuitata igitur ab eo ad proditionem, pro præmio popoſcit brachiorum ornamenta, illi uero fraudis diuerticulo inuento, Scuta in eam coniecere.

unde necata, & illic ſepulta, Monti nomen reliquit. Ouidius in faſtis.

Vtq; leuis cuſtos armillis capta, ſabinis,
Ad ſummæ tacitos duxerat arcis iter.
Vnde, uelut nunc eſt, per quem deſcenditis, inquit.
Arduus in ualles, & fora cliuus erat. Fora tunc Ro. & Boarium ubi Vicus Iugarius, qui in arcem ducebat. De Tarpeia ſatis multa Oui. & Propertius. Tarpeiæ uero effigies erat in Templo Iouis, quod Sabinis ſemper patebat, ex pacto, quod inter Tatium, & Romulum conſtitutum erat. Mons uero Tarpeius diuiſus erat in Arcem, & Capitolium, licet confuſo nomine totus dicitur Capitolium. Eundemq; præterea montem ubiq; arcem uidemus appellari. Legimus enim nullo alio tempore Romanos Capitolio, & Arce, pro munimine uſos, niſi in obſidione Gallorum, relictis cæteris Vrbis partibus, magno telorum præſidio locum minuiſſe. Quæ bello Sabino facile à Tarpeia prodita dicitur. Fuit autem ea Arx loco ædito, è regione Palatij ſupra Forum iugo collis, qui Saturnius primo, mox Tarpeius, nouiſſime à capite humano ibi inuento Capitolinus eſt dictus. Viſuntur adhuc ruiuæ ex atro liberaliq; lapide, Via qua nũc itur è Capitolio ad .S. Mariam de conſolatione.

Imminebat autem ea Arx templo Concordiæ, quod erat inter Capitolium, & Forum, ut ſcribit. M. Varro, cuius adhuc extat porticus octo columnarum, uno ordine, opere Dorico. Templi uero ornamenta, ante hos annos in calcis uſum abiere. ex quo loco centum gradibus aſcendebatur in proximam arcem. Liuius in Aede Concordiæ inquit, Victoria quæ in culmine erat: Fulmine icta, decuſſaq; ad uictorias, quæ in arce fixæ erant, hæſit. neq; inde procidit. In qua arce fuit Templum Monetæ á Camillo uotum. Ouid. lib. i. faſtorum.

Candida te niueo poſuit lux proxima templo,
  Qua fert ſublimes alta Moneta gradus, & rurſum.
Arce quoq; in ſumma Iunonis templa Monetæ.
  Ex uoto memorant facta Camille tuo,
Ante domum Manli fuerat qui Gallica quondam.
  A capitolino repulit arma Ioue. Dictator Camillus inquit Liuius, Aedem Iunoni Monetæ uouit, cuius damnatus uoti cum uictor Romam re- 2
uertiſset, dictatura ſe abdicauit, Senatus duumuiros ad eam ædem pro amplitudine Reip. faciendam creari iuſsit. Locus in arce deſtinatus, quæ area Aedium. M. Manlij fuerat ad Saxum Tarpeium. Manlius enim ex ſuſpitione regni affecta- 2
ti, è Rupe Tarpeia, quod Tarpeium appellatur

Saxũ præcipitatus eſt, me huius ſupplicio æternæ
moriæ inſerta eſt nora. Vnde *lege ſancitum eſt,*
nequis Patricius *iarce, aut* Capitolio *habitaret.*
Romani *enim eruta eius domo.* Aedem *Monetæ*
ibi ædificauerunt. Moneta *uero à monendo dicta.*
V*nde* Cicero *libro primo de diuinatione. Poſt cla*
dem inquit illam maximam à Senonibus Gallis
factam. audita uox ex arce, Iunonis *fuit, ex quo*
illa appellata Moneta *eſt.* Val. Max. M. Man
lius inquit unde Gallos *repulerat, inde præcipita*
tus eſt, & qui pro libertate antea ſe geſſerat, imi-
tatus Gallos, *factus eſt unus ex* Gallis. *Capta eſt*
autem Vrbs *à* Gallis. *Anno.ccclx.ab.* VC. *Ob-*
ſeſſi enim in Capitolio Romani *occupataq;* Vrbe.
Cum ex mulierum capillis tormenta feciſſent. Ae-
dem Veneri *Caluæ in honorem* Matronarum *con-*
ſtituerunt. Eadem *ſors accidit* Carthagini *cum*
Scipio *eã deleuit.* Galli *autem* Senones, *duce* Bren
no Vrbem *cæperunt, & incenderunt præter* Ca-
pitolium, Qui *cum* Arcem *aſcendiſſent.* Manlius
cuſtos, ex arce detruſit, clangore anſerum excita-
tus, Natura *nullũ animal ita odorem hominis ſen-*
tit, ut ſcribit Plynius. Vnde Lucretius.
Rumulidarum Arcis *ſeruator candidus* Anſer.
Arx ab arcendo ꝗ is locus munitiſſimus Vrbis, *à*
quo facillime poſſit hoſtis prohiberi, ut ſcribit.
M. Varro. *Fuit præterea iuxta arcem domus.* T.

Tatij Sabini, qui cum Romulo regnauit, incoluit autem Tatius eam Vrbis partem, ubi Monetæ eſt Templum, Romulus uero, qua ex Palatio in Circum max. itur, iuxta quem ſunt, quos pulchri littoris gradus uocitant, ex Plutarcho. Virgi. Aen. viii.

In ſummo cuſtos tarpeiæ Manlius arcis
Stabat in templo, & Capitolia celſa tenebat. Celeberrimum autem fuit in Arce Capitolina Iouis opt. max. Templum, in quo fuit VIctoriæ Aurea Statua. Templum poſitum erat in crepidine Saxi Tarpei, forma quadrata, cuius ſingula Latera pedes. cc. continebant triplicem habēs ordinem columnarum, & Sacella tria, paruo diſtincta ſpatio, Iouis: Iunonis, & Mineruæ. Sed ambiguum eſt utrum Tarquinius Priſcus, an ſuperbus fundamenta iecerit, quod è manubijs inchoauit, capto Latinorum oppido Apiolis, ut refert Antias. Liuius uero, Tarquinios Reges ambos, patrem uouiſſe inquit, filium perfeciſſe, & ut libera à cæteris religionibus Arx ea tota Iouis, Templumq; eius ædificaretur, ex augurare Fana, Sacellaq; ſtatuit. Quæ aliquot ibi à Tatio conſecrata. Satis conſtat in fundamentis eius templi caput humanum inuentum, fluente ſanguine, Tuſcis litteris annotatum. Dum Iouis Templi Princeps Tarquinius fundamenta ia-

cereret, uates ex Ethruria conſultus, reſpondit eum Locum forę Italiæ caput, Quod templum cum exaugurararetur, & in loco multorum deorum Sacella eſſent, conſuluit eos per auguria. utrum Ioui cederent, Cedentibus cunctis ſolus Terminus manſit, qui erat Lapis informis, ac rudis, cum foramine tecti ſuperius, ut liberum ei eſſet Cœlum, unde hoc ualde placuit omnibus. Et augures prædixerunt magnitudinem Vrbis, & Aeternitatem Imperij portendere. Viros Dum

Domus Aeneæ. Capitoli Immobile Saxum,

Terminū dixit. Sed Tēplum ipsum pulſis Regibus Horatius Puluillus iterum Cos. Magnifice dedicauit. Vouerat Turquinius priſcus Rex bello ſabino, ieceratq; fundamenta, ſpe magis futuræ magnitudinis, q̃ ꝙ populo Rom. competeret, mox Seruius Tullius ſociorum ſtudio, deinde Tarquinius ſuperbus capta Sueiſſa pometia, Hoſtium ſpolijs extruxere. ſed gloria operis libertati ſeruata, pulſis regibus, Horatius Puluillus iterum conſul dedicauit. curam Victor Sylla ſuſcepit, Hoc ſolum felicitati eius negatum. Cor. Tacitus de ornamentis Capitolij ita ſcribit. Erant antiquitus Porticus in latere cliui dexteræ ſub euntibus, erant & diuerſi Capitolij aditus iuxta Lucum Aſyli, & qua Tarpeia Rupes centum gra

dibus aditur, ubi ædificia Capitolium *adequantibus* Sedem Iouis opt. Max. *auſpicato à maioribus pignus* Imperij *conditam, quam non* Porſena *dedita* Vrbe, *neq;* Galli *capta temerare potuiſſent, furore principum excindi.* Colebantur *præterea* Terminus, *&* Iuuentas, *eo* ꝙ Imperium Ro. *nullos haberet terminos, nec ſenectam ſentiret, fuerunt etiam* Termini, *&* Fidei Templa *iuxta:* Iouis opt. Max. *in* Capitolio *primum à* Numa *conſtructa, cui feſtis* Terminalibus. *Vi. ab* Vrbe *lapide in agris & ſub* Dio *ſacrificabatur* Libo, *ac* Mola *ſalſa, fidei pignus ac pacis.* Nam *qui terminum exaraſſet, ipſe, & boues deo ſacri fierent.* Fuit *etiam in eo monte* Simulachrum *Fidei, iuxta* Aedem Iouis opt. Max. *ut eſt in* Catonis *oratione, & maiores noſtri eſſe uoluerunt.* Numa Pomp. *authore* Liuio Sacrarium, *&* Sacerdotes Fidei *inſtituit,* Fidei *autem ſacrificabatur* albo *panno inuoluta manu:* Horatius,

Et *albo rata fides colitur uelata panno.* fuit, *&* Templum Fidei. Iouis Sponſoris, *quod* Sp. Poſthumus *conſul alter nonis* Iuniis *in* Capitolio *dedicauit, extructum ipſum ab ultimo rege.* Fuit *&* Aedes Fidei *publicæ, ut ſcribit* Val. *max.* fuit *etiam* Templum Fidei *in* Palatio, *ut tradit* Agathocles. Coluerunt *præterea* Romani Iouem *ſub diuerſis nominibus, ut* Opt. Max. Tonantem,

Feretrium,

Feretrium, Cuſtodem, Victorem, & Piſtorium, cuius ara fuit in Arce, & eius munere panes in obſidione Capitolij in Caſtra Gallorum cuſtodes arcis deiecere. Vnde Ouid. in faſt.

Nomine q̃ pretio celebratior arce tonantis.

Diſcant piſtoris quid uelit ara Iouis, Fuit & templum Iouis Tonantis, cuius Simulacrum erat ſedens, Fulmen dextra tenens ab Auguſto excitatum incliuo Capitolino. Suetonius. Ioui inquit tonanti Aedem conſecrauit liberatus periculo: cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perſtrinxiſset, ſeruumq; ducentem examinaſſet, Fuit et in eodem monte Simulachrum Iouis Imperatoris è Præneſte auectum à L. Quintio Cincinnato, bello Latino, Fuit & ſimulachrum aliud Iouis, cum quadrigis, de quo Liuius, Aediles inquit Curules damnatis aliquot fæneratoribus, Limina & trium menſarum uaſa argentea in celia Iouis, Iouemq; in culmine, cum quadrigis dedicarunt. Et ad Ficum Ruminalẽ Simulachra infantium conditorum Vrbis ſub uberibus Lupæ poſuerunt, Semitamq; è lapide quadrato, a Capena Porta ad arcem ſtrauere. Fuit præterea in Capitolio Templum Iouis Cuſtodis à Domitiano Imp. conditum, de quo Plutarchus, mox imperium adeptus Ioui Cuſtodi templum ingens, ſeq; in ſinu dei ſacrauit. Suetonius plurima inquit,

& ampliſsima opera incendio abſumpta reſtituit, in Queis. & Capitolium, quod rurſus arſerat, ſed omnia ſub titulo tantum ſuo, ac nulla priſtini authoris memoria. Nouam enim excitauit Aedem Ioui Cuſtodi, & Forum, quod Neruæ uocatur. Quidam tradunt id fuiſſe olim, ubi nunc ſunt Saline Capitolinæ, et Palatium Senatoris, Cauſarum Forum, & noxiorum cuſtodia, quod ſolum hodie ex tot olim Capitolij ædificijs, & illud non integrum cernitur, ſed eam molem multo ante extructam uetuſta inſcriptio, Iam ſalis humore prope 1
abſumpta teſtatur huiuſmodi.

Q. LVTATIVS. Q. F. Q. CATVLVS. COS. SVBSTRVCTIONEM ET TABVLARIVM. S. S. FACIVNDVM CVRAVIT. P. uero 1
uictor ſcribit fuiſſe ibi templum Veiouis cum inquit templum Veiouis inter Arcem, & Capitolium iuxta Aſylum. Ouidius autem ante duos lucos, qui erant in duobus collibus, & erant querni, ut poſtea dicetur. Quem locum Bonifacius 2
eius nominis nonus inſtaurauit, ut eius adhuc inſignia marmore inciſa oſtendunt dedit q; Pretori Vrbis quem Senatorem nunc uocant, incolendum, ubi cauſarum Forum, & noxiorum cuſtodiam conſtituit. Fuit & in Capitolio Aedes Mineruæ, in qua Prætor quot annis Clauum parieti affigebat

ad numerandos annos, cum nondum eſſet litterarum, uſus. & *uocabatur* Clauus Annalis, *in quo etiam* Templo *fuit* Tabella *ubi erat raptus.* Proſerpinæ *a* Nicomacho Pictore *depicta ſupra* Aediculã Iuuentatis *ut ſcribit* Plynius. Fuit & *in eodem monte* Templum Mentis. Ouid. *in faſt.*

Mens quoq; *numen habet,* Menti *delubra uidemus.*

Vota, *metu belli perſide pœne tui.* Nam Votum *fuit poſt cladem* Thraſymeni, *quod* Attilius *dedicauit, teſte* Liuio *cum inquit.* Interea Duum uiri *creati ſunt.* Q. Fabius, & Attilius Craſſus Aedibus *dedicandis,* Menti Attilius, Fabius Veneri Erycinæ, *utraq; in* Capitolio Cannali *uno diſcretæ.* Fuit & *in eodem monte* Nemeſis Simulacrũ, *quæ* & Rhannuſia, *dicta uolucri uelocitate tam ad bonum, quam ad malum mentes excitans,* Authores Plynius, & Mocrobius, *ubi etiam* Fortunæ Bonæ Simulacrum, *ſicut* Fortunæ Malæ *in* Exquiliis *fuiſſe tradũt.* In *altero uero* Tarpei Mõtis *iugo, ubi nunc eſt* Ara Cœli, *fuit olim* Templum Iouis Feretrij, *de quo* Dionyſius *ita ſcribit, inſtructo templo in uertice* Capitolini *collis* Ioui, *quem* Feretrium Romani *uocant, nec magno ipſo, ubi enim ſeruabatur ueſtigium uetus, cum minora duum pedum latera habeat, maiora denum,* Ceninenſium *in eo* Regis *ſua manu interfecti ſpolia conſecrauit.* Quod po-

Quod poſtea ab Anco Martio ampliatum. Cæſar
Q. Pomponij monitu reficiẽdum curauit. Liuius,
Spolia ducis inquit Suſpenſa fabricato ad id apte
Feretrio gerens in Capitolium aſcendit, Ibiq; cũ
ad quercũ paſtoribus ſacram depoſuiſſet, Templũ
deſignauit, Haud longe ab ipſa quercu ubi ſuſpen
debantur ſpolia hoſtibus detracta, quæ dicebantur
Trophæa, ex cuius ramis fiebant Fercula manibus
geſtanda in pompis triumphorum, ex quibus Spo-
lia hoſtium dependebant. Quorum ſimulachris ho
die Romani utuntur in geſtatione Saluatoris, de 1
Menſe Auguſti. Suetonius in triumpho Cæſaris
Pontico Triũpho inter Pompæ fercula, triũ uerbo
rum protulit titulũ. V. V. V. Ipſum uero Iouis
Feretrij Templum primum Romæ conditum ha-
betur. In cuius fundamentis extructa eſt, poſtea
ut creditur uenerabilis Eccleſia S. Maria Ara Cæ-
li. ſiue filij Dei á Gregorio magno, ubi primum
Monachorum collegium conſtituit. Quo in loco
nunc ſunt fratres, Vulgo obſeruantini, ſub regu-
la Seraphici Frãciſci conſ. quare dicta ſit Ara cæ- 2
li Paulus Oroſius declarat. Eſt enim locus in pri-
mo Vrbis, & Orbis monte conditus. Templumq;
marmorum diuerſitate conſpicuum habens in aſcẽ-
ſu gradus. cxxviii. ex marmoreis ornamentis
Templi quondam Quirini, in monte Quirinali. 1
Fuit præterea inter Arcem, & Capitolium, ubi

nunc eſt platea Conſer. inter duos lucos quernos, ſacrum Aſylum conſeptum denſis ſentibus (quod Templum *Miſericordiæ uocant) Aſylum primus apud* Græcos Theſeus *apud* Latinos Romulus *cō-ſtituit*, de quo Strabo, *Vrbe deinde condita Mor-tales conuenas congregauit in quendam locū ape-riens Aſylum inter Arcem, & Capitolium: Quo confugientes tuti erant.* Ouid.in *faſt.*

Romulus *ut ſaxo lucum circumdedit alto.*

Quilibet huc inquit confuge, tutus eris.

Erat enim Locus *ſacroſanctus*, Ex *finitimis locis turba omnis ſine diſcrimine, liber, an ſeruus eſſet, auida nouarum rerum profugit*, Quo *confugien-tes finitimos ciuitate donatos deſignat, ab initio tradunt haud pluresmille, domos fuiſſe. Et cum adipiſci coniugia nequiret*, Neptumno, *Eque-ſtre certamen uulgat*, Venientibus *maxima ex par-te* Sabinis, *edicit, ut cælibes cuncti uirgines, pro-fectas rapiant.*Diony. *lib. ii. hiſt.* Romulus *inquit* Romanorum *uires augere uolens, & finitimorum adimere, cauſam honeſtam inuenit, & rem ipſam in honorem* Dei *referens*, Locum *enim umbroſum, mediumq́; Capitolij, & Arcis elegit, quod nunc uocatur* Lingua Romana *intermontium duorum quercetorum.* Erat *tunc caſus reiq́; ipſius cogno-men, cum ſylue eſſent per utraq́; latera opacæ, qui-bus iungebatur, ſacrum ſinens inuiolabile ſeruis,*

Templum in eo erigens cui Deorum, aut Geniorum incertum eſt, confugientibus ad illud Seruis, ſponſor factus eſt per ſpeciem religionis, nihil eos ab inimicis detrimenti recepturos, ac ſi manere uellent, Ciuitatis etiam participes fiebant, unde multi Sabinorum ſerui illuc fugientes nunquàm ad ſuos dominos redire uoluerunt, unde grauius odij fomentum ortum inter Romanos, & Sabinos. Fuitq; iuxta Aſylum Aedes Veiouis.i. Nocentis Iouis, cuius ſimulacrum ſagittas tenebat ad nocendum. Ouid. in faſt.

Templa putant lucos ueiouis ante duos.

Fuit enim inter Arcem & Capitoliū, iuxta Aſylū, ut ſupra dictum eſt. In principio Romulus habuit tria millia, & octingentos Equites, qua multitudine Vrbem inchoauit, paulatim Montem muniuit, Cum Aſylum aperiret, eò conuenere tria millia mortalium. Ita Tarpeius Mons additus Antiquæ Vrbi. Aſylum primus Cæſar Augu. cum id damnoſum, & malefaciendi cauſam exhiberet, Deinde Tyberius Aſyla, quæ ubiq; locorum erant, tanq̃ receptacula flagitiorum: & malorum irritamenta ſuſtulit. author Strabo. Extant hodie ex uetuſtis ſignis in Capitolio pro Aedibus Conſeruatorum, Lupa Aerea cum Infantibus conditoribus Vrbis Romulo, & Remo, ſub uberibus Lupæ, quæ prius erant in Comitio

ad Ficum Ruminalem, ubi expoſiti fuerunt. Quis ea ſigna conflauerit, Liuius docet, cum inquit Aediles Curules damnatis aliquot fæneratoribus, Limina, & trium menſarum uaſa argentea in Cella Iouis, Iouemq; in culmine cum quadrigis dedicarunt, & ad Ficum Ruminalem, Simulacra infantium conditorum Vrbis ſub uberibus Lupæ poſuerunt, ut ſupra dictum eſt. Vnde in Lateranum prius, poſtea in Capitolium delata. Extat & in Porticu ingens Aeneumq; Caput Commodi (ut aiunt) Imp. Vna manus, & Vnus pes. Item duo pari forma ingentia, marmoreaq; fluuiorum ſimulacra seminuda, Quæ quantum ex rerum argumento depræhendi poteſt, Nili ac Tygris flu. numina ſunt. Quorum Alterum Sphynga Aegypti peculiare animal, cui ſubito innititur, habet, Alterum uero Tygridem Armeniæ truculentam feram, nam Nilus ægypti. Tygris uero Armeniæ flu. eſt. Aelianus ſcribit Nili ſimulacrum exprimi figura humana. Huiuſmodi enim Simulacra, uel habent urnas aquam fundentes, ut Nar Fluuius, uel Lupam cum infantibus, ut Tyberis. In quorum ſiniſtris eſt Cornu Copiæ rerum affluentiam ſignificans. Quamuis omnia flumina idemtidem exprimerentur, alia alijs inſignibus uti competebat. Intra limē ſtatim à dextris ſurgit Simulacrū æreū

inauratum, ac nudum Herculis adhuc impuberis, dextra clauam, ſiniſtra uero aurea Heſperidum mala tenens, quæ in prima ſuſtulit inuenta, quod ſignum in ruinis Aeræ Maximæ in Foro Boario mea ætate repertum eſt, Extant in ipſo Atrio caput, & pedes marmorei Coloſſi, & quædam alia fragmenta, quæ erant antea iuxta Templum Pacis in Via Sacra. Viſuntur, & marmorea ſigna parieti affixa, & Imagines, L. Veri Ant. de Triumpho Parthico, ſiue ut quidam putant. M. Antonini Imp. de Triumpho Dacico ſublata nuper ex Aede. S. Martinæ iuxta Marforium. In ſuperiore uero Aula ſtatim occurrit marmoreũ ingenſq; Leonis. x. Simulacrum, à Romanis nuperrime ibi poſitum: ob reſtitutum Vectigal, & alia quædam grate conceſſa, Et in penetralibus duo Aenea ſimulacra iuuenili forma alterum ſtans ſerui habitu ſpectatur, Alterum nudũ pueri ſedentis, paſtori haud abſimilis curuato corpore è planta ſuppurati pedis ſpinam acu euellenti, ueteris operæ mirabilis ſtructura. Viſuntur, & aliæ nonnullæ ibi Marmoreæ Statuæ haud magnæ, uerum mutilatæ ſuis loculis collocatæ. Et in parietibus recens pictura, ubi ſeptem Regum Ro. Triumphalia geſta: & triumphalium Virorum eminentiſſimi Triumphi. In reliqua uero Capitolij parte uerſus Occaſum, præter ruinas, & rupium crepidines, nihil ex priſcis

operibus nunc ſupereſt. Montis autem pars quæ uergit ad Libyn in Faucibus Capitolij ſupra Hoſpitale nunc. S. Mariæ in Porticu habuit olim Aedē Saturni, & Opis in Vico Iugario, ubi quondā ſeruabantur publici Theſauri populi Ro. ubi erat Aerarium, quo è Foro in Capitolium aſcendebatur. Extat adhuc ibi paruum, ac ruinoſum Sacellū ſub rupe prerupea titulo nunc. S. Saluatoris in Aerario. Macrobius Aedem inquit Saturni Aerarium eſſe Romani uoluerunt. Quàm Tullius Hoſtilius cum tertio triumphaſſet ædificauit. Eo q; tempore, quo Italiam incoluit, fertur in eius finibus nullum furtum commiſſum. Vocatur etiam. S. Saluator in ſtatera, quæ Trutina eſt. M. Varro de uerbo Trutinæ ſic ait, Veſtigium trutinæ etiam nunc manet in Aede Saturni: quod etiam nunc propter penſuram trutinam habet poſitam, Aerarium ab ære appellatum uolunt, quod Valerius publicola Saturni Aedem conſtituit. Quod poſtea uictor Cæſ. dict. militibus ſuis diripiendum dedit, ubi reſeruati theſauri, a rege Pyrro, uſq; ad ultimos conſulum triumphos erant. Officinam uero Monetæ ſatis cōſtat fuiſſe in Capitolio, & in Arce. Liuius ita inquit, Domus. M. Manlij ubi nunc Aedes, & officina Monetæ. Memorant ante Vrbem conditam eo in loco, ubi fuit Aerarium conſecratam Saturno aram, conſtat eam fuiſſe ante Senatulum, ubi

græco ritu capite operto res diuina fieri ſolebat, ibi remanſiſſe Acheos *quoſdam*, & Epeòs *ædificaſſe ſaturniam* oppidum, & *montem ipſum appellaſſe* Saturnium. Solinus Aedem *inquit, quæ* Saturni *ærarium fertur, comites eius, condiderunt in honorem* Saturni. *quem* cultorẽ *regionis illius cognouerunt*, extitiſſe. Pars etiã Capitolini mõtis *infima, habitaculum fuit* Carmentæ, & Carmentæ *fanum in ea* parte *quæ maxime reſpicit* Ianiculum, *à qua* Carmentalis *portæ nomen, ubi* Saturniam *fuiſſe ſcribit* Ennius, *eius ueſtigia etiam nunc manent tria*, ꝙ Saturni *faunm in faucibus*, ꝙ Saturnia *porta, quam nunc uocant* Pandanam, ꝙ *poſt* Aedem Saturni *parietes poſtici muri ſunt ſcripti quæ haud longe fuit ab* Aede Saturni *ad radices* Capitolij. Carmentis *uero* Aedem *mulieres ædificauerunt, quia uehiculis* . S . C . *prohibitæ & poſtea reſtitutæ, condiderunt*, Auctores Liuius & Plutarchus. *Fuerunt prӕterea in* Capitolio Fauiſſæ Capitolinæ, *quas cellas, & ciſternas appellat* Gellius, *quaſi foſſas in* Area *capitolina, ubi reponi ſolebant ſigna, & alia quædam religioſa donarijs conſecrata*. Fauiſſas *inquit* Pompeius, *locum appellatum, in quo aqua incluſa, uerum ſunt qui tradant ut ſupradictum eſt fauiſſas in* Capitolio *cellis*, Ciſterniſq; *ſimiles, ubi reponi erant ſolita ea, quæ in templo uetuſtate facta erant inuti-*

tilia, quæ etiam cuſtodiebantur ab æditiuis capitolinis, duo autem dicuntur Capitolia, unum, Capitolium uetus, in monte Quirinali, in quo fuit Sacellum Iouis, Iunonis, & Mineruæ, alterum de quo nunc agitur. Cuius ornamenta refert Amianus Marcellinus lib. xxii. Huius inquiens totius artis ornamenta quibuſcumq; Aegyptiorum miraculis ſunt auteponenda. Caſſiodorus etiam Capitolia inquit celſa conſcendere hoc eſt humana ingenia ſuperata uidiſſe. Virgilius lib. viii. æn. ita ſcribit.

Hinc ad tarpeiam ſedem, & capitolia ducit.
Aurea nunc, olim ſilueſtribus horrida dumis.

Ouid. in met.

Frondibus ornabant quæ nunc Capitolia gemmis,

Poſt Vrbem à Gallis captam, Capitoliũ quadrato lapide fuiſſe ſubſtructũ ſcribit Liuius, cum inquit Eodem anno ne priuatis tantũ operibus creſceret Vrbs, Capitolium quoq; ſaxo quadrato ſubſtructũ eſt, Opus uel in hac magnificentia Vrbis inſpiciendum, atq; intra annum noua Vrbs ſtetit. Ea ſaxa hodie idẽtidem è profunda tellure erui uidemus ad calcem, alioſq; uſus diffracta conuerti. Erat olim Mõs æditiſsimus, nũc uero oppletis ruderibus adiacẽtibus locis humilis ac depreſsus apparet. Capitoliũ, Vrbis Ro. & religionis caput ſæpius cõflagrauit, nouiſsime uero fulmine ictũ, cum oĩbus ornamẽ

tis, & Sibyllinis libris, ipſumq;, & precioſa quæq; incendio periere. Vnde Lucretius poeta ita ſcribit.

Tum pater omnipotens ſtellanti nixus olympo,
Ipſe ſuas arces, atq; inclyta templa petiuit.
Et capitolinis iniecit ſedibus ignes.

Fuit præterea iuxta Capitolium domus. Ouidij naſonis, ut ipſe deponto teſtatur.

Hanc ego ſuſpiciens: & ab hac capitolia cernens.
Quæ noſtro fruſtra iuncta fuere lari.

Capitolium, ut olim templis: & ſacris ædificijs ornatiſſimum, ita nunc magnis ruinis obrutum, deformatumq;, commiſerationem quandam, fletumq; ſpectantibus mouet. Hactenus de Capitolio. de Palatio iam dicendum eſt,

DE MONTE PALATINO PRISCIS ORNAMENTIS.

POſt Tarpeiũ, ſtatim ſequitur Palatinus mons, quem. C. Calicula Imp, Ponte ſuper Templum diui Auguſti Capitolio coniunxit. ut ſcribit Suetonius. Palatium unde dicatur, multæ cauſæ ſunt. Quartæ regionis inquit. M. Varro Palatium, ꝙ palantes uenerunt, qui etiam Palatini, Aborigines ex agro Reatino qui appellatur palatium, ubi conſederunt, uel à Palanteo Archadiæ Vrbe. uel a Palante proauo Euandri teſte Virgilio

cum inquit.

Arcades has oras genus á palante profectum.
Qui regem Euandrum comites, qui ſigna ſecuti,
Delegere locum, & poſuere in montibus Vrbem,
Palantis proaui de nomine palanteum.

ſiue á Palã tia uxore Latini, ſiue à Pale paſtorum dea. Neuius uero palatium quaſi balantium inquit à pecudũ balatu, mutata, b, in, p, ꝙ ibi paſcentes oues balare conſueuerint ante urbem cõditam. Quem montem Tremellius Romuleum uocat cum inquit fuit eius ſtatua in pede Montis Romulei ante ſacram Viam intra Templum Fauſtinæ ad Arcum Fabianum. Is mons hodie appellatur à uulgo Palatium maius, unde per excellentiam magnorum uirorũ domicilia, ubi nunc palatia uocãtur. habetq; idem mons in ambitu mille paſſus, Quem Cor. Tacitus deſignare uidetur, cum inquit, Eo ꝙ pomeriũ Romulus poſuerit, haud abſurdum reor. Igitur à Foro Boario, ubi æreum Tauri ſimulacrum aſpicimus, quia id genus animalium aratro ſubditur, ſulcus deſignandi oppidi cæptus, ut magnam Herculis Aram amplecteretur. inde certis ſpatijs interiecti lapides per ima mõtis Palatini ad aram Cõſi. mox ad Curias ueteres, tum ad Sacellum Larum Forumq; Ro. & Capitolium, non à Romulo, ſed à Tatio additum Vrbi creditur. In Palatino monte fuit prima Imperij Ro. ſedes, & primus locus habi

tatus. Palatium nemo dubitat quin Arcadas habeat auctores, à quibus primum Palanteum oppidum, quod aliquandiu Aborigines habuere, & propter incommodum uicinæ paludis, quam interfluens Tyberis fecerat, Reate profecti poſtmodum reliquerunt. Nam eum montem primi tenuere Arcades duce Euandro, qui relicta patria ſuadente matre Carmenta (quam ferunt primam in Latium litteras attuliſſe) ad ea loca nauigans, illic demum conſedit, à quo primus ibi Hercules, poſtea Aeneas modicis Aedibus hoſpitio exceptus dicitur. Nam Euander illic primus ædificare cæpit exiguas Aedes, ubi Roma Itali filia condidit Valentiam. M. Cato de origine Vrbium ita tradit. Saturnus primus incoluit Capitolium. Italus Auentinum. Roma Palatium, Cælius tuſcus Cælium, & Viminalem. Romulus Palatium, & Exquilias. Sunt qui tradant Palatium prius tenuiſſe Aborigines palatinos, qui ex agro Reatino ad paſcua ouibus quærenda profecti, argumento eſt Vellia palatina, Altera pars à Vellenda lana, ante his monſtratam hetruſcam tonſuram, appellata. Varro ita ſcribit Germalum, & Vellias coniunxerunt. In hac regione Sacriportus eſt, & in ea ſic ſcriptum, Germalenſe quinticepſeos apud Aedem Romuli, & Vellienſe ſepticepſeos in uellia apud ædem deorum pena-

tium. Germalium à germanis Romulo, & Remo ad Ficum Ruminalem, & hi inuenti quo aqua hyberna eos Tybris detulerat in alueolo expoſitos. Dionyſius ſcribit genus Ro. ab Aboriginibus incipere. Tres igitur colles primum coluere ante Romulum, medium quidem Roma filia Itali, extremos uero Saturnus, & Italus, proceſſu deinde temporis Romulus captato augurio Vrbem illic condidit quadrangulam, in qua tris, ut ſupra diximus, portas reliquit. Habuere hæc loca ante omnes, Siculi, ante quos nulla eſt memoria. Mons Palatinus natura ipſa humilis, & depreſſus, ſed ædificiorum celſitudine ſublimis, & amplus redditus eſt. Nam totus, quantus eſt antiquitatum ueſtigijs pollet, ac ſuis obrutus ruinis. ſolus omnium hodie inhabitatus, ubi quondam prima ſedes Imperij Ro. ubi primum Reges, poſtea Conſules, deinde Imperatores, propter memoriam Romuli, qui illic habitauit, montem incoluerunt (& quoniam in hunc ſermonem incidimus) operæ precium erit oſtendere, quibus ſinguli reges Ro. locis ſuas regias habuere. Caſa Romuli fuit in Palatio iuxta deſcenſum ex Palatio in Circum Max. in angulo montis uerſus Forum Boarium, & durauit per multas ætates. Cuius ſiquid uel tempeſtate, uel uetuſtate corruerit id

cuſtodes loci reficiunt nihil illi magnificentius ad dentes, ſed omnia prioribus ſimilia reſtituentes. T. Tatius *in arce, ubi templum fuit* Monetæ. Numa Pompilius *prius habitauit in monte* Quirinali, *poſtea uero in* Foro *iuxta templum* Veſtæ. *ubi fuit eius* Regia, *in qua (ut quidam tradunt) pro tempore habitauit.* Tullus hoſtilius *in* Vellia, *ubi fuit* Aedes Deorum Penatium, *deinde in* Cælio *monte iuxta* Curiam hoſtiliam, *quam ipſe condidit.* Ancus Martius *in ſumma* Via *ſacra ubi fuit* Aedes Larum. Tarquinius priſcus *ad* Mugoniam *portam, ſupra ſummam* Viam Nouam, *iuxta* Forum, *ad* Iouis Statoris Aedem. Seruius Tullius *in* Exquilijs *ſupra* Cliuum Vrbicum. Tarquinius ſuperbus *in eodem monte ſupra* Cliuum publicum, & Lucum Fagutalem. *fuit præterea in* Palatio *templum* Iouis Statoris, *Cuius ſimulacrum erat ſtans,* Ouidius *in faſt.*

Tempus idem Statoris erit, quod Romulus olim.
Ante palatini condidit ora iugi.

Quod Romulus tantũ uouerat.i.locũ tẽplo effatus, Iterum à Coſſ. Poſthumio, & Claudio uotũ, Senatus fieri iuſsit, bis eodem uoto damnata Reſp. in religionem uenit, author Liuius. Iuxta quod fuit domus. M. Tullij Ciceronis ut ipſe in pleriſq; loci. ſuorum operum teſtatur. memorant hanc domun fuiſſe antea. L. Craſsi in qua amæna, & grata pi

ſcina

ſcina qua ſe Craſſus plurimum delectabat. Ea domus uenit Ciceroni uicies ſeſtertium, quæ pecunia .L. Syllam reum Ciceroni fecit cum eius cauſam eſſet defenſurus, erat enim proxima Templo Iouis Statoris ut dictum eſt. Plutarchus ſic inquit. Maiorem in modum excitatus in Aedẽ proximam Iouis Statoris Senatum uocauit. Id templum Romulus uouit in bello Sabino, ꝙ palantes ac fugiẽtes ſiſtere feciſſet milites, bellum uero iſtud geſtũ fuit inter Capitolium, & Palatium, eo in loco, qui ſigna Veneris Cluacinæ habet. Nam cluere antiqui pugnare uocabant. Pugnatum eſt autem ubi nunc ſunt horti. S. Mariæ gratiarum. Sed res altius repetenda eſt Sabini enim duce Tatio, capta Capitolina arce, priusq̃ bellum inferrent ut iuſta eſsent arma, miſerunt legatos, qui peterent puellas ſimul, & Raptores. Nam ad rapiendas Sabinas non defuit Conſilium Numitoris aui. Habebant tunc Sabini caſtra in colle Quirinali, qui erat extra Pomærium. Quarto enim menſe ab Vrbe cõdita perpetratum eſt audax facinus in raptu Sabinarum, & Latinarum. Numerum autem raptarum ponit Plutarchus. Primi ex Sabinis bellum mouerunt in Romulum Ceninenſes, Antennates, & Crvſtumerini. Romulus auxilio implorato á Tuſcis, cum Cælio Rege Hetruriæ, primum ex his Triumphum rettullit. & ob id quartus Vrbis collis á tuſcis habi-

tari ceptus, & Cælius dictus. Subinde Sabini bellum ingens orſi coegerunt Romulum denuo á Lucumonibus ſocios milites expetere. Galerito Lucumoni datum negocium, magna Tuſcorum manu uenit. Qui cum offendiſſet Capitolium captum á Sabinis, ipſe proximum Capitolium, & Quirinalem pro Romulo muniuit, Verum cum Romulus audax ſub Capitolio Sabinos aggreſſus, uulneratus fugeret, Illumq; ad portam Palatinam ſecuti Sabini Roma potituri uiderentur, Illico Galeritus è Quirinali delapſus, Viamq; retro in Capitolium pedem ferendi adimens. ubi Ianus quadrifons, a tergo Sabinos aggreſſus (unde fabulæ eiatulactæ a quæ) in fugam uertit, animaduerſa re Romulus redintegratis uiribus, & ipſe afronte cædebat, adeo ut Metius in palude ſeſe in equo armatus iniceret, cædes ingens fiebat, Et ne unus quidem remanſiſſet. ni Fœminæ occurriſſent, quæ bellum diremerunt. Iuuenalis. Bellum dirimente Sabina. Liuius libro primo. Herſiliam inquit Romuli coniugem precibus captarum fatigatam, Virum rogaſſe, ut parentibus earum ueniam daret, ut eos in Ciuitatem acciperet, ita rem coaleſcere concordia poſſe facile impetratum. Depoſitis armis, uerbena myrtoq; purgati, quo in loco ſunt ſigna Veneris Culuacinæ, fœdere icto, Romulus Vrbis agrum

diuiſit in partes tris, æquis collibus, Sabinis Capitolium, & Quirinalis, Romulo ſequentes Exquilinus, & Palatinus, In quo Roma, Galerito, & Luceribus Tuſcis Gælius, & Cæliolus obuenerunt. Auentinum Romulus neminem paſſus eſt habitare, nam ſacrum fratri, illum eſſe uoluit, uſq; ad Hilernam. in eo bello Romulus ſaucius ſaxo in capite, facto uoto Sabinos confertiſſimo agmine adorti fundunt, fugantq; uſq; ad Regiam, & Veſtæ Templum, palantes agunt. Fuit præterea in palatio Aedes magnæ Matris Deum à Iunio Bruto dedicata in cuius dedicatione Ludi ſunt celebrati, quos Megaleſia appellant. Liuius Ipſamq; inquit Deum, matrem è græcia aduectam in Palatium pertulere, & in Templo Victoriæ collocatam, quod Templum uarietate lapidum, atq; auro ornatum cum alia Aedicula Victoriæ uirginis à Portio Catone extructa. Iuxta quam fuit Templum Soſpitæ Iunonis. In eodem monte Cæſar Auguſtus Apollinis Aedem excitauit. Suetonius Templum inquit Apollinis ea parte Palatinæ domus excitauit. Quam fulmine ictam deſiderari adeo Haruſpices pronunciarũt. addita Porticus cum bibliotheca Latina, græcaq;, Quo loco iam ſenior ſæpe etiam ſenatum habuit, Decuriasq; iudicum recognouit. Quod priuatis ipſius opibus admirandum erat Aedificium.

In quo tẽplo pendebant Lychni inſtar arboris mala ferentis, ubi etiam probati Poetæ ſua ſcripta reponebant. Vnde Horatius in arte poetica.

Scripta Palatinus quæcumq; reponit Apolio, de cuius loci ornamentis. Ouid. lib. iii. de triſtibus.

Inde tenore pari gradibus ſublimia celſis.
Ducor ad intonſi candida templa dei.
Signa peregrinis, ubi ſunt alterna columnis.
Belides, & ſtricto ſtat ferus enſe pater.

Erant enim Belidum Simulacra, & Prætides in uaccas uerſæ, quas Propertius Myronis armenta fabulatur, Erat etiam in media area Palatina conſtituta Laurus quæ Capitolinam reſpiciebat Quercum Ouid. lib. i. met.

Poſtibus auguſtis eadem fidiſſima cuſtos.
Ante fores ſtabis mediamq; tuebere Quercum,
quæ erat in Capitolio paſtoribus ſacra.

Nec tanti principis natalem ſilentio præteribo, Natus eſt enim Cæſ. Aug. M. Tullio Cicerone, & C. Ant. Coſſ. ad capita bubula in regione Palatij, ubi eius ſacrarium aliquanto poſtq̃ exceſſit conſtitutum, nutritus uero in carinis apud Exquilias, habitauit primum ad Scalas Annullarias, iuxta Forum in domo Calui oratoris, in Aedibus hortenſianis, nouiſsime uero in Palatio, Sub eo principe plurimum arma ceſſauere, & ingenia floruere, multaq; egregie ab eo domi, foriſq; ge-

ſta,quæ librum ſibi poſcerent peculiarem.Fuit preterea in Palatio domus Auguſtana,& Tyberiana, & templum quod diuo Auguſto Liuia Auguſta fecerat, fuit etiam templum Iouis Victoris, quod. Q. Fabius bello ſabino uouerat, inquo cruento Marte fuera dimicatum, dedicauit Idibus Aprilis. Ouid. iiii. faſt,

Occupat Apriles Idus cognomine uictor.
Iuppiter, hac illi ſunt data feſta templa die,

Fuit, & in eodem monte templum Fidei à Troianis primum conſecratũ, ut ſcribit Agatocles cum inquit phryges primum omnium ſacraſſe in palatio Fidei templum, in quo Monte poſtea cũ Vrbs conderetur uiſa eſt iuſta uocabuli Romæ nominandi cauſa, eámq; priorem, unde locum dedicaße Fidei, cuius etiã meminerunt Appianus,& et Ouid. fuit in eodem monte Ara Febris,cuius templus tribus in locis Romæ fuiße tradunt, unum in Palatio, Alterum in Area Marianorum monumentorum. Tertium in ſumma parte Vici lougi, in eaq; remedia, quæ corporibus ægrotorũ annenya fuerant, deferebantur. Fuit & in Palatio Ara Palatina, Vicus Padi, & Fortunæ reſpicientis. & Sacellum Deæ Viriplacæ,ad quod quoties inter uirũ, & uxorem aliquid iurgij interceſſerat. ueniebant in uicem locuti quæ uoluerant. contentione animorum depoſita, concordes reuertebantur author

Val.max. Fuerunt & Aedes Vitrubij Bacchi, quæ diruto ædificio publicatoq;, Bacchi prata appellata, Fuit enim is uir non domi ſolum, ſed etiam Romæ clarus, ut tradit Liuius. Erat olim ad radices palatij iuxta Forum Lupercal.i.antrum Lupæ, de quo Dionyſius Arcades inquit in colle ipſo Firmati, cum ædificia Alia more patrio exornaßent, Templa quoq; conſtruxerunt, atq; primum quidem Pani Lyceo, ad monente eos Carmenta. Eſt enim apud Arcadas Pan uetuſtißimus plurimum in honore habitus quem Romani Lupercal, Græci Lycæum dicerent, nunc tamen circumſepto ædificijs Templo, priſcam loci naturam comprehendere nequit coniectura. Erat enim antiquitus (ut dicitur) Antrum magnum ſub colle, arbuſto contectum, & fontes ſub petris profundi adherensq; rupibus ſaltus, & quidem opacus, ubi Ara Deo conſtructa, ſacrificia patria perficiebantur, quæ poſtea Romani celebrarunt Februario Lugubri tempore poſt brumam. Ouidius in faſtis à Lupa nomen deriuatum putat cum ſcribit.

Illa loco nomen fecit, locus ille Lupercal.
  Magna dati nutrix præmia lactis habet.

Inde Luperci dicti, Plutarchus. Videmus inquit Lupercos inde curſum incipere, ubi Romulum expoſitum ferunt. Nam nudi Sacerdotes Luperci currendo luſtrabant ciuiatem, cuius rei ſatis multa. Oui

dius infaſtis cum inquit lib. ii.

Nupta quid expectas, non tu pollentibus herbis,
Nec prece, nec magico carmine mater eris.
Excipe fæcundæ patienter uerbera dextræ.
Iam ſocer optati nomen habebit aui.

Nam prægnantes, & adultæ nuptæ ut conciperent, dextras Lupercis uerberandas præbebant, putantes id ſibi felicẽ pariũdi facultatẽ preſtare. Præterea .M. Cicero *inſectatur*.M. Antoniũ ꝙ *ſe lupercũ exhibuerit in ſacris* Lupercalibus *nudus diſcurrens ſtatuæ* Cæſaris *diadema impoſuerit*. Item Feriæ *in palatio celebrari ſolitæ. in quibus ſacrificiũ quod fiebat* Palatual *dicebatur, ut tradidit* Antiſtius Labeo Eiuſdem Plateas *montis ſaxis lacedæmonijs, & porphyreticis* Antonius Heliogabalus Imp. *ſtrauit, quas* Antonianas *uocauit, ut ſcribit* Lampridius, *quæ ſaxa inquit uſq; ad noſtram ætatem manſerunt. ſed nuper eruta, & execta ſunt.* Heliogabalum *q; Deum iuxta* Aedes Imperatorias *in* Palatio *monte conſecrauit, eiq;* Templum *fecit in eo loco. in quo prius* Orci Aedes *fuit, ſtudensq; matris deum typum, &* Veſtæ *ignem, & palladium, &* Ancylia, *& omnia* Romanis *ueneranda in illud transferre,* Templum *illud potiſſimum agens nequis deus niſi* Heliogabalus *coleretur,* Illuc *&* Iudæorum *religionem, &* Chriſtianorum *deuotionem transferendã curauit,*

ut omnium culturarum ſecretum Heliogabali ſacerdotium teneret fecit & Alexander ſeuerus Dietas nominis Mammaeæ matris quas imperitum uulgus ad mammam uocat: Auctor lampridius. Mons hodie Palatinus in habitatus, totus ſeruit uinetis, arbuſtis, & paſcuis animalium, & in id penè reuerſus, quod fuerat ante Euandrum. dixiſſe feruntur Haruſpices apud ueteres. Quando mons Palatinus deſinet habitari, tuuc & Imperij Ro. finem fore. fuit etiam palatium Regio.xii.antiquæ Vrbis. DE MONTE Auentino, & de his quæ in eo continentur. Auentinum aliquot excauſis dicũt, uel ab Auentino Albanorum Rege illic ſepulto, uel ab Auentino Herculis ex Rhea filio dictus eſt. uel ab aduentu latinorum qui in eo monte conſederunt. ꝙ ibi Dianæ templum ſit conſtitutum. uel ab aductu auium, ꝙ illuc ueſperi cubitum ab Tyberi aduolarent, ꝙ ſatis tutæ ibi propter adiacentes paludes (& Tyberim quieſcerent, ante Vrbem conditam. Mons eſt ab reliquis diſcluſus Tyberino incumbens alueo, magnum, ac diffuſum habẽt ambitum. Terminatur adextris Tyberi, inde mænibus Vrbis, à Porta. S. Pauli usq; ad Portam. S. Sebaſtiani, deinde Piſcina publica, & Circo Max. Mons eſt longior quam latior aſſurgitq; in duos uertices, diſterminatur ualle, ac uia, quæ tendit à Circo Max. ad Portam. S. Pauli. In primo uerti-

ce iuxta Tyberim occurrit Templum. S. Sabinæ, Quod quidám Petrus. Illiricus prædiues. Epiſcopus priuatis opibus, à fundamentis erexit, uariiſq; marmorum ornamentis decorauit, ut carmina illic ex muſiuo opere ad huc oſtẽdunt, ubi etiam prima Statio in quadrageſima celebratur, & ubi Diuus Dominicus ordinis prædicatorum author. ab Honorio .iii. ex generoſa Sabellorum gente Regulam confirmari obtinuit. Haud procul in eodem montis ſupercilio ſurgit templum. S. Alexij Ro. Anachoritæ qui diu in domo paterna, ſub quibuſdã ligneis gradibus (qui adhuc ibi extant) latitauit, ne parentibus quidem, uſq; ad mortem agnitus eſt. ubi antea fuit monaſterium. S. Bonifacij martyrit. Hinc lapidis iactu ſupra montis crepidinẽ apparet ruinoſa Aedes. S. Mariæ Auẽtinæ, ubi fuiſſe tradunt olim templum bonæ Deæ, cui ſolæ feminæ ſacrificabant. Ab altero montis latere uerſus circum Max. extat templum. S. Priſcæ in ruinis Thermarum decij Imp. In altero Auentini, in ſummo uertice, uerſus Portam Capenam ſurgit Aedes, & Cœnobium. S. Sabæ Abbatis in cella noua. Hinc fundæ iactu apparet Templum. S. balbinæ uirginis. Quirini Martyris filiæ, iuxta thermas Antonianas. Fuit præterea in Auentino ſpelunca Caci Tyberi incumbens, ut ſcribit Virgilius libro. viii. æ̃ndos, cum inquit.

Hanc ut prona iugo leuum incumbebat ad amnem.
Dexter in aduerſum, & quæ ſecuntur.

Fuit autem ea ſpelunca iuxta Portam Trigeminã, & ſalinas, ut ſcribit Solinus, in crepidine montis ſupra naualia, ubi etiam Aedes Herculis Victoris, qui eum interfecit. Fuit enim Cacus Vulcani filius, & tunc latro illius loci incola. Cacus autem re uera fuit ſeruus Euandri, qui incendio agros depopulabatur, accuſatus à ſorore, eiuſdem nominis, unde Cacameruit Sacellum, in quo Veſtales ſacrificia offerrent, quia Herculi fecit indicium de furtô boum, illum autem Hercules obraptas ſibi boues interfecit, cunq; fluuio ſe abluiſſet Aram loco proximam erexit Iouis inuentoris, iuxta Trigeminam Portam, immolauit q; Deo iuuencum, gratũ munus inuentori boum. In eadem montis parte fuerunt Scalæ Caci. Et Scalæ gemoniæ iuxta Templum Iunonis reginæ, per quas facinoroſi unco trahebantur, erat enim locus præceps. Suetonius in funere Tyberij Cæs. Alij uncum inquit, & gemonias minabantur, &c. in Vitelio Imp. Tãdem apud gemonias minutiſſimis ictibus excarnificatus, inde unco tractus in Tyberim. In eodem monte Numa rex impetrare didiciſſe fertur fulmina á Pico, & Fauno, qui erant numina illius montis, ubi Antrum & Fons cuius aquã bibebant, quos, Numa uino illic appoſito ebrios, ac ſopitos

reddidit, & inuincula iniecit, unde fulmina elicere
didicit. Ouid. in faſt.

Lucus auentino ſuberat niger ilicis umbra,
Quo poſſis uiſo dicere numen adeſt.
In medio gramen, muſcoq; adoperta uirenti.
Manabat ſaxo uena perennis aquæ.

Quem regem Tullus hoſtilius, qui ei in regno ſucceſſit, cum imitari uellet, non rite agens in eliciendis fulminibus, ipſe cum tota domo (ut ſcribit Liuius) conflagrauit. Elicij Iouis uiſa Ara in Auentino ab eliciendo dicta ut tradit Varro. Auentinum montẽ diu paludibus excluſum, Ancus Martius tandem Vrbi addidit, & frequentem fecit populis latinorum quos illuc tranſtulit, dirutis illorũ oppidis Politorio, Tellenis, & Sicania, deinde regionibus, & pomærio olim excluſum (quoniam in eo Remus infelices uidit uolucres) Claudius Cæſar uetantibus haruſpicibus pomærio incluſit. Dionyſius lib. iii. hiſt. ita ſcribit, Primũ quidem non paruam Vrbi addidit partem Ancus Martius, cingens muro eum locum, qui Auentinus dicitur, Eſt enim collis modice elatus, in orbẽ ſtadia ferme. xviii. complectens, qui tunc cum ſylua omnis generis plenus erat, tum uero erat pluſima, & pulchra Lauro, à qua locus quidã à Romanis lauretum dicitur. Nunc autem Aedium plenus eſt omnis. In quo etiam monte multis ornamẽ

tis inſigne extructum eſt Dianæ templum. Separ batur à Palatio profunda, & anguſta Valle, poſte repleta eſt concauitas illa, inter colles media. Hũ autem uidens futurum aliquando munimentum ac uerſus Vrbem, ut ſiquis ei ſuperuenerit exerciti muro foſſaq; muniuit, & traductis ex Telleni. politorio, aliis q; Vrbibus, quoſcunq; cæperat co lonos ibi collocauit, perſuaſitq;, ut templum Di nae ædificarent, adiicerent q; ſtatutis temporib inducias, & ſi qua facta inter eos offenſio eſſet, p hæc ſacra diſſoluerent. poſteaq; Rex pecuni quas contulerunt Vrbes eæ omnes, extruxit Di næ Fanum in maximo Romæ collium Auẽtino co locatum leges q; in baſe ærea conſcripſit in del bro Dianæ ſita, fuit q; id commune templum, R manis, & latinis, exemplo Dianæ Epheſiæ Vrb bus Aſiæ. Antonius Horatius in ſabinis bouẽ in gni ſpecie, & magnitudine natam à diuino quo monitus eſt, ſi quis immolaſſet, totius Italiæ imp rium eius ciuitatem potiturum. Cornelius ſace dos e ò ad Tyberim lauandi ſpecie miſſo, immol uit, & Romæ Imperium Italiæ peperit. Cuius C nua in ueſtibulo templi pro miraculo diu pepend re. Plutarchus in problematibus ſcribit in Dia templis tantummodo Ceruorum Cornua, in eo tem quod eſt in Auentino, boum affixa ſpectanti Simili modo Iunonis ſoſpitæ fuit commune tẽplu

anuinis, & Romanis, cui omnes conſules ſacrifica e neceſſe erat, ut docet. M. Tullius in oratione ro Murena. Liuius etiam Lanuinis inquit Ciuita em datam, ſacraq; ſua reddita, Ea conditione, ut Aedes, Lucuſq; Soſpitæ Iunonis communis Lanui is cum populo Ro. eſſet. fuit præterea in Auenti o Templum Iunonis Reginæ quod ex parte Veien anæ prædæ Camillus uouerat. Liuius eodem an o Aedes Iunonis reginæ ab eodem Dictatore, eo emq; bello uota, dedicatur, Celebratamq; dedica ionem ingenti matronarum ſtudio tradunt, fuit in eodem monte Templum Lunæ, ut ſcribit Oui ius in faſtis.

una regit menſes huius quoq; tempore menſis,
Auentini Luna colenda iugo. Fuit & Templũ bo æ Deæ a. Q. Claudia ueſtali conditum, quod oſtea uetuſtate collabens, Liuia ſumptuoſiſſime in aurauit. Fuit etiam Lauretum, Ioui ſacrum, ut ſcri it Plynius. Fuit & Templum Libertatis à Grac ho conditum, ex mulctatitia pecunia, Fuit & Li ertatis Atrium à Pollione inſtauratum, Fuit & Lu us Camœnarum, & Lucus Hybernæ iuxta Tybe im. Ouidius in faſtis.

diacet antiquus Tyberinæ Lucus hylernæ:
Pontifices illuc nunc quoq; ſacraferunt.

Præterea millibus Latinorum in ciuitatẽ acceptis, uibus ut adiungeretur Palatio Auentinus ad Mur

ciæ datæ ſedes, nam Venerem *priſci* Murciam *di*xerunt *à* Myrto, *quæ arbor ueneri dicata eſt*, *u* ſcribit Plynius. Quin & Ara *uetus*. Fuit Vene*r* *myrteæ quam* Murciam *uocãt*, & eidem ſub Aue*n*tino Murciæ Deæ Sacellum, *quæ antea* Murcus *di*cebatur. Fuit & *altera* Dea *nomine* Murcia, ꝙ *fa*ceret *hominem munceum .i. deſidioſum cui contr*ria, *ſtrenua cuius ſacra fiebant, ut homines fac*ret *ſtrenuos*. Romurius *a ger dictus quia poßeſſus* Remo, & *habitatio* Remi Remuria, *ſed* & locus *i* ſummo Auentino Remuria *dicitur*, *ubi* Remus Vrbe *condenda fuerat auſpicatus*. Fuit *etiam* Au*en*tinus *regio*.xiii.*antiquæ* Vrbis.

De Cælio *mõte*, & Cæliolo. & *eorũ rebus priſc*

IN *Suburanæ regionis parte inquit*. M. Var*ro* *princeps eſt* Cælius *mons à* Cælio Vibenno *t*ſco *duce nobili, qui cum ſua manu dicitur* Ro*m*lo *ueniſſe auxilio contra* Latinum Regem, Hi *poſt* Cælii *obitum* ꝙ *nimis munita loca tenerent*, *neq; ſine ſuſpitione eſſent, deducti dicuntur in pl*num, *ab eis dictus* Vicus *tuſcus*, & *ideo ibi* Vor*t*num *ſtare*, ꝙ is Deus Hetruriæ princeps, de Cæ*li*nis, *quia ſuſpitione liberi eßent traductos uolu*in *eum locum, qui uocatur* Cæliolus.i. Minor C*æ*lius, *cuius meminit* Martialis *cum inquit*,

Maior Cælius, & *minor fatigat*, Eſt *autem* Cæl

lus Mons ille ubi nunc eſt Porta Latina, & Templum cum altero ſacello. S. Io. Apoſtoli, & Euangeliſtæ, ſed redeo ad Cælium montem. Eſt enim Cælius unus ex ſeptem Vrbis mons ubi eſt Baſilica lateranenſis, de quo Cor. Tacitus, Ne fuerit inquit abſurdum tradere eum montem antiquitus, Querquetulanum cognomento fuiſſe q; talis ſiluæ frequens fæcunduſq; erat mox Cælius appellatus à Cælio uibemno, qui dux gentis Hetruſcæ cum auxilium allatum ueniſſet, ſedem eam ad cæperat à Tarquinio priſco, ſeu quis alius regum dedit, nam in eo scriptores diſſentiunt, Cætera non ambigua ſunt, magnas eas copias per plana etiam, ac foro propinqua habitaſſe, unde Tuſcum Vicum à uocabulo Aduenarum dictum. Adduntur ſententiæ, ut mons Cælius Auguſtus Appellaretur, Quando cunctis conflagrantibus, Sola Tiberij effigie ſita in domo Iunij Senatoris inuiolata manſiſſet. Eum montem Tullus hoſtilius Vrbi addidit, & habitandum dedit Albanis, ubi manſiones fuerunt Albanæ poſt euerſam Albã, & ex duabus facta eſtuna Vrbs multi etiam Hetruſci, qui cum Cælio Vibemno prius, & poſtea cum Porſena rege uenerant, remanſerunt, & habitauere circa ea loca, ubi fuit Vicus Tuſcus, Liuius Hetruſcis inquit is locus ad habitandum datus, quem deinde tuſcum Vicum appellauere. Dionyſius libro. V. hiſt. ita tradit, Multis de-

ponentibus deſiderium in patriam redeundi Senatus dedit regionem Vrbis, in qua ſedem conſtruxere, inter Palatium, & Capitolium, quatuor fere extenſa ſtadia. Conuallemq;, Quæ uſq; ad ætatem meam Vicus Tuſcus à Romanis, lingua propria appellatur, per quem quidem tranſitus eſt ad Circum Max. ubi fuit Templum Vertumni .i. Iani Hetruscorum principis. Qui quidem mons, ut frequētior eſſet habitatoribus ipſe Rex Hoſtilius regiam ſibi illic etiam conſtituit, & Templum quod in curiam redegit, Patribus minorum gentium, ordine ab ſe aucto. ſub quo monte fuit olim Templum Mineruæ titulo natalis eius dedicatū. Ouid. lib. iii faſt.

Cælius ex alto, qua mons deſcendit in æqua,
Hic ubi non plana eſt, ſed prope plana uia.
Plana licet uidens caſtæ delubra Mineruæ,
Quæ dea natalis cœpit habere ſui, ubi Quinquatria celebrabantur. Erant & alia minora de menſe Iunij. Auſpicatur autem Mons Cælius à Vico Scauri, ubi nunc eſt Templum, & Cœnobium. S. Gregorij in Aedibus paternis iuxta Septizonium Nā ipſe adhuc uiuens paternam domum diuo Andreæ Apoſtolo ibidem dedicauerat, poſt hunc locum ſtatim à ſiniſtris occurrit Aedes. S. Martyrum Ioannis, & Pauli in domo paterna, ubi Iuliani Imp. iuſſu interfecti, ac ſepulti, iuxta Curiam (ut aiunt) Hoſtiliam. Hinc iactu lapidis iuxta formas aquæ

Claudiæ

Claudiæ extat à dextris Hoſpitale . S. Thomæ *in* Cælio *monte conſtitutus, olim* locus *ad redimendos captiuos, ſeu permutandos, qui capti eſſent à* Barbaris. Haud *procul hinc ſurgit* Eccleſia.S. *Mariæ in domnica ſiue* Nauicella, *cuius ſimulachrum ex marmore extat ante fores templi,* Quod *nuperrime à* Leone *.x. inſtauratũ, ac ſumptuoſiſſime ornatum, unà cum porticu, &* Nauicula, *cuius loci antea* Cardinalis *titulum habebat.* Hinc *eundo in* Lateranum *ſtatim occurrit à dextris* Sphæricum.S. Stephani *rotundi* Templũ *in* Cælio *monte, quod antea* Fauno Capripedi *dedicatum.* Simplicius *eius nominis* Papa *protomartyri* Stephano *cõſecrauit, quod poſtea penitus collapſum,* Nicolaus *.V. ante hos proximos annos, coartata priore* Templi Sphærica *illa amplitudine, in eam formam quæ nunc extat inſtaurauit, ut in* Templi *aditu titulus apparet.* Fuit *& in eodem ambitu memoria patrum noſtrorum celeberrimum.*S. Eraſmi Monaſteriũ. Fuit *& iuxta formas* Aquæ Claudiæ *in hoc ſpacio* Templũ Claudij Cæs. *à* Veſpaſiano *conditum, teſte* Tranquillo *cæptum antea ab* Agrippina, *ſed à* Nerone *funditus deſtructũ.* In *eodem etiã ambitu fuit* Campus Martialis, *ubi* Equiria *fieri conſueuerant,* Si *quando* Tyberis *inundatio* Martium Campum *occupaſſet, ut ſcribit* Ouidius *in faſtis.* In *eodẽ met*

mōte fuerūt Caſtra peregrina ab Auguſto Cæs. conſtituta,ubi in montis ſupercilio ſurgit nunc Templum.S.*quatuor Coronatorum,ab* Honorio *primo conditum,ubi multa corpora ſanctorū manu propria collocauit*. Huic loco *ſubiacet* Eccleſia S. Clementis *in* Aedibus *paternis condita,de qua diuus* Hieronymꝰ *Nominis inquit eius memoriam uſq; hodie extructa* Eccleſia *cuſtodit*. Hinc *per radices montis eundo in* Lateranum *poſt* Arcum Formæ *ſtatim occurrit* Celeberrimum *in toto orbe* Hoſpitale Lateranenſe, *ſub titulo* Saluatoris, *à clariſſima* Columnēſiun *gente prius excitatum*, Quod *poſtea* Romani *proceres ædificiis,ac prouētibus,ad pium opus pauperum ægrotantium indies magis,magiſq; ampliare non deſinunt*. In *hoc ambitu fuit olim* Domus *illa præclariſſimæ gentis* Lateranorum, *de qua* Iuuenalis Saty. viij.

Clauſit,& egregias Lateranoꝝ *obſidet ædes,*
Tota cohors.

Vbi *nunc ſurgit* Lateranenſis Baſilica *in toto orbe celeberima quaterno columnarum* ordine, à Conſtantino *magno, precibus* S. Silueſtri Papæ,*condita,in* honorē Saluatoris S. Ioannis Baptiſtæ. S. Ioannis Apoſtoli & Euāgeliſtæ, *ubi in prima abſide uiſitur ex muſiuo* opere *imago* Saluatoris, *quæ prima* Populo Ro. *depicta apparuiſſe dicitur*. Et *ſupra altare ma-*

ius in marmoreo Tabernaculo, ferro undiq; munito, ad id excitato, Cōdita ſunt Capita S. Apoſtolorum Petri & Pauli, quæ diu quæſita, tandē Vrbanus .V. inuenit. Deſierant enim in honore eſſe propter deſuetudinem, & ignorationem, reperta uero apud Sancta Sanctorum, & locellis argenteis condita, in hunc locum maxima ueneratione, & celebritate, aſtante clero, Populóq; Ro. Aſſurgit ibidem alterum marmoreum Suggeſtum, ubi multæ recōditæ ſunt precioſiſſimæ Sanctorum Reliquiæ, quæ die dominicæ reſurrectionis populo oſtenduntur, quarum nomina in magna tabula nuperrime ibi affixa notata ſunt. Extant adhuc quatuor ex ære columnæ pari forma, & ſtriatura conſpicuæ ſunt, quas tradunt ab Auguſto Cæs. conflatas. Auguſtus enim uictor totius Aegypti, quam Cæſar pro parte ſuperauit multa de nauali certamine ſuſtulit roſtra ærea, quibus conflatis quatuor effecit columnas, quæ poſtea à Domitiano in Capitolio ſunt poſitæ, nā roſtratas Iulius Cæs. poſuit uictis Pœnis nauali certamine, quibus unam in roſtris, alteram ante Arcū pro parte Ianuarum, quæ ſunt hodie in Lateranenſi Baſilica è ſtructura Corinthia. Extat in eadē Baſilica iuxta Tabernaculum Euchariſtiæ una è multis ærea Tabella inciſis literis, ubi quædā ſancio legitur, de Imperio Veſpaſiani. Extat & in

templi medio Sepulchrum, cum æneo Simulacro, Martini. V. ex generoſiſſima Columnenſiũ pro ſapia, qui adeo lenibus fuit moribus, ut ſuorum temporũ Deliciæ ſit appellatus, per quẽ Schiſma omne penitus extinctum eſt, Qui etiam Baſilicam ignibus, & ruinis deformatam, Lithoſtroto, & pictura decorauit, quam Eugenius .iiij. poſtea abſoluit. Extant præterea in eadem Baſilica quædam de triumpho Titi, quæ prius erant in templo Pacis ut tradit Diuus Hieronymus, ut lignea illa menſa quadratæ formæ, ſupra quã Chriſtus cum diſcipulis cænitaſſe dicitur, pridie quàm Crucis ſubiret patibulum. Extat etiam Arca fœderis, ut uulgo creditur, & Virga Aron, Hieroſolymis in triumpho Titi aduecta. Multa præterea extabant olim in ea Baſilica Ornamenta aurea, & argentea, ac gemmis ornata, quæ hodie nulla extant, & annui prouentus, ex diuerſis orbis regionibus, ut in Pont. geſtis legitur. Habet etiam ipſa Baſilica Appendices, ubi adhuc extat Baptiſterium Magni Conſtantini, ſphæricæ formæ porphyreticis columnis undiq; ſeptum, ubi circunquaq; argenteos ceruos, aquam ex ore in medium effudiſſe tradũt, & in medio lauacro Columnam, ubi lucerna, certo tempore balſamo ardebat. Vbi etiam in primo frontiſpicio inciſum legitur diſtichon,

Inſons eſſe uolens iſto muudare lauacro,
Seu patrio premeris crimine,ſeu proprio.

Quem locum nuperrime Leo . x . *tecto plũbeo inſtaurauit, ubi etiam* Hilarius Papa *tria oratoria condidit ,quæ adhuc extant ,Vnum* .S . Ioannis *Baptiſtæ ſatis exiguum, cum æreis* Foribus, *ubi* Conſtantini Imperatoris Cubiculum *fuiſſe tradunt, quod mulieres ex edicto non ingrediũtur.* Extat *& in primo ingreſſu uerſus hoſpitale,* Oratorium.S. Crucis, *Crucis effigiem habens ubi in aditu ſunt in ipſis poſtibus duæ, pareſq; columnæ, ex ſpeculari lapide, ſatis conſpicuæ, & totidem paruæ ſatis rudes interius ligneis loculis incluſæ, quas fuiſſe prius apud* Iudæam *in cubiculo (ut aiunt)* Diuæ Mariæ *uirginis, quarum altera ſemper uiolarum ſpirat odorem.* Ab *altera uero* Baſilicæ *parte ubi nunc æneus ſurgit* Equus. *Extant iuxta* Sancta Sanctorum *Marmorei gradus numero* . xxviij . *per quos* Chriſtus *ad* Pilatum *aſcendiſſe dicitur,ubi penſilis, & flexuoſa longo inceſſu occurrit* Porticus *ab* Eugenio .iiij. *inſtaurari cœpta, à* Nicolao . V . & Syxto .iiij. *ſucceſſiue reſtituta.* Vbi *in primo aditu iuxta* Baſilicam.S. Ioannis *occurrit à ſiniſtris menſura ſtaturæ* Chriſti, *ubi lapis, ſuper quo numerati dicuntur* . xxx . *argentei quibus uenundatus eſt à* Diſcipulo Iuda, *paulò ulterius*

occurrũt tres Portæ Marmoreæ, per quas ingreſſus dicitur ad Pilatum, iuxta antiquum Pontificum Suggeſtum, deinde duæ Porphyreticæ Sedes ubi nouus Pontifex attrectatur, ut fama eſt ab ultimo Diacono, ſi teſtes habeat inſtitutum, ob perpetuam notam ſedi Apoſtolicæ inuſtam à Ioanne Pont. natione Anglico qui fœmina inuentus eſt, & in proceſſione peperit, quẽ locum Ro. Pontifex illac progrediens uitat, & quaſi deteſtabilem abominatur. Extant & in triangulo paruæ ex ære haud magnæ Portæ, quarum ultima à ſiniſtris perducit ad Sancta Sanctorũ. Eſt enim paruum in loco Sacellum Diuo Laurentio martyri, à Nicolao. iii. ex clariſſima Vrſinorum proſapia excitatum, qui ob morum elegantiam Compoſitus dictus eſt. Depoſitis illic Apoſtolorum Caluarijs, donec templum renouaret. Eſt enim locus pictura, & teſſellatis pauimentis, ex diuerſo lapide ſatis conſpicuus, ubi ab Vrbano. v. Capita Apoſtolorum nouiſſimè reperta ſunt, ubi extat locellus cæleſti gratia plenus, & plæræq; aliæ reliquiæ, quæ nuperrrime iuſſu Leonis. x. reſeratæ ſunt, atq; à multis uiſæ. Sed præcipua illic cernitur Imago Saluatoris à Diuo Luca Euangeliſta deſignata, ab Angelo (ut creditur) abſoluta, argento, ac gemmis ſatis exornata. Quæ ex inſtituto Leonis. iiii. ſinguls fermè annis de

menſe Auguſti, *ueluti in antiquo triumpho, &* *triumphalibus* ferculorum *ſimulachris concentúq; tubarum, tibiarúmq;, &* pomparum *omnis generis maximo numero* deſertur è Laterano *in* Forũ Ro. Siſtitúrq; *ante* Aedem S. Hadriani *in tribus* Foris, *aſſiſtente* Clero, Populóq;, Ro. *Inde ſuccollantibus* honoratis *quibuſq;, iteratur, prætervectúſq;* per Arcum *Latonæ*, propter Cacodæmõnas *qui tunc locum infeſtabant, poſtea per* Subũram, *& ante* S. Lucam *in* Silice, propter Baſiliſcum, *qui ſubterranea cauerna ibi, ut fertur, latitabat.* Q*uæ loca hoc modo liberata dicuntur, nouiſſimè uero in* Baſilica S. Mar*iæ maioris, occurrente illi imagine* Diuæ Genitricis, *ea nocte ſiſtitur, ubi lectiſternia, & frequens totius urbis conuentus, poſtera autem luce in* Lateranum *per aliam uiam, cum eiſdem ferè pridianis pompis reportatur.*

De Eſquilijs, *& earum ornamentis.*

ESquiliarũ *diffuſiſſimus eſt ambitus, multiplicemq;* Mons *ipſe habet* Etymologiã, Eſtq; *cæterorum maximus æditiſſimúſq; in multos aſſurgens uertices.* De quo M. *Varro*, Secundæ regionis Eſquiliæ, Alij *has ſcripſerunt ab* Excubijs *regis dictas*, Alij *quòd excultæ à* Rege Tullio *eſſent: huic origini magis concinunt luci ui-*

cini, quòd ibi lucus Martis Fagutalis, & Lariũ Querquetulanum Sacellum, & Lucus Martis. & Iunonis Lucinæ. Eſquiliæ duo montes habiti, ꝗ pars Ceſpius mons ſuo antiquo nomine etiam in ſacris Argeorum ſcriptum eſt ſic: Oppius mons princeps. Exquilinum Lucũ Fagutalem ſiniſtra, quæ ſub mærum eſt. Oppius mons terticeps lucũ Eſquilinũ, dexterior uia in tabernola eſt. Oppius Mons quadriceps lucum Eſquilinum, uiam dexteriorem in figulis eſt. Septius mons quinticeps lucum Pætilium, ex quibus eſt. Ciſpius mons ſexticeps, apud Aedem Iunonis Laciniæ, ubi æditumus habere ſolet. Hæc autem montium nomina aduentitiorum Ducum ſunt, qui eos aliqunado incoluêre. Ouidius ab excubijs Regis dictas affirmat in libris Faſtorum, cum inquit,

Adde quòd excubias, ubi Rex Romanus agebat,
  Qui nunc Eſquilias nomina collis habet.

Siue quòd ante Vrbem conditam Aucupibus Eſquiliæ erant in uſum, ut ſparſis quiſquilijs aues illuderentur. M. Cato autem ab excubijs tradit, quas Romulo lucumo more priſco dedit .xij. lictorum, & .c c c. armatorum ad cuſtodiam corporis ſimul & dignitatem, quia T. Tatius non erat ſine ſuſpitione in fidæ ſocietatis, nam Romulus Vrbis agrum diuidens inter Sabinos, & Tuſcos, Palatium, & Eſquilias colles ſibi retinuit.

Terminantur enim Eſquiliæ cum omnibus Vrbis montibus interiectis cauis, præter Auentinum. Reſpiciunt autem ab oriente mœnia Vrbis, à meridie Cælium, ab occaſu Palatium, & Capitolium, Quirinalem, & Viminalem. Auſpicantur à Buſtis Gallicis, & ſuburra, terminantur à dextris Via Labicana, & includũt Templum S. Crucis in Hieruſalem, Portam maiorem, & Portam S. Laurentij cum campo Eſquilino, deinde relictis ad dexteram Thermis Diocletianis, terminantur cum Viminali, interpoſita ſubiacente ualle, quæ ducit in uiam ſuburram, qua poſtea ſeparatur reliqua parte Viminalis, & Quirinalis. In prima Esquiliarum parte ſurgit Eccleſia S. Petri à uinculis in Eudoxia, iuxta uicum Cyprium, & uicum ſceleratum, inter ruinas nunc Thermarũ Titi Imp. cõdita prius ab Eudoxia Arcadij ſuperioris uxore, ubi etiã uincula recondi iuſsit, quibus Apoſtolus Petrus uinctus fuit ab Herode rege, Hieroſolymis, diebus Azimorum. Quã ſolemnitatem (ut Diuus Hieronymus tradit) Sylueſter Papa, rogatu Cõſtãtini Imp. à Paſcha reſurrectionis in Cal. Auguſti diſtulit, Carcerẽq; Tullianũ iuxta forũ repurgatũ pri⁹ in hãc uinculorũ ſolẽnitatẽ, dedicauit, & ut ea dies Cal. Aug. quæ in honorẽ uictoriæ Cæs. Auguſti de. M. Antonio, & Cleopatra, antea celebrabantur in honorem

uinculorũ Petri poſtea coleretur. Qui menſis ab eo dictus eſt Auguſtus, nã ſextilis antea uocabat à numero. Sicut Quintilis prius, poſtea Iulius, à Iulio Cæs. Quem quidẽ olim ſui tituli locuũ in meliorem formam redigens Iulius. ij. Pontifex Max. multis ornamentis decorauit. In eodem montis ſiniſtro ſnpercilio ſurgit Tẽplũ S. Martini, & Silueſtri, in Mõtibus, iam uetuſtate collabens, quod Sergius Papa prius cognomẽto Os Porci appellatus, ut qdã tradũt excitauit, Qui ob turpitudinẽ nominis prim⁹ omuiũ Pont. nomẽ ſibi mutauit, appellatúsq; eſt Sergius, Quem morem cæteri poſt eum Pont. ſeruauerũt. Sunt qui trdant, non à Sergio, ſed à Symmacho id Templum conditũ iuxta Thermas Traiani, Imp. Subeſt huic loco Aedes S. Luciæ in capite Suburræ, ab Honorio primo cõdita. De cuisn fornice Leo quartus ſuis orationibus Baſiliſcum, ut dicitur, fugauit. paulò hinc ſuperius, eundo ad Arcum S. Viti occurrit à ſiniſtris Templũ S. Praxedis uirginis, à Paſcali primo conditum, ſiue inſtauratum, ut in apſide, ex muſiuo apparet carmen, Vbi à latere Templi extat Sacellum quod dicitur Ortus Paradiſi, & mulieres non ingrediũtur ubi breuis uerſicolórq; columna ſepta eſt clatris, ad quã Chriſtus religatus fuiſſe creditur. Quam Ioannes Cardin. de Columna prenæſtinus Hieroſolymitana functus legatione

Romam aduexiſſe dicitur. Fuerũt præterea in Eſquilijs iuxta Viminalem Lucus Fagutalis, & Lucus Larum. Querquetulanum Sacellum, Lucus Mephytis, & Iunonis Lucinæ, Quorum anguſti fines non iam diu lati. Ouidius in Faſtis,

Monte ſub Eſquilio multis incæduus annis
Iunonis magnæ nomine lucus erat.

Lucina uero dicta, uel ab ipſo Luco, ut ſcribit M. Varro, uel ut tradit Ouidius in Faſtis, quòd naſcentibus lucem præbeat, cum inquit,

Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus,
Aut quòd principium tu Dea lucis habes.

In quo ambitu ſurgit nũc uenerabilis Baſiliſca S. Mariæ maioris ad præſepe, quæ melioribus auſpicijs nunc puerperijs lucem præſtat, ac uitam. Cuius rei hiſtoria, ita ſe habet, fuit olim, quidam Ioãnes patricius, qui cũ prolem nullam ex ſe procrearet, affluentibus illi magnis opibꝰ, multis præcibus efflagitauit, unà cum uxore, ut oſtenderetur locus, ubi templum ex tot facultatibus, quas poſſidebat, ædificaret, nec abfuit ſuis uotis Deus. Quadam uero nocte per quietem admonitus, ut eum locum, quem niuibus opertum, proxima luce conſpiceret templo deſignans, metaretur. Eadẽ uiſio apparuit Liberio Papæ. Inſtabant enim tũc Idus Auguſti, in maximis anni feruoribus. Quæ Baſilica auſpicijs Liberij Papæ, ſeu Syxti.iij. ut le

gitur in Abſide templi condita fuit ſed eam poti
us renouaſſe creditur, aut eã muſiuo quod in lateri
bus apparet, exornaſſe. Extat etiã argumentũ uer
miculato opere in tẽpli Frontiſpicio, quis nã Baſi
licã ſtruxerit. Ea eſt hodie omniũ pulcherrima di-
uerſitate marmorꝶ conſpicua, pauimẽto, incruſtati
one, & muſiuo opere à fronte, & à tergo, tã inte
rius, quã exterius inſignita. Laqueatisq; tectis, au
ro illitis, ac pictura, ab Alexandro .vi. nuperri
me ſatis illuſtrata, inſtauratáq; ãtea à Nicolo .iiij
& Iacobo Columna, ut in maiore Abſide ex ſpec
oſiſsimo muſiuo apparet. Latet ſub priore Altar
corp⁹. S. Mathiæ Apoſtoli, & ante Sacellũ ad præ
ſepe corpus. S. Hieronymi preſbyteri Car. ubi &
de fœno eſt, & materijs illius præſepis, ubi Chri-
ſtus natus eſt in Bethleẽ. Quod edicto interpoſi-
to mulieres nõ ingrediunt. Surgit ibi marmorei
ſuggeſtũ ubi multæ reconditæ ſunt Sanctorꝶ rel
quiæ. Et alterꝶ ab altero tẽpli latere, ubi uetuſtiſ
ma Dei genitricis imago quã Diu⁹ Lucas Euãg
liſta ex propria eius idea expreſsiſſe dicitur. E-
tat & altera eiuſdẽ Deiparæ matris imago qu
Leoni Papæ dexterã abſciſſam reſtituiſſe credi
Extat & iuxta Turrẽ campanarꝶ, Sepulchrũ Io
annis patricij, eius Baſilicæ conditoris. Hinc eu
do uerſus Arcum. S. Viti occurrit à ſiniſtris Tẽ-
plum, & hoſpitale. S. Antonij abbatis, quod Pe-

trus Card. de Capotijs Ro. unà cũ hoſpitali exci
tauit, iuxta uetuſtã Aedem. S. Andreæ Apoſtoli à
Simplicio Papa fundatã marmoreis circumquaq;
interius incruſtationibus inſignitã, extat in abſi
de ex muſiuo authoris nomẽ. Hinc ad lapidis ia
ctum ſtatim apparet iuxta Arcũ Galieni Imp. tẽ-
plũ. S. Viti in Macello, à Syxto .iiij. nuperrime
inſtauratũ, ubi requieſcũt multa corpora Sanctorum
martyrum, qui eo in loco interfecti ſuper lapidem
(ut credunt) clatris ferreis ſeptum. Varia eſt de
Macello hoc etymologia: Quidã id dictum putãt
Macellũ Libyæ. P. Victor ſcribit, Macellũ Liuia
ni in .vi. Vrbis regione. Nec deſunt qui uelint à
Macello. i. cæde martyrum deriuatum. Plura fuerũt
in Vrbe Macella, ſed duo præcipua, Macellũ ma-
gnũ in Cælio mõte, & Macellũ Liuiani in Eſqui
ijs de quo nũc agit. Macellũ proprie locus eſt ubi
uenalia oĩa ad uſum humanũ contrahunt. Plaut.
in Aulul. Venio ad Macellũ inquit, Rogito piſces
indicant caros, Agninam caram, bubulam, ui-
tulinam, cetum, porcinam, cara omnia. Macel-
lum uero à Macello quodam uiro dictum, qui in
Vrbe latrocinium exercebat, quo dãnato, Cen-
ſores Aemilius, & Fuluius ſtatuerũt, ut domo eius
diruta, obſonia ibi uenderent, redactis in Fiſcũ bo
nis. Aliqui tradũt quòd ibi fuerit hortus, quẽ La-
cedæmonij macellũ uocãt ab eo macellũ in Foro.

Poſt hunc locum euntibus uerſus Portam maio-
rem occurrũt à ſiniſtris in proximo quadriuio an
te templum S. Iuliani, duo marmorea trophæa
. i. trunci, cum ſpolijs, quæ fuiſſe dicuntur C.
Marij ſepties conſulis de triumpho Cymbrico, &
de manubijs Cymbricis erecta. Quorum alterũ
habet thoracem cum ornamentis, & clypeis, &
ante ſe imaginem captiui Iuuenis Barbari brachi
is poſt tergum uinctis. Alterum uero inſtrumen
ta omnia ad pugnandum, & clypeos. Quæ diſ
iecta à uictore Sylla, à C. Cæſare Dict. inſtau
rata ſcribit Suetonius, cum inquit, Trophæa C.
Marij de Iugurtha, déq; Cymbris, atq; Theuto-
nis à Sylla diſiecta reſtituit. C. Marij enim duo
Trophæa ſpectantur, & ſeptem in Faſtis Conſu-
latus leguntur. Vnde locus hodie ab incolis uoca
tur Cymbrum. In hoc olim loco fuiſſe domum
Aeliorum, ſcribit Valerius Max. cum inquit,
Domus Aeliorum ubi nunc ſunt Mariana monu-
menta, & Sacellum Marianum. In quo illud S.
C. de reditu Ciceronis in patriam, Lentulo Cõ
ſule referente, factum fuit, unde etiam ea regio
omnis, quæ uergit in Lateranũ, nũc corrupto uoca
bulo dicitur uulgo Merulana. i. Mariana, quæ
olim apud ueteres dicebatur regio Tabernolæ,
ut ſcribit Varro, cũ inquit, lucus Eſquilinus dex
terior uia in Tabernola eſt, qui locus hodie, &

tota illa concauitas, nunc ſeruit uinetis, & arū-
dinetis, uſq; ad uiam quæ ducit à Trophæis C.
Marij ad Portam maiorem. Inter hanc uiam, &
mœnia Vrbis aſſurgit eminentiſſima ſphæricáq;
moles, altera in tota Vrbe poſt Pantheon, muti-
lata, ac ruinoſa, Quā fuiſſe tradit Suetonius Baſi-
licam, & Porticū quam Caio, & Lucio nepotibus
erexit Cæſar Aug. Eúmq; hodie locum Incolæ
uocant corrupto nomine Thermas Galluzi. i.
Caij, & Lucij. Sunt enim in eo ambitu breues ad
modum Thermæ ſiue balneæ, unde fortaſſe lo-
cus nomen accepit. Haud longè hinc ſurgit Tē
plum S. Bibianæ, & trium milium martyrum à
Simplicio Papa conditum, iuxta palatium Licinia
num ad Vrſum pileatum, quòd ibi fuit imago ur
ſi habentis pileum in capite. Hinc poſt trophæa
C. Marij cernitur ædes S. Euſebij, inter hanc
& proximam Aedem S. Viti in Macello quædā
apparent ruinæ, quas credunt fuiſſe Thermarum
Gordianorum iuxta uiam præneſtinam, uerū eas
Spartianus ſcribit fuiſſe extra Vrbem, ut poſtea
dicetur. Conſtat enim in hac regione fuiſſe o-
lim Arcum triumphalem unius tantum Gordiani
Imperatoris, In aggeribus Tarquinij, Cuius qui-
dem marmora è profunda tellure eruta conuerti
uidimus in ornamenta Templi, ac Palatij S. Lau
rentij in Damaſo. Sunt præterea in hoc ambitu

duo Campi magnæ amplitudinis. Viminalis, & Eſquilinus. Quorum alter ſub aggere Tarquinij, à proximo colle Viminali dictus, diffuſiſſimam occupat planitiem intra mœnia, & ubi eſt Porta inter aggeres, qui locus nunc ſeruit uineis & arbuſtis, ubi puteus ſalientis aquæ profundiſſimus, qui dicitur hodie Puteus Vinari in uia quæ ducit ad ipſam Portam. Qui campus hodie ab incolis Viuarium uocatur, quòd illic apud Veteres animalia includerentur. Extant adhuc in proximis mœnibus Cauernæ ad id manu factæ ueluti latibula. Alter uero Campus huic cōtiguus, Eſquilinus ab Esquilijs dictus, in quibus manet, ſub turre olim Mæcenatis, inter montem ſuper aggere & mœnia Vrbis, ubi nunc multa ſunt Aquæductuum ueſtigia, Qui Campus dicitur etiam Foculus ab antiquis uſtrinis, erat enim apud Veteres omniū ciuiū comune ſepulchrū, unde extra Portā Eſquilinam erat olim locus, qui uocabatur Puticolæ, ubi erant frequentes putei in quibus condebantur oſſa combuſtornm ex proximo campo. Puticulæ ut Aelius ſcribit, quòd putreſcant ibi cadauera proiecta. Qui locus publicus ultra Eſquilias. Cuius rei nidor multū Vrbi nocebat. Auguſt qui ſtuduit emēdare aerem, conſenſu Populi, & Senatus cōceſſit Campū Mæcenati, ubi pulcherrimos fecit Hortos, de quibus Suetonius in Tyberio

Romam (inquit) reuerſus, deducto in Forum Druſo, ſtatim è Carinis, ac Pompeiana domo in Eſquilias, in hortos Mœcenatianos trãſmigrauit. Quo in loco nuper erutum eſt marmor cum inſcriptione, CVRTIA. C. L. Prapis cuius pars dimidia huius monumenti conceſſa eſt ab .C.Mæcenate Helio ſibi, & .P.Curtio Sp.F. Col.Max.filio, &.T.Iulio Aug.L. Glyconi, & ſuis poſteriſq; eorum. Iuxta hortos Mœcenatis, fuit olim domus egregij Poetæ Virgilij Maronis, vt ſcribit Donatus, habuit (inquit) domum Romæ in Eſquilijs, iuxta hortos Mœcenatianos, quanquàm ſeceſſu Cãpaniæ, Siciliæq; plurimũ vteretur. Iminebat olim his hortis Turris illa celeberrima Mœcenatis, in æditiſſimo Eſquiliarum, & totius Vrbis monte, iuxta Thermas Diocletianas, qui hodie vocatur ab incolis Mons ſuper aggere. Iminebat enim aggeribus Tarquinij, ex qua Turre, olim tota Vrbs vndiq; circũſpiciebatur. Horatius in Car.

Molem propinquã nubibus arduis, omitte mirari.

Vbi vetus eius interpres, in hortis (inquit) ſuis, Turrem Mœcenas excitauit. Ex qua Nero princeps ſcænico habitu ſpectaſſe incendiũ Vrbis traditur à Suetonio (cum inquit) Tunc initiumq; eius incendij ab ea parte Circi Max. originẽ habuit, quæ Palatino, Cælioq; montibus contigua eſt, finis autẽ ad imas Eſquilias. Sexta verò die (vt ſcri

bit Cor. Tacitus) cum ex .xiiij. regionibus quatuor ſolæ ab incendio integræ remanſerunt. Fuit præterea in Eſquilijs Templum Fortunæ malæ, ſicut in Capitolio Simulachrum Fortunæ bonæ.

DE Monte Viminali.

RESTANT duo montes, Viminalis, & Quirinalis, quos .M. Varro inter Eſquilias connumerat, appellans eos colles, non montes, cũ inquit, Terriæ regionis colles quinq;, à Deorum Fanis appellatos, è quibus nobiles Viminalem, & Quirinalem, Alterũ à Ioue Viminio, cuius Aræ ibi ſunt: Alterum à Quirini Fano dictum. Quos Seruius Tullius Vrbi addidit, ac ne ex illis Vrbs expugnari poſſet ab hoſtibus, Pomærio incluſit. Eſt autem Viminalis collis ille, qui ſurgit inter Eſquilias, & Quirinalem montes, collis quidẽ Anguſtus, & oblõgus, cuius longitudo à cãpo Viminali per Thermas Diocletianas, & proximã à ſiniſtris vallẽ vſq; in Suburrã patet, qui habet in aſcenſu Templũ. S. Laurẽtij in Panisperna in Thermis Olympiadis, iuxta Lauacrũ olim Agrippinæ matris Neronis principis, Quod poſtea Hadrianus Imp. inſtaurauit, vbi erat arbor pinea magnæ amplitudinis, & fons qui effundebat vndiq; affluentiſſimas vndas, Cuius nuperrimè marmor efoſſum eſt in proximo cliuo vallis Quirinalis, vbi inciſæ literæ,

Lauacrum

LAVACRVM AGRIPPINAE.

Haud longe ab hoc Templo ad radices montis, verſus Auroram, ſurgit Aedes .S. Potentianæ, Quam Pius Papa primus, rogatu Praxedis ſororis ædificauit in Thermis Nouatianis, in uico patricio. Cuius meminit Feſtus, cum inquit, Patricius vicus ſub Eſquilijs, quòd ibi Patricij habitauerunt, iubente Seruio Tullio, vt ſi quid noui molirentur, è locis ſuperioribus opprimerentur. Fuerunt in hoc monte, teſte Plynio, trium illuſtriſsimorum virorum magnificæ ædes .L. Craſſi Oratoris. Quinti Catuli collegæ. Caij Marij in bello Cymbrico. Et Caij Aquilij Equitis Romani, Ciuilis ſcientiæ primus legem tulit, de dolo malo, decepto, paulò ante tunc. C. Cannio hortis Syracuſanis, vt ſcribit Marcus Tullius Cicero libro tertio Officiorum. Inter Viminalem præterea, & Quirinalem ſubiacet profunda vallis Quirinalis, vbi nunc eſt Templum .S. Vitalis, cuius loci meminit Iuuenalis ad Vmbritium, cum inquit,

Officium cras
Primo Sole mihi peragendum in valle Quirini.

Vbi fuit olim Templum Forunæ Publicæ, vt ſcribit Ouidius libro quarto Faſtorum.

Qui dicet quondam ſacratam in valle Quirini,
Hac Fortuna die publica, verus erit.

Quod .P. Victor in colle fuiſſe tradit. In quo ambitu ferunt, Romulum ante lucem apparuiſſe Iulio Proculo Alba redeunti, cum iam cœlum aſcenderet, auguſtiori forma conſpicuum, in cliuo montis ſupra Aedem nunc .S. Vitalis. Eodem in loco fuiſſe (aiunt) olim domum Pomponij Attici, ad quem ſunt Ciceronis Epiſtolæ; Scribit præterea .C. Nepos, quòd Pomponius Atticus habuit domum Athenis, ubi Boreas rapuit Orithyam, & Romæ in cliuo Quirinali, ubi Romulus apparuit Iulio Proculo. Cicero libro de legibus. Cuius domus amœnitas (inquit) non ædificio, ſed ſylua conſtabat. Quo in loco poſtea conditum fuit Templum Quirini, Cuius marmora conuerſa ſunt in gradus Aræ cœli, & Capitolij, vt ſupra dictum eſt. In valle Quirinali fuit etiam puteus. D. Probæ, quẽ Proba fecit ſub proximo templo .S. Agathæ, & iuxta .S. Mariæ in Campo, vbi à fronte inciſæ literæ, huius rei indices iuxa Hoſpitale Epirotarũ.

De monte Quirinali, & eius appendicibus.

MONS Quirinalis à Quirini Fano dictus, (vt ſcribit .M. Varro) Ouid. etiã in Faſt.

Templa Deo faciũt, collis quoq; dictus ab illo eſt,
Et referunt certi ſacra paterna dies.

Vel à Quiritibus, qui cum Tatio Curibus venerunt, & illic caſtra habuerunt .M. Varro ſcribit,

Tertiæ Regionis colles quinq; à Deorum Fanis appellati. E queis nobiles, duo colles Viminalis à Ioue Viminio, quòd ibi Aræ ſunt, quòd ibi vimina nata fuerunt. Collis Quirinalis Quirini Fanum eſt, dictos enim colles plures apparet ex Argeorū ſacrificijs, in qbus ſic ſcriptū eſt, Collis Quirinalis terticeps Aedē Quirino. Collis Salutaris quarticeps aduerſum eſt Pilonoris Aedē ſalutis. Collis Mutialis quinticeps apud Aedem Fidij in delubro, vbi Aeditumus habere ſolet. Collis Latiaris ſexticeps iin Luco Inſtellario ſummum apud Thuraculum ædificium ſolum eſt. Horum Deorum viæ à quibus cognomina habent in eius regionis partibus ſunt, à qua colliū varietate dicta putatur Porta Collina, quæ in extrema montis parte ſita eſt, vt ſupra diximus. Mons autem Quirinalis is eſt, vbi nunc ſunt equi marmorei, formam habens qualem Viminalis, ſed hic longè ampliorem. Auſpicatur enim à Porta Salaria, porrigiturq; vſq; ad Forum Neruæ, iuxta Turrem Comitum, habet in aſcenſu, & montis cliuo, Balnea Pauli, qui locus hodie corrupto vocabulo, vulgò dicitur, Mons Bagnanapoli, id eſt, Balnea Pauli, vbi nunc ſunt in parte vetuſtæ ædes, & Palatiū claræ familiæ Comitum, vbi nunc eſt altiſſima militiarum turris, ab Bonifacio .viij. condita, ſicut Turris Comitū ab Innocentio .iij. ad poſteritatē nominis, & familiæ

comitum quæ habuit vno fermè ſæculo, ac ſeriè quatuor Pontifices Max. Innocentium *.iij.* Gregorium *.viiij.* Alexandrum *.iiij.* & Bonifaciũ*.viij. qui primus ſæcularem annum (quem* Iubileum *vocant) in* Chriſtiana *religione inſtituit, ex veteri* Iudæorum *inſtituto,* & Romanorũ *diu intermiſſo more, ab eo in lucem reuocato, ac primum ab eodem* Pont. Romæ *celebrato.* M. ccc. *Turris autẽ militarium à militibus* Traiani Imp. *nomen (vt aiunt) accæpit, qui illic olim ſtationem habebant; Iminet autem locus hic* Foro Traiano *, vbi adhuc extant triplici concameratione* Fornices, & Cryptoporticus *ex ueteri ſtructura, curuata forma in morem* Hemicycli *reddentes à fronte* Theatralẽ *caueam, vbi in altero cornu viſitur profunda, ac uetuſta* Aedes *.S.* Albicyri, *Eadem montis pars habet in* Suburrana *regione burgũ,* & Templum S. Agathæ, *quod* Gregorius *prim. excitauit, uocauitq́; Eccleſiam* Gothorum, *ſub titulo* Agathæ *virginis in domo materna, quam in* Templũ *redegit. incruſtatione,* & *marmorum conſpicua.* Poſt hũc *locum ad iactum lapidis, ſtatim occurrnnt in uertice montis* Thermæ Conſtantinianæ, *ubi à ſiniſtris eiuſdem in montis ſupercilio, ſurgit marmoreæ moles ſemidiruta, quam* Turrem, *meſam vulgò .i. dimidiatam appellant, ſupra* Palotium *.D.* Columnenſium. *Quidam putant eam fuiſſe* Mœ

cenatis

cenatis Turrem, ac meſam, quaſi Mœcenatianam ita dictam debili nominis argumento contendunt, cum non ſit, neq; eſſe poßit, nam in eo præcipuè decipiuntur, quòd hæc, vt illa olim, Vrbi imminet, ſed non aduertunt nouam hanc eſſe Vrbem, non ueterem, meſam autem putauerim, quaſi dimidiatam, vt iam ſupra dixi, quia dimidiata apparet. Nam Turris Mœcenatis in maximo Esquiliarum monte fuit in regione Eſquilina, vt ſcribit Pub. Victor, hæc autem in regione uiæ Latæ in monte Quirinali, in antiquo Pomærio, Vnde Nero non potuiſſet ſpectare incendium Antiquæ Vrbis, ſicut ex illa ſpectauit, vt ſupradictum eſt. In hoc ambitu fuiße olim creditur Templum Solis, ab Aureliano Imp. conditum, teſte Flauio Vopiſco, Qui ita tradit, Aurelianus Romæ Soli Templū poſuit maiori honorificentia conſecratum, nec deſunt, qui putent eam Turrem fuiſſe olim inter eius Tēpli ornamenta, ubi vis magna Auri, & Argenti ex triumpho condita, & in porticibus fiſcalia vina poſita, idem ſcribit author. Aurelianiq; matrē fuiße Solis ſacerdotem, idcirco Solis Templum Romæ excitaſſe opinio eſt. Vidimus in eius principis Numiſmatibus titulū, Soli inuicto. Extāt illic magna etiā antiquitatū ruinoſa ueſtigia, quæ porrigebātur, vſq; in plateā S. Apoſtolorū, ubi aſcenſus, & deſcenſus viſuntur ſicut in Amphitheatro.

de quibus nihil ſatis compertum, aut exploratum habeo, niſi eas fuiſſe autumem veteres, vt quidã tradunt, Thermarum Conſtan. *appendices, cum eius porticu, quæ fuit in hoc ambitu.* Poſt *hunc ſtatim locũ apparent* Caballi *marmorei, à quibus ea pars montis, vbi ſiti ſunt, nomẽ accepit,* Sunt *enim equi miræ magnitudinis, ſed mutilati, cum viris nudis eos loro trahentibus.* Quorum *alter inſcriptum* Latinis *literis habet* OPVS PRAXITELIS. *alter,* OPVS FIDIAE. Conſtat *hos à* Tiridate *rege* Armeniorũ, Romam *delatos quem* Nero, *vt lautè exciperet, vno die totum* Pompei Theatrum *inſano opere inaurauit, vt ſcribit* Tranquillus. Extãt *ibi tres* Conſtantini Imp. *ſtatuæ pedeſtres adhuc ſtantes, cum titulis, militari habitu, pari forma, ac ſtatura.* Quidam *tradunt in hoc ambitu fuiſſe olim* Domum, *ac viam* Corneliorum. Argumento *eſt proxima nunc* Eccleſia S. Saluatoris *de* Cornelijs. Vnde *initium altæ ſemitæ per dorſum* Quirinalis *verſus ſept. vbi à ſiniſtris ſunt colles, & valles veluti montis appendices, & in primis mons cũ* Templo Clatræ, *&* Apollinis, *qui plurimus iminet regioni, ac fontibus* Triuij, *vbi nunc eſt* Palatiũ, *& vinea .*R.D. Oliuerij Caraſæ Cardinalis *quondam* Neapolitani. Poſt *hũc ſurgit alter collis, vbi fuit* Capitolium *vetus, & vbi* Sacellũ Iouis, Iunonis, *&* Mineruæ, *antiquius*

quã Aedes in Capitolio ſacta. Inter vtrum q́; collẽ ſubeſt vallis incluſa parietibus, vbi olim fiebant Floralia, nudis meretricibus, cum omni verborum, & laſciuiorum motuum licentia, ſic flagitante populo, ac ſpectante, vſq; ad ſacietatem, vt ſcribit Lactantius. Martialis referens vetuſta carmina, ita inquit,

Noſſes iocoſæ dulce cum ſacrum floræ,
Feſtoſq́; luſus, & licentiam vulgi,
Cur in Theatrum Cato ſeuere veniſti,
An ideo tantum veneras, vt exires.

Quibus Aediles cicer, fabas, & miſsilia ſpargere conſueuerant. In capite huius vallis, ac circi fuerunt olim Officinæ conficiendi Minij. Haud longè à Templo Quirini, vt ſcribit Vitruuius, fuit huic loco proximus Cliuus Publicius, de quo M. Varro, Cliuus (inquit) proximus ad florales vſus verſus Capitolium vetus. Ouid. in Faſtis.

Parte locant Cliui, qui tunc erat ardua rupes,
 Vtile tunc iter eſt, Publiciumq́; vocant.

Iuxta hunc locum fuit Pila Tyburtina, & domus Martialis Poetæ, vt ipſe teſtatur, cum inquit,

Sed Tyburtinæ ſum proximus accola Pilæ,
 Qua videt antiquum ruſtica Pila Iouem.

Fuit autem Flora nobile ſcortum, quæ quum magnas opes arte meretricia acquiſiuiſſet, Populum Ro. reliquit hæredem, vnde illi Floralia inſtituta,

ſicut antea Larentalia Larentiæ Romuli, & Remi conditorum Vrbis nutrici. Occurrit hinc inter Quirinalem, & Viminalem, ob longa, & anguſta vallis, ſub hortis Salluſtianis formam circi habens & ſpectaculorum à dextris ueſtigia, ubi nunc eſt uinea .R. D. Dominici Cardinalis, Iacobatij Ro. uiri profectò integerrimi, ac multæ ſcientiæ, quid autem illic olim fuerit, non ſatis audeo iudicare. Imminet huic loco Templum .S. Suſannæ, inter duas lauros, aliter ad duas domos à Leone .iij. conditum, vt in templi abſide ex muſiuo apparet, iuxta vicum Mamurri. Fuit autem Mamurrius faber ærarius nobiliſſimus, qui fecit Ancilia Numæ Pompilij. Eſt enim Ancile ſcutum longius, quàm latius, quòd Salij ſaltantes per Vrbem geſtare conſueuerant id de cœlo Diuinitus lapſum, quod à circumſtantibus auditum, potentiſſimam fore ciuitatem quam diu in ea manſiſſet, Diuus Ambroſius ſcribit domũ Suſannæ, & domũ Sabini iunctam, & in vtraq; fuit ſtatio deputata, ſunt autem in regione .vi. iuxta vicum Mamurri, ante Forũ Salluſtij, cuius adhuc extãt ueſtigia ſupra eius hortos. Fuerunt præterea in Quirinali multa Deorum Fana, ſed præcipua Aedes Quirini iuxta Portam Collinam, ſiue diuerſa ab hac ſupra Aedem Sancti Vitalis, vt dictum eſt, cuius fundamenta ante hos annos erui vidi in vinea nunc Reueren.

nunc Reueren. D. Hieronymi de Genutijs auditoris Cameræ, vbi multæ marmoreæ tabellæ, & pauimenti teſſelulæ inde raptæ. Quidam Otho Mediolanenſis, Senator Vrbis, ſpoliauit Templum, & ex ornamentis facti ſunt gradus in Ara Cœli, & Capitolio. Sciendum eſt præter Iani Templum, quod pacata Vrbe claudebatur. Quirini omni tempore clauſum dicitur; Quod patefieri non licebat, quaſi arcanum habere mallent, an humo tectus, an inter Deos relatus fuerit. Quamuis M. Varro poſt roſtra Romuli ſepulchrum fuiſſe dicat, quod inter antiquiſſima Vrbis monumenta adnumeratur. Erat etiam propè Templum Quirini porticus, quo conueniebãt homines componendorum negotiorum cauſa, & nonnunquàm agebantur ibi Spõſalia. Martialis, Vicini pete porticum Quirini.

Fuit præterea hoc in monte Templum Serapis, qui prius Apis, poſtea Serapis dictus, vt tradit Suidas. Fuit & Aedes Salutis, à Fabio pictore depicta, Claudij principatu incenſa. Aedem Salutis inquit Titus Liuius, Caius Iunius Bubulcus Dictator, & de Aequis triumphans, quam prius uouerat, Cenſor locauerat, Dictator dedicauit Aedes Salutis, Cereris, & Quirini de cœlo tactæ. Fuit etiam Templum Dij Fidij. Eſt enim Dius Fidius, qui fidei præeſt. Plautus.

Per Deum Fidium credis iurato mihi, vnde & Medius Fidius dicitur genus iurandi apud veteres Ouidius libro .vi. Faſt.

Quærebam nonas ſancto Fidioq; referre,
An tibi ſemipater, tum mihi ſanctus ait.
Cuicunq; ex illis dederis, ego munus habebo.
Nomina terna fero, ſic voluêre cures.
Hac igitur veteres donarunt æde Sabini.
Inq; Quirinali conſtituêre iugo.

Fuit & Templum Fortunæ Primigeniæ, à Cn. Domitio Prætore extructum. Fuit præterea Templum, & Domus Flauiæ Domitiani Imp. opus, quò in loco ipſe natus eſt, vt ſcribit Suet. cum inquit, Natus eſt Domitianus in regione Vrbis .vi. ad malum Punicum domo, quam poſtea in Templum gentis Flauiæ cõuertit, iuxta Hortos Salluſtianos, Qui omnium fuerunt pulcherrimi, & amœniſſimi in quibus ſubterraneæ erãt aquæ manufactæ, quæ rigabant Hortos. Salluſtius enim patrocinio, & fauore .C. Cæſaris, conſequutus dicitur Præturam Africæ interioris, ex qua diues factus, cum in Vrbem rediret, amœniſſimos hortos comparauit, & Tyburtinam villam, quæ à Cicerone itidẽ illi obijcitur, Extant adhuc hortorum veſtigia, im profunda valle, parum intra Portam Salariam inter montem Quirinalem, & collem Hortulorum, cuius partem hi Horti cum ciſternis aquarũ occupabant, vnde

pabant, vnde collis nomen accepit, locus autem nunc ab incolis dicitur corruptè Saluſtricum, vbi nuperrimè marmor erutum, quod nunc eſt in domo D. Angeli Colotij, cum inſcriptione huiuſmodi.

M. AVRELIVS PACORVS .M.
COCCEIVS Stratocles, AEDITVI
VENERIS HORTORVM SALV-
STIANORVM BASEM CVM PAE
MENTO MARMORATO DIA-
NAE D. D.

Extant præterea extra, atq; intra proximam Salariam Portam terreſtre ſupercilium, quod vocatur tumulus, ſiue campus ſceleratus, ab inceſto id loco nomen, vbi erat artificio factum antrum teſtudineum, cum exiguo foramine vnde immittebantur Veſtales, quæ inceſtum commiſerant, & ne fame viderentur perire, in antro erant duæ paruæ feneſtræ, in altera erant lucerna accenſa, in altera verò mel, lac, & aqua, Veſtalis enim inceſto damnata, per mediam Vrbem, ac Forum maximo ſilentio Sandapila ferebatur tanquàm mortua, Et demittebatur in Antrũ per ſcalã, Poſtea populus iniciebat terram, donec terra veniret ad ſummum poſtea claudebatur firmiſsimo operculo, ita moriebatur, Sed priuſquàm hoc fieret, auferebantur ſacra aſsiſtentibus ſacerdotibus, & erat illa die luctus publicus per totã Vrbẽ. De hac re ſatis multa

Plutarchus, in Camillo. Liuius, eo anno, inquit, Minutia Veſtalis facto indicio viua ſub terra ad Portam Collinam dextera via ſtrata defoſſa Scelerato Campo, ab inceſto id ei loco nomen factum. Puniebantur præterea nonnunquàm Veſtalium corruptores, vnde Liuius ita ſcribit, L. Cantilius Scriba Pontificis ex his, quos minores appellant, à Pontifice Maximo, eò vſq; virgis in Comitio cæſus erat, ut inter verbera expiraret.

DE monte Pincio, ſeu colle Hortulorum

DEſcriptis iam ſeptem Vrbis montibus, reſtant adhuc quidam alij extra Pomœrium, inter quos Collis Hortulorum, qui hodie vocatur Pincius, à proximo olim Palatio Pincij Senatoris, qui in eo colle habitauit, vt ſcribit Caßiodorus in Epiſtolis, vnde & vicina huius loci Porta Pinciana nuncupatur. Is eſt collis qui plurimus Campo Martio imminet, & Magnum habet ambitum, & in longitudinem porrectus inſtar curuati ad cubitum humani brachij. Incipit autem à Porta Salaria, & Hortis Salluſtianis, deſinit ad Portam Populi, poſtea incluſus eſt antiquo Pomœrio, præſidij cauſa, vbi in angulo extrinſecus ſupra Portã Populi in ipſis mœnibus extat reticulatũ opus, pars vetuſti muri iam pridem laxata compage ſe

iuncta ſpecta

iuncta ſpectatur nondum à ſolo, ſed à medio ad ſummum faſtigium ſciſſa, ſic inclinauit, vt cætero muro extrinſecus partem prominentior eſſe appareat, partim retractior, cuius loci tutelam Petrum Apoſtolum ſumpſiſſe aiunt, ac per omne, tempus, quo Vrbs obſeſſa eſt à Barbaris, hoſtilis vis nulla ad hunc locum peruenit, quæ cum miraculi loco ſit habita, nec reſarcire in poſterum quiſquàm, nec de integro reſtituere auſus, ſed ſemper ſeiunctus permanet murus, author Procopius de bello Gothico, Is nunc dicitur murus inclinatus. Extat in vertice collis iuxta ipſa mœnia dimidiata moles ſphæricam formam habens inſtar Panthei verum multò minor, ac ruinoſa. Haud procùl hinc ſurgit Templum Sanctæ Trinitatis, ac locus regula minorum Seraphici Franciſci, nuperrimè extructus cura, & impendijs Ludouici .xi. Regis Francorum, cum Romã ante hos annos aduẽtaſſet, inſtãte religioſo viro fratre Franciſco de Paula, natione Calabro, qui poſtea inter Sãctos à Leone decimo relatus eſt, approbata prius eius vita ſignis, & miraculis. Eſt enim locus iuxta Aedem .S. Fœlicis in Pincis in colle Hortulorũ, vbi ſepultus fuit Nero Princeps, vt ſcribit Suetonius, cũ inquit, Reliquias Egloge, & Alexandria nutricis, cũ Accia cõcubina Gentili Domitiorum monumẽto cõdiderunt, ꝙ conſpicitur è Martio Campo

impoſitum colle Hortulorum, *in eo monumento* Solium Porphyretici *marmoris, ſuperſtanti luněſi ara, circumſeptum è lapide thaſio.* Collis *autem* Hortulorũ *dictus vel ab hortis* Saluſtianis,*quorum pars in eo colle erat, vel quòd ſub illo, inter ipsũ & viam* Flaminiam, *vbi locus eſt humidus, horti olim fuerunt, cuius rei meminit* Strabo,*loquens de* Auguſti *Mauſoleo cum inquit, addidit hortos, & nemora iuxta* Naumachiam, *locus hodie ab inco- lis vulgò* Hortalia *vocatur, nam totus hic ambitus qui patet inter montem hunc, &* Auguſti *molem occupabatur olim rebus ab* Auguſto *conditis vſq; ad* Tyberim, *vt poſtea dicetur.* Ex colle *olim* Hor- tulorum *deſcendebant* Candidati *qui erant petitu- ri magiſtratus inſeptis* Campi Martij, *alba veſte induti, ſine toga, ne munera ad corruptionem ab- ſconderent, fuiſſe autem ad hunc vſum* Portam *ad formam* Aquæ *virginis tradunt.* Septa *verò* Mar- tij *campi, iuxta viam* Flaminiam, *& viam* Forni- *catam, ſcribit* Liuius *in eo ambitu, vbi poſtea ere- cta fuit* Columna Cochlidis Antonini Pij, *iuxta montem* Citatorum, *qui à citandis* Tribubus, *ſiue* Acceptorius *ab acceptandis ſuffragijs, ſiue mon* Septorum *à proximis ſeptis nuncupatus. Eſt aut tumulus potiùs quàm mons, ex egeſtione terræ manu factus ex fundamentis (vt creditur proxi- mæ* Columnæ Cochlidis. *Eſt & alter huic ſimili*

mons inter

mons inter Plateam nunc Iudæorum, & Tyberim, qui hodie vocatur mons Cinicorum à nobiliſsima Cinicorum familia locum incolente, factus (vt puto) de induſtria, quaſi agger, & repagulum ad reprimendum alueum Tyberis, qui influebat totus à ſiniſtris, antequã à Tarquinio Priſco recto curſu directus eſſet, quo nunc labitur, vt poſtea dicetur. Extat tertius huiuſmodi mons Iordanus, omnibus notus, à quodam Vrſino Heroe nuncupatus, vbi Illuſtriſs. Vrſinorum proſapiæ, etiam nunc ædes ſpectantur, & coluntur. Eſt enim mõs ſpatio breuis, ſed nomine amplius, non locus homines nobilitat, ſed locum nominis claritudo. Reſtant duo montes Vaticanus, & Ianiculum vltra Tyberim.

DE mõte Vaticano, & eius ornamentis

MONS Vaticanus à vaticinijs, teſte Gellio, nuncupatus, quòd in eo quondam Hetruſci ſub gemina Ilice vaticinarentur, vnde Plynius, vetuſtior (inquit) in Vaticano Ilex. In qua titulus æneis literis Hetruſcis, regione arborem iam tũc dignam fuiſſe ſignat, vbi poſtea ob eam rem fuit Templũ Apollinis. Vaticanus, inquit Feſtus, quòd eo potitus ſit Populus Romanus, Vatum reſponſo pulſis Hetruſcis. Varro tamen ſcribit Vaticanũ Deum nominatum, penes quem eſſent vocis huma

næ initia, quondam pueri, ſimul ac patri ſunt, eam primã ædunt quæ prima in Vaticano ſyllaba, idcircò uagire dicitur. Eſt enim Mõs omnibus nũc notiſsimus, ubi ſedes Apoſtolica, & Baſilica Petri, Apoſtolorum Principis, Quã Conſtãtinus Imp. à fundamẽtis excitauit, iuxta Aedẽ Apollinis ex quibus ipſe ſuis humeris. xij. corbulas terræ in Honorem xij. Apoſtolorũ aſportauit, ornauitq; pulcherrimis rerum ornamẽtis, & præcipuè locum, ubi oſſa, & cineres Apoſtolorũ Petri, & Pauli condita, æquali portione dicuntur, quem gemmis, auro, argẽto, & cupro decorauit. Elargitusq; eſt oloſericas ueſtes, ac uaſa ad rẽ Sacrã pertinẽtia. legebatur nuper in Abſide quæ nunc diruta eſt diſticon ex muſiuo paucis notum.

Quod duce te mũdus ſurrexit in aſtra triũphans.
Hanc Conſtantinus uictor tibi condidit Aulam.

Quam Honorius primus de auratis tegulis ex Ioue Capitolino ſumptis, exornauit, à .Q. Catulo exauratis, cũ Templũ Ioui poſt exactos Reges dedicaret. Extãt in Tẽpli ueſtibulo, quod Paradisũ uocãt, à Dono Papa primo marmorib⁹ ſtratũ, & à Martino. v. inſtauratũ, Apoſtolorũ Petri, & Pauli pictura in proxima Porticu. In medio autẽ Atrio ſurgit Aerea pinea miræ magnitudinis ex ueteri ſtructura tuberculis inſignita, & nauicula à tergo fluctuans ex muſiuo opere à Zoto Florẽtino eminẽ-

tiſsimo tunc

tiſſimo tunc magiſtro depicta, ſicut poſtea ab Antonio eiuſdem loci Fores Baſilicæ .S.Petri conflatæ, & in auratæ, mirabili rerum cælatura inſignitæ, opera, & impenſa Eugenij iiij. In memoriam nationum, quæ eius opera Eccleſiæ Romanæ reconciliatæ ſunt, cuius rei argumentum foribus cælatum apparet. Nam hæ Portæ olim argenteæ erant, ſed ſublatæ ab Agarenis dicuntur. Extat à dexteris in angulo Porta Sancta, ab Alexandro vi. anno ſæculari primũ patefacta, pridie Natalis Domini .M.D. aſtante Clero Populoq; Romano ubi interius eminet marmoreum tabernaculũ, ferro undiq; munitum, ubi Sacrum, Chriſti Sudarium aſſeruatur, & Ferrum Lanceæ, quo eius latus apertum, à Maximo Turcarum Principe miſſum Innocentio. viij. Extat eius argumentum, æreum ipſius Pont. Simulachrum ita locatum, cum ferri effigie. In ſiniſtro uerò Templi Angulo, in Marmoreo Suggeſto eſt caput Sancti Andreæ Apoſtoli è Peloponneſo à Principe loci Romam deuectum, ſuſcipiente illud Pio. ij. Apud Pontem Miluium, ubi extat rei memoria. Requieſcunt etiam corpora Apoſtolorum, Simonis, & Iudæ, & pro maiori parte cineres Summoꝝ Pont. quorũ aliqua marmorea ſepulchra in renouatione Templi ſunt diruta. Extat adhuc Syxti .iiij. miro artificio conflatũ

æreum monumentum, omnium noſtræ ætatis pulcherrimum, In Sacello, quod ipſe Pont. adhuc viuens, à Ioanne Pulario Florentino extructum, qui etiam innocentij .viij. ex eodem metallo monumētum conflauit. Extant etiam duo pari forma, & effigie, Petri Apoſtoli ærea ſimulachra, Quorum alterum aiunt ſuiſſe olim Capitolini Iouis ſignū. Nouiſsimè verò Iulius .ij. magnæ molis fundamēta admirabilis ſtructuræ, veterem ſoluens vetuſtatem, iaciens, auſpicatus eſt, nec abſoluit inceptum opus ante à Nicolao .v. à Paulo .ij. auctū. Haud ſilentio præteribo Vaticanas ædes, huic loco contiguas, quas hodie Summi Pontifices incolunt, à Symmachio primo, vel (vt alij tradunt) à Nicolao .iij. inchoatas, mox ab alijs auctas, & excultas, ſed præcipuè à Nicolao .v. Qui Vaticanum mōtem magnis mœnibus muniuit, mox etiā à Syxto .iiij. qui & conclaue, & Bibliothecam Palatinam Forumq́; quod Rotam vocant, excitauit, quod Innocentius .viij. abſoluit, & Atrium in Palatio extruxit, & magnifice ædium partem inſtaurauit. Et fontem Areæ addidit. Itemq́; in ſupercilio mōtis verſus prata vaticana pulcherrimas extruxit Aedes, appellauitq́; eas ab apertiſsimo proſpectu belle videre, quas poſtea Iulius .ij. Vaticanis ædibus ampliſsima, triplicíq; cōcamerationis porticu coniunxit, ſuperata, dirimente vtrumq; locum valle. Excita

valle. Excitauitq; amœniſſimum fontem, cum nemore aurea poma producente parietibus vndiq; circumſepto, vbi in medio, Nili cum ſuis inſignibus ſimulachrum, ac Tyberis, cum pueris conditoribus Vrbis lupæ mammam tractantibus, & à latere marmorea ſigna, Apollinis cum arcu, & ſpiculis: Laocoontiſq; Virgiliani, cum duobus filijs, ex vno marmore draconum complexibus implicitis: Venere paruum Cupidinem iuxta ſe deſpiciente. Cleopatra fonti appoſita ex angui ſimillima. Namq; arduus Iulij animus ad omnia præclara ardebat. Et Syxti Baſilicam, vbi ſtata celebrantur ſacra pictura Heroica, antiquæ perquàm ſimillima, non viſa aduſq; hæc tempora, decorauit, deſtinauerat, & Aream .S. Petri ampliare, Suggeſtum, quod Benedictionem vocant perficere, Baſilicamq; Petri, ſicut cæperat abſoluere. Inchoauerat & viam à platea .S. Petri vſq; ad naualia, quem locum nunc Ripam vocant, & à Ponte Vaticano intra Vrbem, vltra Syxti Pontem aliam viam, cum grandi Prætorio, quod omnibus Curijs dedicauerat, multóq; alia Vrbi, Curiæq; Romanæ ſatis vtilia, ſi per mortem licuiſſet. Leo Decimus inſignem Porticum triplicem, & Zetas, & picturã & Lacunaria aurea omnia ab eminentiſſimis Artificibus comparata, adiunxit. Sub cuius Pontificatu noſtra ætas vidit Elephantũ quaſi pullum ex

India aduectum, pardosq́;, & leones plurimos, & quædam alia animalia diu in Vrbe non uiſa.

DE Monte Ianiculo, & locis adiacentibus.

IAniculus mons is eſt qui Tranſtyberinæ regioni plurimus imminet, ueluti Arx: vnde Ouid.

Arx mea collis erat, quem cultrix nomine noſtri
Nuncupat, hæc ætas Ianiculumq́; vocat.

Dictus putatur, uel quòd ibi Ianus habitauit, & ibi ſepultus, uel quòd ex Ianiculo Romani primũ iter in Ethruriam fecêre, & ab eo tranſitu dictus. Ianus enim trãſitus uocatur, ut tradit Cicero, & Macrobius, & dicitur quaſi Eanus ab eundo, quòd eat: & uertat cœlum, & res omnes, nam penes ipſum eſt omne ius uertendi cardines, Is Deus ab initio aurei ſæculi leuũ latus Tyberis in Ethruria tenuit, dextrum Saturnus. Ea ætate non erat monarchia, quoniã nulla mortalibus erat cupiditas Principes, quia iuſti erãt, & religioni dediti, Dij habiti, ac dicti. Pudor ipſe regebat populos, & ius Principes. Domus illis cryptæ, aut viminũ Tuguria, uel caua arborum ligna, uictus ſponte naſcentia, aut indiẽ ex uenatu erat. Vinũ, & Far primus illos Ianus docuit. Vxor illi fuit Veſta, & prima Sacrorum Regina ſempiternũ Sacrificiorum ignem virginibus credidit, ad

credidit, ad pudorem, & ſanctimoniam domorum primus ualuas, ſeras, & claues excogitauit, & ab eodem dictæ Ianuæ, ipſe uirgam, & clauem manu tenet. Hunc crediderunt eſſe Noeum, qui magno totius Orbis Cataclyſmo ſuperfuit, cuius Arca in Gordieo monte Maioris Armeniæ ſeruata dicitur. Ianiculum montē primus omnium Ancus Marcius Vrbi addidit, non loci neceſſitate, ſed quia uidebatur tanquàm Arx, & occaſio hoſtibus ad expugnādam Vrbem. Liuius ita tradit, Ianiculum quoq; additum, non inopia loci, ſed nequando ea Arx hoſtiū eſſet, id non muro ſolum, ſed ob commoditatem itineris ponte ſublicio tum primùm coniungi Vrbi placuit. Quiritiæ quoq; foſſæ, haud parum monimentū à planioribus aditu locis Anci regis opus. De quibus Feſtus, Quiritium foſſæ dictæ, quòd eas Ancus Marcius cum Vrbem circūdedit, Quiritiū opera fecit. Sub Ianiculo ſepultus dicitur Numa Rex in agro L. Petilij ſcribæ, in quo (ut Liuius inquit) dum cultores altius terrā moliuntur, duæ lapideæ arcæ inuentæ, operculis plūbo deuinctis, literis Latinis, Græciſq;, utraq; Arca inſcripta erat. In altera Numam Pompilium Regem ſepultū eſſe, In altera libros Numæ. Eas Arcas cum ex amicorum ſententia dominus aperuiſſet, Quæ titulum ſepulti Regis habebat, inanis inuenta,

ſine ullo humani corporis ueſtigio, per tabem abſumpti. In altera duo faſces candelis inuoluti ſeptenos habuere libros, non integros modo, ſed recentiſsima ſpecie ſeptẽ libri Latini *de iure* Pontificio, Septem *Græci de diſciplina ſapientiæ, quæ illius ætatis eſſe potuit,* In *quibus cum animaduerterent pleraq; friuolas religionum cauſa continere, ex.* S. C. *libri in* Comitio *cremati ſunt.* In *Ianiculo etiã ſepultus fuit* Cæcilius Statius *poeta,* Vt *ſcribit* Euſebius. *In eodem monte habuit elegantes* Hortos Tullius Martialis, Valerij Martialis *poetæ amicus, eo ipſo teſte. Eſt autem Ianiculus mons qui plurimus* Tyberi, & Trãſtyberinæ *regioni iminet, forma, ac ſitu longiſsimus,* Is *auſpicatur à* Porta, *quæ nũc uocatur* Turrionis, *porrigiturq; multis ſtadijs per longitudinem, uerſus meridiem, plurimus aſſurgit intra mœnia ad* Portam. S. Pancratij, *habetq; in cliuo, qui maximè* Tyberi *incumbit* Templũ. S. Honofrij Anachoritæ Perſarum *(ut aiunt)* Regis *quondam filij.* Et *intra* Tranſtyberina *mœnia in mõte* Aureo Aedem. S, Petri *eiuſdẽ nominis, ab harenæ aureo colore (ut credi poteſt) quæ illic effoditur, in uſus præcipuè ſcriptorum, ubi ſunt fratres.* S. Fran*ciſci, & ubi* Apoſtolus Petrus *ultimo* Neronis *anno cruci affixus, pedibus in ſublime elatis. ſic enim crucifigi uoluit, quòd diceret indignũ eſſe* Saluatoris *mortem*

ris mortem

ris mortẽ imitari. Sacello ibi nuperrimè excitato eleganti rotundo in gyrum columnato, ad eius ſimilitudinem, quod Albuneæ erat dicatum ſuper caſum Anienis, uti hodie Tyburi uiſitur. Non deſunt tamen qui Petrũ in Circo Neronis paſſum eſſe efficacibus probent argumentis, cuius rei monumẽtum in Templo S. Mariæ Tranſpontinæ, non leui ceremonia aſſeruatur. Is locus proximè inſtauratus à Ferdinando Hiſpaniæ citerioris rege, & multis adiuuãtibus exornatus, Tabulaq; inſigni, & tabernaculo excultus à Clemente .vii. Pont. Max. iam tum Cardinale: Curante inſigniß. Io. Mattheo Giberto eius nunc Datario, qui præter ætatem ſapiẽs ac pluſquàm anni repromittant in cõmiſsis fidelis, ac prudentiſsimus, magnis ab eo honoribus, & diuitijs, honeſtatus eſt: Subeſt huic iugo Transtyberina regio, quæ & Rauennatũ Caſtra aliquando dicta, quoniam ibi illa erant conſtituta, ut Miſenatiũ in Cælio mõte, Geminæ enim claſſes, Strabone teſte, ab Auguſto conſtitutæ erant, Altera Rauennæ altera Meſeni, quæ ſuperum, atq; inferum Mare cuſtodirent. Videntur autem hi fuiſſe milites claſsiarij, qui excubias interea in Vrbe agerent, & cum maior impendere neceſsitas mitterentur ad claſſẽ. Quæ regio plurima nunc incolitur circa Portã ſeptimianam, & ripã Tyberis. Cætera uerò pars hortis, & Arbuſtis, ſeruit propter peſtilentes au-

ſtros quibus maximè infeſtatur. Ex antiquis ornamĕtis, nihil hodie extat niſi ruinæ quædă in Căpo Iudæo. Ex recentioribus uerò, Eccleſia. S. Mariæ ad fontes olei, à Calliſto primo condita, marmoreis ornamentis ſatis conſpicua, ubi olim (ut Euſebius tradit) è taberna meritoria, Fons olei tota die emanauit, defluxitq; uſq; ad Tyberim. Subit poſt hanc, Aedes. S. Gryſogoni Martyris pauimento, & columnis ornatiſſima, deinde Templum cum Oratorio. S. Cæciliæ in domo paterna, à Paſchali .ij. conditum. Hinc ad fundæ iactum, ſurgit Monaſterium .S. Coſmati, à Syxto .iiij. ibi excitatum, ubi nunc ſunt ſupra centum Sanctimoniales, plæræq; Patriciæ, & nobiles admirabilis abſtinentiæ. & ſanctitatis. Extat & iuxta Campum Iudæorŭ, Templum, & locus, ſub titulo Seraphici Franciſci qui primus ordinem, & regulam Minorum inſtituit. In hoc ambitu fuerunt olim Thermæ Aurelianæ, & Septimianæ, ut poſtea dicetur. Vbi etiam Horti Cæſariani, & Naumachia, ubi Fortis Fortunæ Templum, in Hortis à Diuo Cæſare legatis, iuxta Tyberim, mox Tyberij tempore dedicatum, ubi & altera Aedes Fortis Fortunæ à Seruio Tullio condita. Ouidius in Faſtis.

Ite Deam læti Fortem celebrate Quirites,
  In Tyberis ripa munera Regis habet.

Fors Fortuna (inquit Donatus) Euentus eſt Fortunæ, cuius

næ,cuius diem feſtum colunt,qui aliqua arte uiuũt, huius Aedes trans Tyberim eſt. Fuit & in ripa Tyberis Fortunæ virilis ab eodem Rege conditum, vbi vndæ virgines inſpiciebantur, ſi quod corporis uitium lateret ibi aperiretur. Idem in eodem.

Diſcite nunc quare Fortunæ Thura virili,
Detis eo gelida,qui locus humet aqua:
Accipit ille locus poſito uelamine cunctas,
Et uitium nudi corporis omne uidet.

In hoc etiam ambitu fuit Templum Fortunæ Dubiæ,ab eodem Rege conditum. Vt lib.6. Faſtor.

Conuenit & ſeruis,ſerua quia Tullius ortus,
Conſtituit dubiæ templa Fortunæ Deæ.

In cuius feſto uſq; ad ebrietatẽ bibatur.Erat præterea Tranſtyberim Albiona ager,ab Albionarũ Luco,ita uocatus,quò in loco bos alba immolabatur. Erant & Prata Mutia,Cæcilius:Mutio inquit prata trans Tyberim data, ab eo Mutia appellata. Sicut in Vaticano prata Quintia, à Quintio dicta. Plynius ſic ait, Aranti quatuor ſua iugera in Vaticano,quæ prata Quintia appellantur, Cicinnato viator attulit dictaturã. Tranſtyberina olim erat uilior pars Vrbis,ubi ſepeliebantur Scurræ,& uiliſsima quæq; miniſteria fiebant, ubi & ſordidarũ artium officinæ erant,ut meminit Martialis.

Finis Libri
Secundi.

ANDREAE FVLVII ANTIQVA- rij Rom. Antiquitatum Vrbis. Liber Tertius.

TYBERIS FLVVIVS.

OCCVRRENTE, hoc in loco, Tyberino alueo, qui Tranſtyberinam regionem ab Vrbe diſterminat, quo nihil Vrbi commodius, operæ prætiũ uiſum eſt de eius ortu, natura, & lapſu, aliquid diſſerere. Is omnium ſine controuerſia, fluuiorum Rex appellatur. Ouid. lib. 2. Meth.

Cuiq; fuit rerum permiſſa potentia Tybris.

Et libro quarto Faſtorum.

Tuq; future parens Tybri potentis aquæ.

Albula prius, ob aquæ qualitatem uocatus, poſteà uerò Tyberinus, à Tyberino Albanorum Rege ibi ſubmerſo, uel Tybris, à Tybri Tuſcorum duce, uel Latrone, nuncupatus, in eius ripis aliquando latrocinia exercente. Virgil. libro. 8. Aeneid.

Tum reges, aſperq; immani corpore Tybris,
A quo poſt Itali fluuium cognomine Tybrim.
Diximus, amiſit uerum uetus Albula nomen.

Vel ut Varroni placet, quòd Siculi Tyberim foſſam uocant. Oritur ex Apennino pauló altiùs, quàm

Arnus, tenuis

Arnus, tenuis primùm, deinde .xlij. auctus amnibus excreſcit, ſed præcipuè (ut tradit Plynius) Nare, & Aniene. Tuſciam primum diuidit ab Vmbris, deinde à Sabinis, nouiſſime à Latinis dirimens in mare Tyrrhenū, prope Oſtiam, uno legitimo oſtio ſe exonerat. Qualibet magnarum nauium ex Itaslo mari capax rerum in toto Orbe naſcentiū, mercator placidiſſimus, ingreditur Vrbem à ſeptēptrione egreditur à meridie, inter Oſtienſem, & Portuenſem uiam, à dexteris Ianiculum, à ſiniſtris Vrbem relinquens. Ferebatur anteà per radices Capitolij, uſq; in Palatium, ubi expoſiti fuerunt Romulus, & Remus, ad ficum Ruminalem, ut ſcribit Fabius pictor. Primus omnium Tarquinius Priſcus Alueum direxit, poſtea .M. Agrippa compreſſit. Nam Auguſtus ad coercēdas inundationes, Alueū Tyberis laxauit, & repurgauit, oppletum olim ruderibus, & ædificiorum prolapſionibus coarctatū M. Agrippa Aedilis curſum direxit, Alueum mutauit, & magnis molibus saxorum in utraq; ripa locatis ſolidauit. Aurelianus poſtmodùm ualido muro lateritio utrinq; uſq; ad mare extructo coercuit Alueo etiam firmato, cuius admirādi operis, per tot millia paſſuum, adhuc nōnullis in locis extāt ueſtigia, & qui hodie ſuper fluminis ripa ædificant, ea habent parata iam in fundamēta, plateas, vulgò appellant. Primus omnium Ponte coniunxit Ancus

Martius, idem & Naualia, ut author eſt Dionyſius, extruxit, inquit enim, cumq; eſſet amnis uſq; ad pontes fluuialibus ſcaphis latis magis nauigare idoneus, ad Romam autẽ maritimis quoq; nauibus onerarijs, magnis nauale aliquod excogitauit, ad egreſſũ eius extruere utẽs ut portu oſtio amnis ipſi?. Panditur autem multum in latitudine coniungens ſe mari, Sinuſq; concipit magnos, quales portuum maritimorum illuſtrium, nec obſtruitur ad oſtium, marino littore, in corruptus, ſicut plæraq; alia flumina, nec paludibus, aut ſtagnis errans aliquò in loco conſumitur, priuſquàm mare contingat riuus, ſed eſt peruuius ubiq; nauibus uno tantum effluit oſtio legitimo, perſecans dorſum maris. Naues igitur actuariæ per oſtium eius intrãt, & Romam uſq; remigio, & funibus tractæ adducuntur, maiores uero ante oſtium ad anchoram fluctuantes fluuialibus euacuatæ ſcaphis exonerantur. Plynius loquens de Obeliſcis ita inquit. Alia ex hac cura nauium quæ Tyberi ſubuehebant, quo exprimẽto palàm eſt non minùs aquarum huic amni eſſe, quàm Nilo, idem in eodem pluribus prope ſolus in omnibus terris amnis accolitur, aſpiciturq; Villis: Nulliq; fluuiorum, minùs licet incluſus utrinq; lateribus, nec tamen ipſe pugnat, quanquàm creber, & nunquàm magis aquis quàm in ipſa Vrbe reſtagnantibus. Quinimmò vates intelligitur potiùs

monitor,

monitor, auctu ſemper religioſus. De moderandis uerò Tyberis inundationibus, Cor. Tacitus libro primo ita ſcribit, Actum in Senatu ab Arruncio, & Arrio, an ob moderandas Tyberis inundationes uerterentur flumina, & lacus per quos augeſcit: Auditæq; Municipiorum, & Coloniarum legationes orantibus Florentinis, ut Clanis ſolito alueo demotus, in amnem Arnum deferretur, idq; ipſis perniciem afferret. Congruentia his Interannates diſſeruêre, peſſum ituros fœcundiſsimos Italiæ campos, ſi amnis Nar (id enim parabatur) in riuos deductus ſuperſtagnauiſſet. Nec Reatini ſilebant, Velini Lacum qua in Narem diffunditur obſtruere recuſantes, quippè in adiacentia erupturum, Optimè rebus mortalium conſuluiſſe naturam, quæ ut ſua ora, ſuos curſus, atq; originem ita fines dederit, Cicero in Epiſtolis ad Atticum, lib .4. ſic inquit. Reatini me ad ſua tempora duxerunt, ut agerem cauſam contra Interamnates apud Coss. & decem Legatos, quòd Lacus Velinus, à Marco Curio emiſſus: qui interciſo monte in Narem defluit. Ipſe autem Tyberis totus eſt nauigabilis, præter quàm intra Vrbem, inter Pontem Syxtum, & Pontem Marmoratum, ubi concitatior labitur, & ubi nunc Molendinorum machinæ cathenis ferreis ad ripas alligatæ, fluitant, Belliſſarij (ut tradit Procopius) inuentum.

Interciſis, bello Gothico, aquæ ductibus, & oſtienſi Porta ab hoſtibus occupata, interceptoq; omni comeatu. Apud priſcos ſeruorũ erat hoc opus. Recentiores uerò Aquarias Molas inuenerunt, de quibus Palladius ita tradit, Si aquæ copia eſt, ita debere formari, ut cõſtitutis aquarijs molis, ſine animalium uel hominũ labore frumenta frangantur. Erãt apud ueteres aluei, & riparum Tyberis curatores ut nuper effoßus eſt lapis in ripa flu. iuxta Pontẽ Vaticanum, cum huiuſmodi inſcriptione oſtendit.

EX AVCTORITATE IMP. CAES.
VESPASIANI AVG. P. M. TRIB.
POT.IIII. IMP.X.PP. COS. IIII.
V. CENSOR.CAIVS CALPETA
NVS RANTIVS QVIRINALIS
VALERIVS CESTIVS CVRA-
TOR RIPARVM ET ALVEI TY
BERIS TERMINAVIT .R.R.PRO
XI. CL. P.P. CLXXIIII.

Item in altero lapide nuper effoßo, erectoq; ante S. Mariam Tranſpontinam.

EX AVCTORITATE IMP. CAE
SARIS DIVI NERVAE F. NER
VAE TRAIANI AVG. GERM.
PONT. MAX. TRIB. POTEST.
V. COS. IIII.PP. TI. IVLIVS FE
ROX CVRAT. ALVEI, ET RI-

parum Tyberis

PARVM TYBERIS ET CLOAC. VRBIS TERMINAVIT RIPAM R R. PROX. CIPP. P. XXV.

Nam in ripa flu.ob numinis reuerentiam non ædificabatur apud Veteres.

DE Pontibus *ſupra Tyberim,&* *eorum conditoribus.*

EXigebat ordo,*ut à* Ponte Miluio,*qui* prior,*ac ſuperior in alueo* Tyberis *occurrit inchoaretur.* Sed *quoniam* Pons Sublicius *primus ab* Anco Martio Rege *conditus ſuper alueum* Tyberis,*ab eo incipiendũ eſſe cenſui.Sunt autem* Pontes *octo,* Sublicius,Palatinus, Fabricius,Ceſtius,Ianiculẽſis, Vaticanus,Aelius,& Miluius, *duobus tantum nũc dirutis* Sublicio,& Vaticano.*Quos omnes præter* Sublicium Totilas *demolitus eſt.* Nam *prius trabibus compactis,aut paruis lyntribus* Tyberis *alueus tranabatur, addito tandẽ* Vrbi *proximo* Auentino *monte:primus* Ancus Rex *ad ima eius* Pontem,*ex* Sublicibus *lignis compegit, unde* Sublicius *dictus.* Fuiſſe *tamen &* Pontem Sacrum *ante* Vrbem *conditam,ſcribit* Dionyſius,*cum inquit,*Nam *cum per cædes hominũ* Saturno *ſacrificaretur ad placandã* Dei iram, *hoc more ſublato ab* Hercule, *factũ eſt, ut* pro *hominibus, qui in* Tyberim *deijciebantur ſimulachra eorum* Scyrpea *deijcerent, quos* Argeos *uocabant.*Creditur *ibi ante fuiſſe,ubi poſtea* Subli

cius,uel idem Pons argumento eſt,quòd etiam inde ſimulachra Scyrpea eodē more in Tyberim, & deiecta ſcribit.M.Varro,cū inquit,Argei fiūt, ex Scyrpeis uirgultis ſimulachra hominū,& quot ānos è Pōte Sublicio à ſacerdotibus iaci ſolēt. Ouid.

Tum quoq; priſcorum virgo ſimulachra virorum,
Mittere roboreo Scyrpea Ponte ſolet.

DE Ponte Sublicio, & eius cognominibus.

PONS Sublicius ad radices Auētini, iuxa naualia,Extant adhuc ueſtigia in medio profluente,ab Anco Martio primū conditus,& Sublicius dictus, à ſublicibus lignis,quibus cōpactus erat.Sublices enim lingua volſca magnæ trabes uocant. Pons ſine ferreo clauo conſtructus, ita ut depoſita contignatione eximantur trabes ſine fultura, & reponantur. Quē Pontē Horatius Cocles,in bello Porſenæ,impetus hoſtium ſolus ſuſtinens,à tergo intercidi iuſſit,ipſeq; armatus,natās, ad ſuos ſe recepit.Grata erga tantā uirtutē Ciuitas fuit.Statua in Comitio poſita,agri, quatū uno die circùm arauit,datū.Eundē Pontē poſteà Aemilius Lepidus Prætor lapideū fecit,unde Lapideus,& Aemilius ab eo nuncupatus dicitur,qui poſtea Tyberis inundationibus læſus à Tyberio Cæs.reſtitutus,nouiſſimè uerò Antoninus Pius, marmoreū fecit, unde Pons marmoratus uſq; ad hodiernū diē dictus eſt. Erat enim Pons eminentiſſimus, unde Facinoroſi

præcipitabantur, ſicut antea Scyrpea ſimulachra.
Iuuenalis Saty 6.

Cum tibi uicinum ſe præbeat Aemilius Pons.

Per quē & Heliogabali Imp. cadauer annexo pondere ne fluitaret, in Tyberim abiectũ eſt, ne unquã ſepelire poſſet. Vnde etiam multi martyres deiecti ſunt. Fuerũt poſt incēſam à Gallis Vrbem ob inopiam, præſertim cibariorum decretũ, ut Sexagenarij è Ponte Sublicio in Tyberim deijcerētur, quòd inutiles eſſēt Patriæ defendēdæ, unde Depontani Sexagenarij dicebantur, & unũ fuiſſe ſeruatũ pietate filij, in cuius perſona pater conſilio ſuo plurimũ adiumentũ Reipub. attulit. Ita olim creditũ eſt. ſed ueritas ſub allegoria latet, nam Sexagenarij à ſuffragio repellebantur, & ita eos Ponte deijci ſolitos fabulati ſunt, qui uidelicet olim erat in ſeptis ubi ſuffragia ferebantur.

DE Ponte nunc. S. Mariæ.

QVoniã non uidebatur ſatis eſſe unũ Pontē creſcēti magis, magiſq; indies Vrbi, cogitauerũt, & alios extruere, atq; paulò ſupra Subliciũ alterũ condiderũt, Senatoriũ nomine, à Senatoribus, ſiue Palatinũ, à ꝓpinquo Palatino mōte unde ꝓximũ erat iter in Tuſciã. M. Fuluius inquit Liuiꝰ maioris uſus locauit Portũ, & Pilas Pōtis in Tyberi, quibus pilis fornices poſt aliquot ãnos. P. Scipio, & L. Mumiꝰ Cēſores locauerũt imponēdos

Eſt enim Pons multiplici Fornice cõpactus, ad excipiendos bifidos proximæ iminẽtis Inſulæ alueos, Qui Pons hodie dicitur .S. Mariæ, à propinquo eius uetuſtiſsimo Fano, Pudicitiæ prius, nunc uerò S.Mariæ Aegyptiacæ.

DE duobus Pontibus Inſulæ, Tyberinæ, Fabricio, & Ceſtio.

IN medijs Tyberinis fluctibus aſsurgit Inſula Iouis Lycaonij, ſiue Tyberina Aeſculapio Sacra, duobus Pontibus, uelut duobus brachijs, munita Fabritio, Ceſtioq́;, eſt autem Pons Fabricius, qui Inſulam Vrbi coniungit, Horatius.

Atq; à Fabricio non triſtem Ponte reuerti.

Dictusq́; hodie Pons Iudæus, ab accolis eius loci Iudæis, dicitur etiam Pons Quatuor Capitum, à quatuor marmoreis ſimulachris quadrifrontibus, in Põtis aditu collocatis. Quem Pontem .M. Lepidũ, & M.Curium ſtruxiſſe, titulus in Ponte ab utroq; latere forinſecùs oſtendit. Ab altera uerò Inſulæ parte occurrit Pons Cæſtius, qui Tyberinam regionem Inſulæ connectit, Quem Valentinianum, & Valentem inſtauraſſe, inſcriptiones à dextris, & ſiniſtris oſtẽdunt, dicitur Pons Inſulæ ſiue .S. Bartholomei, à proximo eius Templo.

DE Ponte Syxto, ſiue Ponte Rupto.

Qui nunc

QVI nūc uocatur Pons Syxtus, à Syxto.iiij. Pont.Max. ex mulctatitia pecunia, nuperrimè inſtauratus, apud Veteres uocabatur Ianiculenſis, à proximo Ianiculo, ſicut ab Aurelia uia, uel Porta, Pons Aurelius nuncupatus: poſtea Ciuilibus Bellis exciſus, Pons Ruptus dictus eſt. Syxti deinde munificentia ſumptuoſiſsimè inſtauratus, ſicut plæraq; alia Vrbis loca, ac Templa, aut noua fecit, aut vetera inſtaurauit. Nam Iubilei anno, qui eo Pontifice celebratus eſt. M.cccclxxv. Ferdinandus Sicyliæ Rex Romam ueniens, Apoſtolorum limina uiſitatum, perſuaſit, ei ut uias Vrbis dirutis porticibus, ac uiarum Flexibus, quibus occupabatur, laxiores fieri, ac lateritias, unde deſignatis Vicorum, & uiarum magiſtris, Vrbem à veteri ſitu, ac cœno, primus omnium Pontificum uendicauit, Eo tū nicipiente, cæteri ſecuti ſunt. vnde Vrbs priſcā reſumpſiſſe uidetur pulchritudinē, ac nitorē. Eſt enim Pons hodie omniū pulcherrimus, ac ſatis frequens, magnam Vrbi præbens commoditatem. Inter hunc, & Pontem Vaticanum, per oras Tyberis intra Vrbem, Iulius.ij. viam Iuliam de ſuo nomine uocatam, Funiculis regularibus ad amuſsim directam, nuperrimè excitauit, ubi magnifica nunc ædificia continenter à uarijs extruuntur.

DE Potne Vaticano.

EXtant adhuc fundamenta Pontis Vaticani, in medio Tyberino alueo iuxta Hoſpitale.S.Spiritus, qui iungebat olim Vrbẽ cum Vaticano, unde nomẽ accepit, hic enim Triumphalis Pons fuiſſe dicitur cũ Porta, ac Via Triũphali, quæ in Capitoliũ uſq; protẽdebatur, ut Ioſephus, ac Diuus Hieronymus, ſcribũt, per quẽ, niſi nobiles, ut fertur, incedebant, quem Iulius.ij.inſtaurare decreuerat, & Viæ Iuliæ connectere.

DE Põte Caſtelli, & mole Hadriana.

IMminet huic qui hodie uocatur Pons Caſtelli, à Caſtello.i.Arce proximæ molis Hadrianæ, & Pons.S.Angeli, ab Angelo qui aliquãdo in ea mole uiſus eſt. Apud Veteres autẽ Pons Aelius dictus eſt, ab Aelio Hadriano Imp. qui eũ Pontem iuxta molẽ ſui ſepulchri excitauit de quo Aelius Spartianus, Fecit, inquit, & ſui nominis ſepulchrum iuxta Tyberim, ea de cauſa, ut per Pontẽ tranſeuntes ꝓpius molem aſpicerent, poſitã è regione Mauſolei, quod Auguſtus fecerat, Iã enim Auguſti monumẽtum repletũ erat, neq; quiſquam amplius in eo ſepeliebatur, & ipſe primus Hadrianus in ea, quã ipſe extruxit mole, ſepultus dicitur, ubi ipſius cineres, & omniũ Antoninorũ poſt eum conditi, ut inciſæ literæ marmoribus, inſcriptiones, & Epitaphia illic hodie oſtendunt. Erat olim tota ea moles ex-

trinſecus marmoribus incruſtata,ut adhuc ſigna apparent. Qua hodie Sūmi Pont.pro præſidio utuntur. Eſt enim moles ampla,rotunda,ſolida, & inexpugnabilis.Quā primus omniū Bonifacius eius nominis.viiij.munire cœpit,deinde cæteri Pont.ſecuti ſunt. Alexand.uerò.vi.eā, foſſa, aggere, propugnaculis,tormētisq; bellicis. & præſidialibus excubijs,accuratiſſimè muniuit,locūq; ampliauit,occultumq;,ac penſile excogitās iter per proxima Burgi.S.Petri mœnia, uſq; ad Aedes Vaticanas deduxit,quo tutior ſine arbitro, exploratis prius latebris, cū libuiſſet clanculum geſtaretur, Quem locum eruditiores uocant Molem Hadrianam, Neoterici Caſtellum.i.arcem.S. Angeli. quòd in eius apice aliquādo uiſus fuerit Angelus Michael, cruētatum gladium in vaginam conuertens, cum illac Gregorius magnus iter haberet,comitante clero, Populo Romano, ad.S.Petrū Vrbem ſacris rogationibus,quas Græco uocabulo Letanias uocāt, luſtraturus. Extat in loco Sacellum, ubi pictura res geſta cōſpicitur.Dictaq; etiam eſt Arx Creſcētij, à Creſcentio quodam Factioſo Duce, ex oppido Nomento, qui illam in ſuam poteſtatem redigens, occupauit,diuq; tenuit,donec Theutonicorū fidei, qui illam oppugnabant, ſe committens,ab illis cōfoſſus,crudeliterq; trucidatus eſt. Quam Molē Procopius, bello Gothico optimè deſcribit, cū inquit.

Hadriani quondã Imp. Sepulchrum, uelut molis, & arcis monumentũ, extra Portã Aureliam, iactu lapidis impoſitum. Primus eius ambitus quadrati figurã habet, cõſtat enim totus ex marmore Pario, ſumma artificum diligẽtia ædificatus, in medio uerò huius quadrati, rotunda moles exurgit, excelſa altitudine, & tanta, ut ſuprema eius parte area ſit, cuius diameter uix iactu lapidis tranſigitur. Quã molem Belliſarius occupãs, pro Arce, & præſidio contra Gothos uſus eſt, Erant in ſumma parte undiq; magnæ ſtatuæ hominum equorũ, quadrigarũ, excellenti artificio confectæ, Has partim integras milites demoliti, partim confractas, in hoſtes deiecerunt, ita tot artificum opera, & labores, & Sepulchri ornamenta, paucis horis, militũ malignitas abſumpſit. Quorum fragmenta quædam, & capita ſtatuarum erui è profunda tellure uidi, Alexãd. vi. molẽ ipſam altiſsimis undiq; foſsis muniẽte. Pontemq; ipſum Nicolaus. v. expeditiorem reddidit ſublatis quibuſdam caſulis, quæ pontem occupabant, Iubilei anno .M.cccc.l. cum quadam die multitudo magna, uiſo Sacro Sudario, facta obuiã quadam mula, cum neq; uenientes, neq; redeuntes, ob inſequentem turbam cedere poſſẽt. Plurimi illic à multitudine mortalium, uel equorũ calcibus oppreſſi, multi à lateribus Pontis in flumen cadentes, undis periêre. Quorum cauſa duo illa marmorea Sacella ſphærica

cella ſphærica in aditu Pontis (quæ adhuc extant) excitata ſunt. Poſtea uerò Alex. vi. expediſsimùm peregit illic iter, ſublata anguſtiſsima Porta, inter Pontem, & molē, altera multò ampliore paulò ulteriùs excitata, ferroq; munita.

DE Ponte Miluio, & de Pontibus Anienis.

EXtra Portam Flumentanam, ad ij. prope lapidem, in uia Flāminia, occurrit Pons Miluius, ſiue Moluius, cuius etymologiam non reperi. Quē ab alite Miluio dictum putarem, niſi etiā Moluius vocaretur. Hic ſolus nunc extra mœnia Vrbis, à Scauro, ut tradit Amianus Marcellinus, extructus, Sæpiùs euerſus, ſæpiùs inſtauratus, nihil ex ueteri ſtructura retinet, præter fundamēta. In quo Ponte (ut Salluſtius ſcribit). M. Tullij Ciceronis Conſulis uigilantia, legati Allobrogum, nocte intempeſta, interceptis de induſtria literis, depræhenſi ſunt & patefacta. L. Catelinæ contra patriā pernicioſa coniuratio eſt. Sumptumq; de coniuratis ſupplicium, liberataq; Vrbe, primus omnium Pater Patriæ appellatus eſt. Apud eundem Pontem Conſtantinus Magnus Imp. Maxentium Tyrannum, Maximiani filium, Magicis artibus deditum, militari ſtratagemate, materia ac nauibus ſupra Tyberim diſpoſitis, fluuio ſubmerſum ſuperauit. Nam eum diuerſis opugnaſſet prælijs, conſpecto demū

in æthere crucis uexillo, clamantisq; uoce audita, ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΗ. *In hoc uince, ut tradit Hiſtoria ter parrita pfligauit. Cuius uictoriæ extat hodie triumphalis Arcus iuxta Colloſeum.*

EXtant & extra Vrbem in Aniene Fl. Pontes quatuor, Salarius, Nomentanus, Mammæus, & Lucanus. Salarius in uia Salaria ubi huiuſmodi carmina marmore inciſa leguntur.

Quam benè Curbati directa eſt ſemita Pontis,
Atq; interruptum continuatur iter.
Miramur rapidas ſubiecti gurgitis undas,
Et lubet iratæ cernere murmur aquæ.
Ite igitur faciles per gaudia veſtra Quirites:
Et Narſin reſonans plauſus ubiq; canat.
Qui potuit rigidas Gothorum ſubdere mentes:
Hic docuit durum flumina ferre iugum.

Poſt hunc Nomentanus Pons uia Nomentana, Mamæus uia Tyburtina, ab Ant. Pio extructus, poſt eà à Mamæa Alex. Imp. matre inſtauratus. Pons Lucanus iuxta Tybur, ubi ſphærica uiſitur moles cum inciſis literis. Ti. Plaucio. M. Faun. Siluano, & quæ ſequuntur lege librum Epitaphiorum.

DE Aquæductibus, & eorum conditoribus & Aquarum qualitatibus.

QVoniam de Tyberi, & Pontibus eius, ſatis dictũ eſt. Placet iã de Aquæductibus dicere

Vnde

Vnde Strabo, Vrbem Romam, inquit, non delectu, ſed neceſsitate conditā eſſe patet, quæ prima ſupra Oſtiā in Mediterranea ea ſola ſuper Tyberim iacet, in mōtibus prius cōdita, cæteris rebus abundās penuria tantū laborabat aquarū. Qua de cauſa cogitauerūt illi ueteres aliunde, quomodo cūq; aquas in Vrbē deducere. Nā cū Roma parua, ac parū populoſa in principio ſui eſſet, & quaſi accola Tyberis, ſatis erat ei Tyberina aqua: ac fontes qui circa Capitoliū, & Palatiū oriebantur. Frontinus itē Romani inquit, ab. V. C. per annos. cccxlij. contēti fuerūt uſu aquarū, quas ex Tyberi, & puteis, uel fontibus hauriebāt. Habuit Roma etiā familiam, quæ tuebat̄ Aquæduct⁹, Caſtella, & Lacus, hāc Auguſtus hæreditatē ab eo ſibi relictā puplicauit, adeoq; aquarū ſeuera lata lex, ut agri, qui aqua publica cōtra legē eſsēt irrigati, publicarētur. At poſtquā ambitu, & populo, magnitudine ſupra quā dici pōt, creuit, paulatim à Tyberi receſsit, ea pars, quæ plurimū diſtabat, ꝓpter interuallū, & incōmodum aquæ penuria laborauit, decretū eſt finitimas aquas per Aquæductus, & formas in Vrbem deducere. Quandoquidē aqua non poculis tantùm, ſed pluribus mortalium uſibus neceſſaria eſſe uideretur. Primus omnium Appius Claudius ex agro Lucullano, quem Tuſculanum putant, ut tradit Frontinus Arcuato opere in Vrbem deduxit.

Quamuis Ancus unus ex Regibus Aquam Martiam in Capitolium deducere excogitauit. Eam poſtea .Q. Martius in ſua Prætura deduxit, à quo nomen accepit, de qua Plynius, Dicantur, inquit, inuicta miracula, quæ .Q. Martius Rex fecit, is iuſſus à Senatu Aquarum Appiæ, & Anienis tegula ductus, reficere nouam à nomine ſuo appellatam, cuniculis per montes actis intra Præturæ ſuæ tẽpus adduxit. Iulius Frontinus Curator Aquarũ, de quibus libellũ ad Diuũ Neruam Imp. ſcripſit, aquas Vrbis ſua ætate nouem tantùm fuiſſe tradit. Sextus verò Rufus, qui Frontino poſterior fuit, Diocletiani Imperatoris temporibus Aquas .xix. commemorat, unde ob aquarum copiam, Vrbem, dicit, à veteri infamia purgatam, quæ tribus menſibus anni dicebatur peſtilens, & in ſingulis aquis appoſitæ erãt inſcriptiones, quæ nunc abolitæ ſunt, quæ tantùm hodie extant in Martia, Claudia, & Virginea. Strabo lib. 5. ita tradit. Tanta autem per Aquæductus aquarum ubertas influit, ut per Vrbem, atq; Cloacas amnes inundare videantur: & uniuerſæ propemodùm Aedes ſubterraneos meatus, ſiphones, ac fiſtulas undoſas habeant. Quorum accuratiſſimã, diligentiam. M. Agrippa egit perpetuus Aquarũ Curator, Qui Vrbem plurimis alijs ornamentis adornauit. Idemq; in ædilitate ſua Virginia Aqua cæteriſq; corriuatis, atq; emendatis Lacus ſeptingentos fecit,

gentos fecit, Fontes .C.V. Caſtella .CXXX. Cō-plura etiam cultu magnifica, & operibus omnia annuo ſpatio, gratuita præbuit. Balnea .CLXX. quæ nunc Romani ad infinitū auxêre numerū. Si-quis aquarū abūdantiā in publico Balneis, Piſcinis, Euripis, Domibus, Hortis, Villis, Spatiaq; uenien-tium extractos Arcus, Conualles, æquatas fatebi tur nihil magis mirandum fuiſſe in toto terrarum Orbe. Aquarum uerò celeberrimæ Martia, Clau-dia, Appia, Virginia, Anio nouus, Anio vetus, Iulia & Tepula. Prætera ſciendum eſt, eminentiū Aquæ ductuum aquas omnes influxiſſe olim in Vrbem, per congruentia loca, iuxta Portam Neuiam, La tinam, & Pancratianam. Quia per has tantùm iu ſto æquilibrio Formæ deducebantur ſuper terrā, ut adhuc illarum ueſtigia apparent, quædā uerò per ſubterraneos cuniculos, ut Aqua Virgo, & Aqua Iuturna. Quinq; erant olim Aquæductuum altiudi nes in omnem partem Vrbis. Altiſſimus Anio no-uus, proxima Claudia, deīde Iulia, Tepula, & Mar tia, Vrgente neceſſitate Anio nouus cæteris ſub-ueniebat, quia altiſſimus erat. Aquæductus, qui à ſexto ab Vrbe miliario ducebantur, ex lapide qua-drato erant. Aquæ uerò omnes intra Vrbem diui-debantur per regiones. Erat & Caſtellū recepta-culum, quod aquam publicam ſuſcipit, ex quo fiſtu-lis aqua ducitur. Cum itaq; Ductus Aquarum ad

viarum diuortia, uel regionũ Vrbis fines perducti erant, Caſtella in formarum ſummitate habebant, quibus aqua per digitos, uncias, modulos ædificijs, operibusq;, & muneribus publicis, ac priuatorũ, uſibus diuidebatur. In ſolo autẽ Lacus erant alia aquarum receptacula, ex quibus cum Romanæ plebis, & Fullonũ, Coriariorũ, aliorũq; opificum neceſſitatibus ſatisfieret, tum horti irrigabantur.

DE Aquæductu aquæ Aquæ Appiæ.

APpiam primam in Vrbem deductã ſatis cõſtat, quæ. M. Valerio Max. P. Decio Mure Coss. anno. xx. poſt initium Sãnitici belli inducta eſt ab Appio Claudio Cenſore, qui & Viam Appiam à Porta Capena, Capuam uſq; muniendam curauit. Concipitur Appia in agro Lucullano, uia Præneſtina inter miliarium ſextum, & octauũ diuerticulo ſiniſtrorſus: habet longitudinẽ à capite uſq; ad Salinas, qui locus eſt ad Portam Trigeminam. Riuus eius ſub Cælio monte, & Auentino actus emergit, extant adhuc ueſtigia quædam ad radices montis, iuxta Hippodromum, Campi Teſtacei, & altera ad proximum Arcum ſeptem Veſp. ubi deſinebat ad proximas Salinas.

Nec Appia, nec Virgo, nec Alſietina piſcinas habent ſub Hortis Lucullanis finiuntur in Campo

Martio

Martio ſecundum Fontem Scipionum Author Frõ
inus. Inter Latinam olim, & Appiam uiam duo al
iſſimi Aquæductus in unum influebant, & iterato
lirimebantur, ut tradit Procopius, extant adhuc ſi
gna inter proxima uineta.

DE Aqua Martia, & eius bonitate.

CLariſſima aquarum omnium toto orbe frigo
ris, ſalubritatisq; palma, præconio Martia
ſt, inquit Plynius, inter reliqua Deûm munera Vr
i tributa, uocabatur hæc quondã Aufeia, Fons aũt
pſe Piconia, oritur in ultimis montibus Peligno-
um, tranſit Marſos, & Fucinum Lacum, Romã non
dubiè petẽs, mox ſpecu merſa in Tyburtina ſe ape
it, Primus eam in Vrbem auſpicatus Ancus Mar
ius, unus ex Regibus, Poſtea. Q. Martius Rex
n Prætura deduxit, Rurſusq; reſti uit. M. Agrip-
a. Strabo uerò hanc è Fucino emanaſſe ſcribit, cũ
nquit, cæterũ è Fucino Lacu, Aquæ Martiæ fontes
emanâre, quæ irrigationes Romæ ꝓpinat, quæq;
reliquas ſuper aquas ꝓperat. Frõtinus eã dicit uia
Valeria ad milliariũ. XXXIII. & ſuo tẽpore in
Auẽtinũ à Traiano deductã, & Traianã fuiſſe di
ctam, Qui etiam ſcribit ſingulas aquas ita conſti-
utas, ut Martia tota potui ſeruiret: reliquæ uerò
alijs uſibus aſſignarentur, Plynius aũt tradit Aquã

Martiã natationi, Virginẽ uerò tactu præſtitiſ-ſe. In ſupplementũ Martiæ quoties ſiccitates ageret, auxilio aquæ eiuſdem bonitatis Auguſtam opere ſubterraneo perduxit, uſq; ad Martiæ riuũ, quæ ab inuentore uocatur Auguſta, naſcitur ultra fontem Martiæ, cuius ductus donec Martiæ accedat paſſus .DCCC. Ingrediebatur olim Martia iuxta Portam maiorem, extat adhuc eius formæ unus fornix, uia qua itur extrinſecus ad Aedem .S. Laurentij extra muros, & per mœnia nũc Vrbis, quæ ſunt in eius Aquæductu, tranſit ſuper Portam Taurinã ſiue .S. Laurentij, ut in interiore eius Portæ Fornice extant Pedales literæ, in utroq; Frontiſpicio, cum inſcriptione trium Imp. Aug. Cæs. Aurelij Ant. Pij, & Titi Veſpaſiani.

IMP. CAESAR DIVI IVLII F. AV-GVSTVS PONTIFEX MAXIMVS COS. XII. TRIBVNIC. POTE-STAT. XIX. IMPE. XIIII. RIVOS AQVARVM OMMIVM REFECIT.

IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS PIVS FOELIX AVG PARTH. MAXIM. BRIT. MAXIMVS, PONTI. MAXI. AQVAM MARTIAM VARIIS KASIBVS IMPEDITAM PVRGATO FONTE EXCISIS, ET PERFORATI

Montibus

MONTIBVS, RESTITVTA FORMA, ADQVISITO ETIAM FONTE NOVO ANTONINIANO IN SACRAM VRBEM SVAM PERDVCENDAM CVRAVIT.

IMP. TITVS CAESAR DIVI .F. VESPASIANVS AVG. PONTIF. MAX. TRIBVNICIAE POTESTAT. IX. IMP. XV. CENS. COS. VII. DESIG. RIVOM AQVAE MARCIAE VETVSTATE DILAPSVM REFECIT, ET AQVAM QVAE IN VSV ESSE DESIERAT REDVXIT.

Ab hac Porta *diuertens uetus* Marciæ Aquæ *ductus, per* Campum Eſquilinum*(extant enim adhuc ſigna)ad* Thermas *primùm* Diocletianas*, deinde in proximos colles* Viminalem*, &* Quirinalem *deſcendebat, ut meminit* Martialis.

DE Aquæductu, & Fontibus Aquæ Claudiæ.

Caligula altero Imperij ſui anno, duos ductus inchoauit quod opus Claudius *perſecit, dedicauitq;, Alteri qui ex Fontibus* Cæruleo*, &* Curtio *deducebatur* Claudiæ *nomen dedit, nam* Claudia *inuenta, & adducta eſt à* Claudio Cæs. *Hæc bonitate proxima* Marciæ. Claudia *concipitur uia*

Sublacenſi, ad miliariū. xxxv. Fontibus duobus amplißimis, Cerulæo, & Curtio, tantæ bonitatis, ut Martiæ quoq; auxilio ſit, quoties opus fuerit. Finitimus Claudiæ Arcus iuxta Hortos Plancianos, inde in uſum Vrbis fiſtulis deducitur, partim ſui Claudia prius in Arcus, qui Neroniani uocantur, hi directi per Cælium montē, iuxta Templū Diui Claudij terminantur, modum, quem cæperunt, aut circa ipſum montem, aut Palatium, Auentinumq́; & Tranſtyberinā regionē demittunt. Extant in utroq; monte ſigna, tradunt partem eius Aquæ in Capitoliū uſq; deductam, ab Ant. ut (aiunt) Caracalla, ut cubitales, lateritiæq́; literæ oſtendunt, à fronte Hoſpitalis. S. Thomæ, de torto Aquæductu in Capitolium uſq;, extant adhuc ruinæ Formarū in Palatium uſq;, ſed in proximo Arcu nuperrimè detectæ literæ huiuſmodi.

P. COR. P. F. DOLOBELLA COS. C. IVNIVS. C. F. SILANVS FLAMEN MARTIAL. EX. S. C. FACIVNDVM CVRAVERVNT, IDEMQVE PROBAVERVNT.

Quam quidē Aquā ſuo tēpore Frontinus in Auētinum à Traiano deductam, Traianā fuiſſe dictā ut in ruinis Thermarū Decij effoßum marmor oſtēdit, extat pars Aquæductus iuxta. S. Priſcam. Viſitur Aquæ ſimulachrū, Marforio ſimile in nomiſmatibus Traiani.

tibus Traiani. Sed redeo ad Claudium, de quo Suetonius opera inquit magna potius, quàm neceſſaria quàm multa perfecit, ſed uel præcipuè Aquæductum à Caio inchoatum, Aquæ Claudiæ gelidos, & uberes fontes, quorum alteri Cerulæo, alteri Curtio, & Albudino nomen, ſimulq́; riuum Anienis nouo, lapideoq́; opere perduxit, diuiſitq́; in plurimos, & ornatiſsimos lacus, Plynius libro. xxxvi. Nat. Hiſtor. Vicit (inquit) antecedentes Aquarum ductus nouiſsimum Impendium operis inchoati, à Caio, & perfecti à Claudio, Quippe lapideam excelſitatem omnes Vrbes, & montes æquantem, ut lauacra impleret Curtios, atq; Cerulæos Fontes adductos, erogata ad id opus Talentum ſexeginta millia. Influebat olim Aqua Claudia iuxta Portã, nunc Maiorem, in cuius Frontiſpicio interius, & exterius extant inſcripſiones cubitalibus literis, lapide inciſæ, Trium Imperatorum, Claudij, Veſpaſiani, & Titi filij.

TI. CLAVDIVS DRVSI. F. CAE-
SAR AVGVSTVS GERMANICVS
PONTIF. MAXIMVS TRIBVNI
CIA POTESTATE .XII. COS.
V. IMPERATOR .XXVII.

PATER PATRIAE AQVAS CLAV
DIAM EX FONTIBVS QVI VO
CABANTVR CAERVLEVS ET
CVRTIVS A MILIARIO .XXXXV.
ITEM ANIENEM NOVAM A MI
LIARIO .XII. SVA IMPENSA
IN VRBEM PERDVCENDAS
CVRAVIT.

IMP. CAESAR VESPASIANVS
AVGVST. PONT. MAX. TRIB.
POT. II. IMP. VI. COS. III. DESIG.
IIII. P.P. AQVAS CVRTIAM ET
CAERVLEAM PERDVCTAS A
CAVDIO, ET POSTEA INTER
MISSAS DILAPSASQVE PER
ANNOS NOVEM SVA IMPEN-
SA VRBI RESTITVIT.

IMP. T. CAESAR DIVI .F. VE-
SPASIANVS AVGVSTVS PON-
TIFEX MAXIMVS TRIBVNIC.
POTESTATE .X. IMPERATOR
XVII. PATER PATRIAE CEN
SOR. COS. VIII. AQVAS CVR-
TIAM ET CAERVLEAM PER-
DVCTAS A DIVO CLAVDIO
ET POSTEA A DIVO VESPASI
ANO PATRE SVO, VRBI RESTI

tutas, cum

TVTAS CVM A CAPITE AQVARVM A SOLO VETVSTATE DILAPSAE ESSENT NOVA FORMA REDVCENDAS SVA IMPENSA CVRAVIT.

DE Aniene ueteri, & eius qualitate.

M. Curius Dentatus Cenſor, cum L. Papirio Anienis (qui nunc dicitur uetus) Aquā in Vrbem deducendā curauit, ex Manubijs de Pyrrho captis, Item poſt bienniū actum eſt in Senatu de conſumatione eius Aquæ, tamen ex .S.C. duūuiri Aquam producentes creati Curius, & Fuluius Flaccus locauerant, Curius intra quintum diē, quā erat duūuir creatus, deceßit, gloria perductæ pertinuit ad Fuluiū. Concipitur Anio uetus ſupra Tybur, ubi partim in Tyburtinum uſum, & Romā deductus, quia minus ſalubris, in hortorum rigationem, atq; in ipſius Vrbis ſordidiora extaret miniſteria. Quoniam duæ Anienis Aquæ in Vrbem influebant, ut facilius dignoſcerētur, Anio nouus uocari cæpit, alias omnes præcedit. Priori uerò Anieni cognomen uetus adiectum, circa quartum miliarium uia, qua Latina in Labicanam itur Arcus trāſit, & peruenit in regionem uiæ nouæ in hortos Aſinianos.

DE Aniene Nouo.

ANIO Nouus Sublacenſi uia, ad miliarium xlij. ſub riuo concipitur è fluuio ſine pluiarum iniuria Limoſus, interpoſita Piſcina, ubi aqua liqueſcat, ſuperuenientibus imbribus, turbida in Vrbem peruenit, iungitur, & Riuus Herculaneus oriens eadem uia, ad miliarium. xlij. è regione Fontium Claudiæ, trans flumen, uiamq́ꝫ, natura puriſſimus, ſed mixtus gratiam ſpendoris amittit. Anio Nouus cum Claudia à Piſcinis in altiores Arcus recipiuntur, ita ut ſuperior Anio, finitimus Arcus eorum præter hortos Plancianos eſt, inde in uſus Vrbis Fiſtulis perducitur. Riuum Anienis Noui, Iulius Frontinus à Diuo Nerua Imp. Procurator Aquarũ conſtitutus reſtituit, & in Vrbẽ deduxit.

DE Aqua Tepula, & Iulia.

CN. Seruilius Cepio, & Longinus Cenſores, Tepulã ex agro Lucullano, Romã in Capitoliũ ducendam curauerũt. Tepula concipitur, uia Latina. xi: miliario diuerticulo dextrorſus ſubterra prius, deinde arcuato opere, Iuliæ poſt admixta. M. Rgrippa Aedilis proprias uires collegit, & Tepulæ riuum intercæpit Acquiſitæq́; ab inuentore nomen Iuliæ, datum. Iulia autem reuocatis deriuationibus, per quas ſubripiebatur modum ſuum, quamuis notabili ſiccitate ſeruauit. Iulia enim influebat cum Aqua Crabra, quæ tota Tuſculanis reddita iuſſu Imperatoris. Eodem anno Agrippa

ductus Appiæ

ductus Appiæ, Anienis, & Martiæ penè delapſos reſtituit, & ſingulari cura compluribus ſalientibus aquis Vrbem inſtruxit. Vnde Auguſtus conquerẽtem, de inopia, & caritate vini, populum ſeueriſſima coërcuit oratione. Satis inquiens à genero ſuo Agrippa productis pluribus aquis, ne homines ſitirent. Tepula inuenta, adductaq; ab eo eſt, Iulia uerò ab Aureliano, ut ſcribit Ant. in itinerario.

DE Aqua Virgine.

AGrippa cum iam tertiũ Conſul fuiſſet .C. Sentio, & .S P. Lucretio Coss. poſt annum .xiij. quam Iuliam deduxerat ab .viij. lapide diuerticulo .ij. mil. paſſ. uia Præneſtina iuxta Herculaneum riuum: Virginem in agro quoq; Lucullano collectam Romam deduxit. Virgo autem nuncupata, quòd quærentibus aquam militibus, puella Virguncula quaſdam uenas monſtrauit, quas ſecuti, ingentem aquæ modum inuenerunt ædicula Fonti appoſita, hanc Virginẽ pictam oſtendit. Concipitur ergò Via Collatina plauſtribus locis miliario .viij. ultra Anienem. Sic igitur cũ collectam continendarum Scaturiginum, cauſa adiunctis quàm pluri mis alijs acquiſitionibus uenit per lõgitudinẽ paſſ. xiiij. & Subterraneo cuniculo in Vrbem influit.

Plinius uerò idem inquit, & Virginem, adduxit, ab viij. lapide diuerticulo. ij. Mil: paſs. uia Prænestina iuxta eſt Herculaneus riuus, quē refugiens Virginis nomen obtinuit, Virgo ideo dicta, quia refugit Herculaneū, qui eſt mas, is iam pridē, unà cum Aqua Virgine, interrupto Aquæductu, deſinit in Vrbem labi. Ea uerò Aqua (quæ nunc extat) retinens ſolum Aquæ Virginis nomen concipitur, extra Portam Pincianam, haùd longè à Ponte Salario profundiſsimo labens cuniculo, per Portam ingreditur Pincianā, attollitur ſub colle Hortulorū, lapidea forma, ubi huiuſmodi legitur inſcriptio, in Hortulo nunc nobilis, atq; eruditi uiri Angeli Colotij Antiquitatum, unici amatoris.

TI. CLADIVS DRVSI.F. CAESAR AVCVSTVS GERMANICVS PONTIF. MAXIM. TRIB. POT. V. IMP. XI. PP. COS. DESIG. IIII. ARCVS AQVAE DVCTVS VIRGINIS DISTVRBATOS PER .C. CAESAREM A FVNDAMENTIS NOVOS FECIT AC RESTITVIT.

Viſitur in eiuſdem .D. Angeli monumentis, Socratis ſtatua, Alcibiadem amplexantis: Iouis Hammonis, Protheiq;, & Aeſculapij, ſimulachra: Menſes cum ſuis ſignis, & Dijs tutelaribus menſuraq; Pedis Ro. multaq; fideliter adſeruata ad menſuram

ad menſuram, & pondera, quæ huic ſæculo lucem intulerũt. Is Aquæductus iam penè collapſus, à Nicolao. V. reſtitutus eſt, ut eius inſcriptio Fonti appoſita indicat. Obibat olim ea forma magnam Martij Campi planiciem, ut ſigna adhuc apparent, ex teſtimonio etiam Ouidij in Faſtis, cum inquit,

Te quoq; lux eadem Turni ſoror Aede recepit:
Hic ubi Virginea Campus obitur aqua.

Quæ hodie Triuiana dicitur, nec deſunt qui eã Traianã nũcupari uelint, ut in eius Principis etiã Nomiſmatibus uidere licet. Nam Traianus plurimos reſtituit Aquæductus, ac de ſuo nomine nuncupauit. Hæc ſola Aqua ex omnibus antiquis, hodie in uſum bibendi in Vrbem influit, & multos habet Syphunculos, & fiſtulas ad effundendas aquas uicinis domibus, & accolis. Influebat ante hos annos uis magna aquarum, quæ curatorum negligẽtia, ſicut plæræq; aliæ, iam deſijt. Multæ præterea erant aquæ Aeſtate deficientes, ſed multò plures ſuperinductæ, ut ſcribit Sex. Rufus. Iulius uerò Frõtinus ita tradit, Arcus altiſſimi ſubleuati quibuſdã locis centum nouem pedes, tot aquarum tam multis neceſſarijs molibus, Formarum enim demolitionem duabus ex cauſis accidiſſe cernimus, ex uetuſtate, & Barbarorũ ſæuitia. Sed Theodoricus qui fuit primus Oſtrogothorum Rex, mœnia Vrbis, Theatra, Palatia, Thermas, Cloacas, & Aquarum

formas inſtaurauit, Quaſdam iam labi deſinentes Aquas Hadrianus Papa primus reſtituit, præſertim Aquam Iuliã à.xij.lapide,uia Latina, reſtituit, & Aquam Claudiam, cuius Aquæ partem in Baptiſterium Lateranũ deriuauit. Reſtituit & Aquã Virginem,& quoſdam magna impenſa Aquæductus uetuſtate,& hoſtiũ maleficio collapſos, Alſietinũ ex Lacu Alſietino uia Claudia miliario.xiiij. ab Auguſto antea in Hortos, & Naumachias in Tranſtyberinam regionem deductum, quòd eſſet inſalubris,Reſtituit & Sabatinam, à Sabatino Anguillariæ Lacu.Cuius Aqua idẽ Pontifex in Baſilicam .S. Petri ad uſum Sacerdotum, & lauandos pauperũ pedes,in cœna Domini. Quarum quidem Aquarum adhuc extãt duæ ruinoſæ formæ extra Portã.S.Pãcratij à dextris nunc, & ſiniſtris eius uiæ,fuerunt & aliæ,uel ab inuentoribus,uel ab his qui eas deduxerunt,nuncupatæ,ut Aurelia Traiana,à Traiano inuenta, & deducta,Septimianaq; à Septimio,Alſietina à Claudio Cæs.Druſia à Druſo,Alexãdrina ab Alexãdro inuẽta,& deducta. Iulia ab Aureliano.A colore,ut Cærulea,à tempore ut Tepula,ab algore,ut Alſietina, à loco,ut Ciminia,Sabatina Scaturit adhuc in Velabro.Fõs aquæ Iuturnæ, quæ olim faciebat lacũ in Foro Ro.iuxta Templum Veſtæ, ubi nunc eſt Aedes.S.Syluestri in Lacu,ſiue .S. Mariæ liberatricis, quæ de torto

Aquæductu

Aquæductu hodie in Foro Boario profundo ſcatu rit fonte ad uſum lauandi tantùm. Hæc aqua apud veteres habebatur ſaluberrima, de qua. M. Varro, Nympha, inquit, Iuturna, quæ iuuaret, itaq; multi ægroti propter id nomen aquam petere ſolent. Habet præterea Vrbs Roma, ut ubicunq; terra altiùs effoditur ſtatim uis aquæ ingens ſcaturit, intra Vrbem potu ingrata, extra Vrbem uerò potabilis.

DE Thermis, & eorum Conditoribus.

THermæ originem habent Græcam, quia calida erant loca, capaciſsimaq; pauimenta, & concamerata lauandi, ſudandiue uſibus conſtituta Porticus, & Areæ ampliſsimæ, & expatiantia Tecta, Contignationes, Pauimenta, & Lithoſtrata diuerſorum marmorum nitore conſpicua, & opere tectorio, uel marmoreis tabellis incruſtati parietes, ubi columnæ ampliſsimæ ingentes Abſidas ſuſtinebant, grandi mole, profuſiſsimo ſumptu, latis ſpecularibus, ueteri ſtructura, atq; arte conſtitutæ, ut adhuc in Thermis Diocletianis ſpectare licet. Fiebant autem potiùs ad oſtentationem, quàm ad lauãdi uſum tã in ſano opere, in modũq; Prouinciarũ extruebãtur. Nã in principio Balnea tantũ, & Lauacra in uſu erãt, ut ſcribit Vitruuius. Thermæ ſũt poſteritatis cauſa à Principibus condebantur.

Nam pro magna parte ab Imperatoribus conſtructæ ſunt. Cum non ante id tempus, ante Auroram paterẽt, & claudebãtur ante Solis occaſum. Poſtea omnibus horis, magna cũ rerũ licẽtia, & laſciuia, ubi promiſcuè lauabantur, ac ſepties in die, ubi etiam comedebant, & bibebãt: ut de cõmodo Imp. ſcribit Iul. Capitolinus cũ ãtea ſeparatĩ poſtea cõfusè lauabãtur. Quibus publicatæ ſyluæ, & oleũ ad lumina gratuitum. Fuerũt .n. Thermæ in Vrbe celebres, Agrippinæ, Neronianæ, Antoninianæ, Alexandrinæ, Titianæ, Diocletianæ, Cõſtantinæ Gordianæ, Traianæ, Cõmodianæ, Decianæ, Nouatianæ, Olympiadis, Septimianæ, Varianæ, Syrianæ, Aurelianæ, Hadrianæ, Philippi. In quas per eminentiſſimos Aquæductus aquæ influebãt.

DE Thermis Agrippinis, & earum ornamentis.

M. Agrippa (inquit Plynius) ruſticitati, quàm delicijs, proprior unicumq; fœlicitatis exẽplum, multa, & egregia in Vrbe perfecit opera; Auguſto eius ſocero imperante. Idem Thermas de ſuo nomine excitauit, quarum hodie magna extãt ueſtigia, poſt Pantheon, ueluti eius templi appendices à fronte Mineruæ, uerſus meridiem, Quas Lithoſtroto, & Encauſto pinxit, Arcus, & Pauimẽta ex uitro poſuit, de quibus idem Plynius, Lithoſtrota (inquit) & pauimenta ceptauère iã ſub Sylla,

paruulis certè cruſtis, extatq; hodie, quod Fortunæ Præneſtæ fecit, pulſa deinde ex humo pauimẽta in Cameras trãſiuêre, ut pronum uitium, & hoc certum inuentum ab Agrippa in Thermis, quas Romæ fecit, Figlinum opus Encauſto pinxit, reliqua Albaria ornauit, non dubiè uitreas facturus cameras, ſi prius inuentum fuiſſet.

DE Thermis Neronianis, & Alexandrinis.

POſt propinquam S. Euſtachij Aedem exſtant magna, & ruinoſa ædificia Thermarũ, olim Neronis, & Alexãdri Imp. & habebant magnum ambitum. Martialis.

Quid Nerone peius? quid Thermis melius Neronianis.

Quas nõnulli tradunt ab Alexandro inſtauratas, Lampridius uerò nouas iuxta illas extructas, ſcribit, cum inquit, Thermas fecit iuxta Neronianas, ad quas inducta eſt aqua, quæ Alaxandrina nũc dicitur, Nemus Thermis ſuis, quas emerat, dirutis ædificijs fecit, pulcherrimum ferè omnium artium, uectigal inſtituit, ex eoq; iuſſit Thermas, & quas ipſe fundauerat, & ſuperiores: populi uſui exhiberi, ſyluas & in Thermis publicis deputauit: addidit & oleum luminibus Thermarum, cum antea nõ ante Auroram paterent, & ante occaſum clauderentur. Eas putant fuiſſe, ubi nunc eſt Hoſpitale Nationis Gallicæ, & Palatium generoſæ domus

Medices, quæ noſtra memoria genuit Leonem. X. & Clementem. VII. Pont. Max. argumẽto quòd proximus Campus Agonis, ſuperiori ſæculo dicebatur, Circus Alexandri, iuxta plateam Longobardorum, quæ hodie antiquo priore uocabulo dicitur platea Medices. Fuerunt olim iuxta Thermas Neronianas, Thermæ Hadriani, ut ſcribit. Pub. Victor.

DE Thermis Antoninianis, & earum ſtructura.

IN Regionæ Piſcinæ publicæ, in cliuo montis Auentini, iuxta. S. Syxtum, &. S. Balbinam, ſurgunt adhuc magna, ac ſemidiruta ædificia Thermarum Antoninianarum, & occupabant magnũ ſpatiũ à ſuperiore planitie: uſq; ad proxima Vrbis mœnia. Quẽ locũ Romani hodie corrupto uocabulo, Antignanum, uocant. Quas Ant. Baßianus cognomẽto Caracalla cœpit, Alexander Seuerus abſoluit, multis olim ornamentis perſpicuas, De quibus Aelius Spartianus, Opera, inquit, Romæ reliquit Thermas nominis ſui, Quarũ Cellã ſolearem architecti negant poſſe ulla ratione fieri, niſi qu facta eſt, nam ex ære, Cupro Cancelli ſuppoſit eſſe dicuntur, quibus Cameratio tota cõcredita eſt ad quas olim deducebatur ductus ille Aquarum, qui tranſit intra Portam Capenam, nam Thermæ e Aquæductibus aquas excipiebant.

De Thermis

DE Thermis Titianis, & earum laxitatē.

IN prima parte Eſquiliarum iuxta Coloſſeum, & Buſta Gallica auſpicabantur Thermæ Titi Imperatoris, quæ occupabant totum ferè montis huius ambitum, ubi nunc eſt Templum. S. Petri à Vinculis. Quarum hodie tantùm ruinæ extant, ubi antea fuerat Domus aurea Neronis. Martialis.

Hic ubi miramur uelocia munera Thermas,
Abſtulerat miſeris tecta ſuperbus ager.

Nam eas Titus mira celeritate abſoluit, ut ſcribi, Tranquillus, cum inquit, Amphitheatro dedicatot Thermisq; iuxta celeriter extructis munus dedit apparatiſſimũ, largiſſimumq;. Extant hodie ſubterraneæ Ciſternæ, quas Capaces, & Septem Salas uocant, mirabili ſtructura compactas: ubi aquæ ſeruabantur, iuxta quas nuperrimè inuentus eſt in ſubterranea crypta ſeruatus Laocoon Virgilianus cũ duobus filijs ex uno marmore, Quod opus Plynius inter miranda opera commemorat, dicens: In Domo Titi eſſe opus omnibus, & picturæ, & ſtatuariæ præponendum ex uno lapide, quod de conſilij ſententia fecère ſummi artifices, Ageſander, & Polydorus, & Artemidorus Rhodij, Quæ hodie ſimulachra ſunt in Vaticano.

DE Thermis Traiani, & Philippi Imp.

SVpra Thermas Titianas iuxta. S Martinum in montibus fuerunt olim Thermæ Traiani Imp. ubi nuperrimè duæ ſtatuæ Antinoi pueri Hadriano Imp. dilectiſsimi repertæ, ſummæ pulchritudinis, iuſſu ipſius Hadriani antea conditæ, unde locus uſq; in hodiernum diem Hadrianellus nuncupatur. Eas ſtatuas Leo .X. in Vaticano collocauit. Cæteram huius montis partem, uerſus Orientem, occupabant Thermæ Philippi Imp. Quarum hodie quædam ueſtigia apparent in ſupercilio montis: qui plurimus imminet Templo. S. Matthei in Merulana.

DE Thermis Gordiani Imp.

HAud procul hinc ultra Trophœa .C. Marij iuxta Templum. S. Euſebij, ſub proximo, qui ſurgit à ſiniſtris colle fuiſſe olim (tradunt) Thermas, ac Domum Gordiani Imp. Quarum meminit Iulius Capitolinus, cum inquit, Domus Gordianorum etiam nunc extat uia Præneſtina, ducentas colũnas uno ſtylo habens, & Thermas, quales præter Vrbem nuſquàm haberet orbis terrarum, & alibi ita ſcriptũ eſt, OPERA GORDIANI. Romæ nullæ extant, præter quædam Nympæa, & Balneas: ſed Balneæ priuatis hominibus fuiſſe dicuntur: & ab eo in uſum priuatũ exornatæ ſunt. Creduntur eius Thermæ fuiſſe extra Vrbẽ, Nymphæa, & Balneæ in Vrbe.

De Thermis

DE Thermis Diocletiani, & Maximiani Imp.

EXtant hodie inter Eſquilias, & Quirinalem, iuxta Aedem. S. Suſannæ, alta Thermarũ ædificia Diocletiani, & Maximiani Herculei Imp. *quæ nunc corrupto uocabulo procunciantur à uulgo, Inchoatæ à ueteribus principibus, Cõſecratæ tamen à nouis Auguſtis Conſtantio, & Maximiano ſub nomine* Diocletiani, *qui inchoatum opus abſoluerũt, cum omni cultu perfectum. Secuti principes poſuère ibi ſtatuas, & ſeniorum, & nouorum* Imp. *Quorum capita, & fragmenta aliqua corporum eruta è ſubterranea teſtudine, uelut ibi poſt ruinas, Thermarum ſeruata, partim in* Capitolium *delata, partim* Florentiam *miſſa ſunt.* Extant *adhuc altiſsimi* Fornices, & Columnæ *ampliſsimæ* & Sphæricæ *circumquaq; concameratæq;.* Aedes *miræ amplitudinis, & capacitatis.* Extant *& ſubterraneæ* Ciſternæ *(ſicut in* Thermis Titi*) qui locus hodie ab imperito uulgo dicitur* Veges Thermarum. *Sunt autem hæ* Thermæ, *præter* Antoninianis, *omnium ampliſsimæ, ac minus læſæ, ad quod opus extruendum tradunt* Diocletianũ, *unà cum* Maximiano *ad.* XL. *mil.* Chriſtianorum *per multos annos damnauiſſe. Fuit autem* Diocletianus Chriſtiani *nominis infenſiſsimus.*

DE *Thermis Nouatianis, & Olympiadis,*

IN cliuo Viminalis, in Vico Patricio, ubi nũc eſt Aedes .S. Pudentianæ, fuerunt olim Thermæ Nouatianæ, quam Aedem Pius Papa primus, excitauit rogatu ſororis eius Praxedis, quæ ultima ad fratris ſui Nouati Thermas in uico Patricio Templum conſtituit. Extant ibi adhuc Thermarum pauimenta, ubi & paruum Apoſtoli Petri Sacellum, magnæ uenerationis. Haud procul hinc in dorſo montis, ubi eſt Templum. S. Laurentij Palipernæ, fuerũt Thermæ Olympiadis, & Lauacrum Agrippinæ matris Neronis Imp. Sunt enim in eo ambitu multa circũquaq; Antiquitatũ ruinoſa ueſtigia.

DE *Thermis Conſtantianis.*

EXtant & in dorſo Quirinalis, qui nunc dicitur mons Caballus, ubi Caballi ſurgunt marmorei, magna ueſtigia Thermarum Conſtantini Imp. Quas ipſe extruxit, ut ſcribit Apollodor⁹, & Amianus Marcellinus, argumẽto sũt tres eius marmoreæ ſtatuæ cũ titulis eius nominis, ad eius Thermas. In quibus olim talis appoſita inſcriptio erat.

PETRONIVS PERPENNA MAGNVS QVADRATIANVS. V. C. MI. PRAEF. VRB. THERMAS CONSTANTIANA LONGA INIVRIA, ET ABOLENDAE CIVI

lis, uel potius

LIS, VEL POTIVS FEDALIS CLADIS VASTATIONE VEHEMENTER AFFLICTAS, ITA AGNITIONE SVI EX OMNI PARTE PERDITA, DESPERATIONE CVNCTIS REPARATIONIS ADFERANT DEPVTATO AB AMPLISSIMO ORDINE PARVO SVMPTV QVANTVM PVBLICAE PATIEBANTVR ANGVSTIAE AB EXTREMO VINDICAVIT ET PROVISIONE LONGISSIMA IN PRISTINAM FACIEM SPLENDOREMQVE RESTITVIT.

DE *Thermis Diocletiani Imp. & cæteris Thermis, & Lauacris.*

TRadunt *&* Domitiani Imp. Thermas *fuiſſe olim, ubi nunc eſt* Templum, *& monaſteriũ* S. Sylueſtri *in* Martio Campo, *haud longè ab Arcu* Tripolis, *quem eius principis fuiſſe aiunt, ubi etiam* Thermarum *ſigna quædam circũ quaq; apparent argumento aſſerunt, quòd ante hos annos erutæ* Tegulæ *cum literis maioribus, & minoribus, ubi impreſſæ notæ à figulis legebantur* Do*mitiana maior pars:* Domitiana *minor, fuerunt &* Thermæ Decianæ *in* Auentino, *quas* S.P.Q.R.

in honorem Decij Imp. condidit, ubi & Varianæ, & Syriacæ. Fuerunt & Commodianæ, & Seueria næ in regione Portæ Capenæ. Fuerunt & Aure lianæ trans Tyberim, quas Hyemales fecit. Erant & Balnea, & Lauacra, & Piſcinæ lauandi cauſa, ubi populus uerſabat, ut Piſcina Publica. Martial.

Piſcinam peto, non licet natare.

Cicero latiorem, inquit, Piſcinam uoluiſſem, ubi iactatata brachia non offenderentur. Idem ad Terentiam uxorem, Labrum in balneo eſſe monet. Erant præterea in Thermis Laconica ad ſudandũ ſicco uapore, Martialis ita ſcribit.

Riuus ſi placeat tibi Laconum,
Contentus potes arido uapore,
Cruda aut Virgine, Martia'ue mergi.

Ert & Nymphæa regia Balnea, ut Nymphæum Iouis, & Alexandri Seueri. Fuerunt enim undecim in Vrbre Nymphæa.

DE NAVMACHIIS.

NAumachiæ loca erant apud ueteres manufacta inſtar Lacunarũ, ubi ſpectãdi gratia naualis pugnæ ſimulachra fiebant ad exercenda iuuenũ Tyrocinia, qui diſcerẽt etiã in aquis, ſi opus eſſet, cũ hoſtibus pugnare, nã huiuſmodi ſtagna ꝑ tempore fiebant, nonnunquàm & in Circis, ut in Circo Max. ubi & equeſtres, & nauales pugnæ fieri uiciſſim conſeuerant. Interdũ uerò in Amphi-

theatris.

theatris. Suetonius in Domitiano præliũ duplex, inquit, equeſtre, & pedeſtre cõmiſit, atq; in Amphitheatro nauale quoq;. Naumachiæ plures olim fuêre, una in Cãpo Martio ab Auguſto conſtituta, de qua Trãquillus, Fecit, inquit, nauale præliũ circa Tyberim cauato ſolo, in quo Cæſarũ Nemus eſt. Dubiũ an in ripa Tyberis, an ſub colle Hortulorũ ubi nũc magna cõcauitas, & locus paludoſus ſub Tẽplo. S. Trinitatis, ubi ſpectaculorũ ſigna extãt, aut ad hunc, aut quẽuis aliũ ſpectãdi uſum è proximo colle. Eerãt in ea planitie inter collẽ, & uiam Flam. Horti & Nemora, Vnde Strabo addidit, inquit, Hortos, & Nemora locus adhuc Hortulorũ retinet nomen, & nũc ab incolis uulgo uocatur hortalia. Vnde proximus collis hortulorũ ab eis hortis (ut creditur) nomen accepit, Fuit præterea Domitiani Naumachia, quam eodẽ in loco, ubi Auguſti prius, poſtea inſtaurata credi par eſt, de qua Suetonius, Fecit, inquit, ſtadium Methodium, & Naumachiam, è cuius poſtea lapide Max. Circus aduſtis utrinq; Lateribus extructus, & paulò ſuperius ita tradit, ædidit & nauales pugnas iuſtarum claſſiũ effoſſo, & circumſtructo circa Tyberim lacu, atq; in Thermis imbres proſpectauit. Dubium utrum Maumachiam, & Lacum unum, & idem, uno in loco, an ſeparatum fuerit ſtagnum, & diuerſum à Naumachia.

Fuit & Neronis in Vaticano ex marinis aquis Naumachia,ubi Caij, & Neronis Circus. Fuit & Iulij Cæs.alia Transtyberim,in eius hortis.Tranquillus in Tyberio ita tradit is omnino toto ſeceſſus tempore Romam redire conatus ſemel Triremi uſq; ad proximos Naumachiæ hortos ſubuectus eſt,diſpoſita ſtationæ per ripas Tyberis, quæ obuiam prodeuntes ſubmoueret.

DE Cloacis,& earum ſtructura

CLoacas in Vrbe plures apud ueteres fuiſſe cōſtat, ſed unam maximā in Foro, in qua Cluacinæ ſimulachrum repertum, Tatius conſecrauit, & quia cuius eßet effigies ignorabat,ex loco illi nomen impoſuit.Cloacam(inquit Feſtus)à cloacādo.i.inquinādo.uel à colādo.i.fluēdo.Vlpianus uerò iurecōſultus à colluēdo dictā tradit, cū inquit, cloaca locus eſt cauus per quē Colluuies fluit ad Ciuitatum ſalutarē tutelā pertinēs,ut reficiātur, purgēturq; nā Cœlū peſtilēs, & ruinā minātur immūditiæ Cloacarū.Cloacas primus in Vrbe fecit Tarquinius Priſcus,conualles paluſtres exiccauit ducens inde foſſas ingentis altitudinis ad Tyberim, & ſaxorum molibus muniuit, ut æternū eſſet opus Quæ adeo firmæ fuerunt, ut immenſa ædificia ſupra ſuſtinerent. Iuncturæ ſaxorum adeo apte cohærent, ut intuentium oculos fallant. Liuius lib.1. ab Vrb. cond.Tarquinius (inquit) Foros in Circo

faciendos

faciendos curauit, & Cloacam, quæ maxima receptaculum omnium purgamentorum Vrbis ſub terra agendã, quibus operibus uix noua hæc magnificentia quicquam æquare poteſt. Plynius, Durãt, inquit, tamẽ à Tarquinio Priſco annis octingentis, propè inexpugnabiles, non omittendo memorabili exemplo, uel eo magis, quoniam celeberrimis rerum conditoribus omiſſum eſt, cum id opus Tarquinius Priſcus plebis manibus faceret, eſſetq; labor (incertum) longior, an periculoſior, paſſim conſcita nece, Quiritibus tædium fugentibus, nouum, & in excogitatum ante, poſteaq; remedium ille Rex, inuenit ut omnium ita defunctorum crucibus ſpectanda copora figeret ciuibus, ſimul uolucribus laceranda. Quamobrem pudor Romani nominis proprius qui ſæpe res perditas ſeruauit in prælijs, tunc quoq; ſubuenit. Amplitudinem Cauis eam feciſſe prodit, ut Vehẽ fœni large onuſtã tranſmitteret, poſtea per totam Vrbem factas idem auctor tradit. M. Cato, & Val. Flaccus Cenſor Cloacas in Auentino, & in alijs partibus, qua nondum erãt faciendas locauêre. Præterea Cloacas operũ omnium dictu maximum, ſuffoßis montibus, Vrbe penſili, ſubterq; nauigata id. M. Agrippa fecit in ædilitate, poſt Conſulatum corriuatis per meatum ſeptem amnibus curſu præcipiti torrentium modo auferre omnia coactis. Strabo lib. v. ita ſcribit.

Romani maximè animaduerterunt, quod Græci parui fecerũt, Strata uiarũ, Aquæductus, Cloacas, quibus Ciuitatis ſordes in Tyberim eluerẽtur. Tã tã aũt per Aquæductus Aquarum ubertas influit, ut per Vrbẽ, atq; Cloacas anẽs inũdare uideãtur, & uniuerſæ propemodũ ædes ſubterraneos meatus, ſyphones ad fiſtulas undoſas habeant. Quarũ ac curatißimã diligentiam. M. Agrippa egit, qui Vrbẽ plurimis ornamẽtis adornauit, qui Cloacas pro pè omnes inſtaurauit, plæraſq; nouas extruxit, extat præcipua iuxta Pantheon, quæ totam illuuiẽ Vrbis nunc Romæ in Tyberim ſubuectat, contra Inſulam Tyberinam. Purgationes olim Cloacarum Cenſores olitoribus uendebant mille Talẽtis, illud enim fimũ facilè ſuperat omnẽ ſtercorationẽ. Habebant præterea Cloacæ ſuos Curatores, ut inuentus Lapis iuxta Pontẽ Syxtum oſtendit qui nunc eſt ante Aedes. D. Vincentij ruſtici Patricij Ro. cum hac inſcriptione.

EX AVCTORITATE IMP. CAE
SARIS DIVI TRAIANI PAR-
THICI. F. DIVI NERVAE NEPO
TIS TRAIANI HADRIANI AVG.
PONTIF. MAX. TRIB. POTEST.
V. IMP. IIII. COS. III. MESSIVS RV
ſticus cura

STICVS CVRATOR ALVEI ET RIPARVM TYBERIS, ET CLOACARVM VRBIS .RR. RESTITVIT SECVNDVM PRAECEDENTEM TERMINATIONEM PROXIM. CIPP. P. CXV .S.

DE Vico Tuſco, & eius Ambitu.

QVicquid Campi iacet, inter Capitolium Palatium, & Auentinum, & Tyberim, dicebatur olim Vicus Tuſcus, à Tuſcis colonis primum habitatus, ubi principium, & in cunabula antiquæ Vrbis fuiſſe dicuntur. Vnde Propertius.

At tu Roma meis tribuiſti mœnia Tuſcis,
Vnde hodie Tuſcus nomina Vicus habet.

Dicebatur etiam (ut quidam tradunt) Campus Argæus, ab Argo Euandri hoſpite, uel ab Argiuo Hercule, & Libyſſas, quòd primum ex Libya illic frumentum aduectum eſt, facies tunc agri huius inſtar Arcus erat, cuius corda eſſet Alueus Tyberis Cornua ad Solis ortum, Rupes Auentina, ad occaſum Capitolina, media Palatina à fronte proſpicit, à ſiniſtris Cælio, à dextris Eſquilino iungitur.

Auentinus item à fronte Tyberim, & Capenam tenet, ad dexteram Cæliolo hæret, Capitolium ante ſe, & Portam Carmentalem cernit, hæret illi Quirinalis, has rupes antiqui ſeptem montes appellauêre. Area huius Arcus eſt quicquid Căpi iacet inter Auentinum, & Capitolium, & à Palatio ad Tyberim paludes plures eo paſſim Tyberina inundatio efficiebat, quæ hanc Areă non ſatis idoneam habitationi reddebat, antequàm factis Vortūno ſacrificijs in Alueum ſuum Tyberis reuerteretur. Cum conceſſiſſet naturæ Cœlius, & Galeritus Rex Hetruriæ ſucceſſit, conſenſu tribuum, ab eo tota Arcus area ſeptem collibus Vrbis adiacēs, Tuſcis data eſt, egeſtiſq; paludibus habitabilis reddita: & Vicus Tuſcus dicta. Ex Hetruria Larētia oriunda, & nupta prius uiro Tuſco Fauſtulo, & deinde Hetruſco Tarrutio, hæc regio ueteris ſepticollis. Porrò in Area hæc nomina ſunt, Libyſſus. Circus Max. Forum tranſitorium, Argiletus ſuperior, Argiletus imus, Via Sacra, Senatulum, Concordia, Græcoſtaſis, Aedes Saturni, Vetrunnus, qui & Ianus Quadrifrōs, Forū Boariū, Vicus lōgus, Arniēſis, Stellatinus, Sabatinꝰ, Lartellianus qui & Veiens, & Faliſcus. Quorū cognomina à Tuſcis ſunt commigrantibus in Ciuitatem Ro. Item Herculis Ara, ubi Olympus, & initium ſacri aratri iunctim à Germalia ad Viam Sacram, unde & nominis origo

miris origo, Forum Piſcarium, Porta Carmentalis, Aedes Pudicitiæ, rotunda Herculis, Forum Venalium, Lacus Curtius, Suburra, Suburbanum, Saturnia, ubi nunc eſt eius Aedes, atq; Aerariũ. M. Varro ita ſcribit in Suburranæ regionis parte princeps eſt Cælius mons, à Cælio Vibenno Tuſco nobili, qui ſua manu dicitur Romulo ueniſſe auxilio, contra Sabinum Regem; poſt Cælij obitum, quod nimis loca munita tenerent, neq; ſine ſuſpicione eſſent, deducti dicuntur in planũ, ab eis dictus Vicus Tuſcus, & ideo ibi Vortunnũ ſtare, quòd is Deus eſt Hetruriæ Princeps. Signum autẽ Vortunni erat in ultimo Vico Thurario, ſub Baſilicæ angulo de Celerinis, qui à ſuſpitione liberi, traductos uolunt in eum locum, qui uocatur Cæliolus. In Vico Tuſco tractabantur olim Serica, Martialis.

Nec niſi prima uelit de Tuſco uellera Vico.

Item ueſtium bombycinarum textura commendabatur, & lanarum uellera. Iuuenalis.

Et uellere Tuſco uexatæ, duræq; manus.

Vbi etiam unguentarij conſiſtebant. Fuerunt Vici ſine numero, quos longum eſſet omnes nunc deſcribere. Quarum clari, præter hunc, Vicus Patricius in Esquilijs, de quo ſuo loco dixi. Item Vicus Cyprius iuxta carinas, Cypron enim Sabini bonũ uocant, qui illic conſederunt boni ominis cauſa, cui poſtea Sceleratus nomen fuit, ob ſcelus Tulliæ

Vxoris Tarquinij Superbi in patrem Tullium. Nota eſt hiſtoria apud Liuium. Fuit & Vicus Africus quòd illic ex Africa diuertebant Hoſpites. Vicus Iugarius, uel quòd iuga boum ſuſpendebantur, uel ab Ara Iunonis Iugæ, quòd nuptijs præeſſet, & matrimonia iungere putaretur. Vicus Sobrius, ꝙ ibi non uino, ſed lacte Mercurio ſacrificaretur. Vicus Longus à longitudine. Vicus Sandalarius à ſandalijs calciamenti genere, uel quòd ibi Apollinis ſimulachrum Sandalia haberet. Fuerunt præterea Cliui, ut Cliuus Pubicus, Cliuus Capitolinus. Cliuus Palatinus. Cliuus Publicius, Vrbicus, Suburranus, Cliuus Scauri, & plures alij, quorum meminit. P. Victor in regionibus.

DE Foris priſcæ Vrbis, & eorum conditoribus.

SED quoniã Vrbis olim fora in hoc ambitu, circa Capitolium, & Palatium fuerũt, congruum uidetur in hoc loco de eorũ ornamentis, diſſerere. Fuerunt autem apud ueteres Fora .XVII. Romanum, Boarium, Olitorium, Piſcarium, Aenobarbi, Neruæ, quod & Tranſitorũ dicitur, Traiani, Suarium, Archimonium, Salluſtij, Diocletiani, Piſtorium, Forum Diui Cæs. Forum Auguſti, Rusticorum, Cupedinis, Palladium, Eſquilinum. Quæ à no

minibus

minibus conditorum magna ex parte dicta ſunt. Prima autem Fora extitère Iudiciale, & Venale, propter cauſas, & obſonia. Forum autem à ferendo dictum, ſcribit Varro. Quomodo uerò ea conſtituenda ſint, docet Vitruuius libro. V. ita tradēs, Igitur circū ſpectacula ſpatioſiora intercolumnia diſtribuantur in Porticibus Argentariæ Tabernæ, Mœnianáq; ſuperioribus coaxationibus collocentur, quæ & uſum, & uectigalia publica rectè erunt diſpoſita, magnitudinesq; ad copiam hominum oportet fieri. Oblongaq; erit eius formatio, more Latino, nam Græci quadratam conſtituunt. Ac primùm de Foro Ro. quod uetuſtate, dignitate, āplitudine cæteris præſtat, dicendū puto.

DE Foro Romano, & eius ornamentis.

FOrū Romanū omniū uetuſtiſsmū, & ornatiſsimum, inter Capitolium, & Palatium montes fuiſſe olim, ſatis conſtat. Pulcherrima habuit ornamenta, & multa templa ornatiſsima, & in primis Roſtra Populi Ro. ad radices Palatij, quæ prima fabricata fuerunt ex Roſtris Nauium Antiatum, quas Romani cœperunt. Liuius, Naues, inquit, Antiatum in Naualia Romæ ſubductæ, partim incenſæ, Roſtriſq; earum Suggeſtū in Foro extructum adornari placuit, Roſtráq; id Templum appellatū: fuerunt Noua, & Vetera.

Suetonius in funere Auguſti, bifariam, inquit, lau-
datus pro Aede Diui Iulij à Tyberio, & pro Ro-
ſtris ueteribus à Druſo filio, unde Roſtra, quæ pro
pe iuncta fuerant, in alium locum tranſlata ſunt,
Roſtra, inquit Pedianus, non eo loco tunc fuiſſe,
quò nunc ſunt, cum crematum eſt corpus. P. Clo-
dij, ſed ad Comitium propè iunctum Curiæ. An-
te Roſtra etiam, ut idem ſcribit author, fuit aurea
Syllæ imago. Imaginem eius ex auro equeſtrem
poſuêre, inſcripſeruntq; Cor. Syllæ Imperatori
fortunato. Erat & ſtatua Herculis Tuniciati habi
tu Aeleo: facie torua, titulo ſubſcripta. L. Lucullu
Imp. de Manubijs hoſtium dedicauit. Vnde ex hi
Roſtris per excellentiam omnia huiuſmodi ſedili
appellata ſunt ubiq; Roſtra, ſicut Palatia à Palati
Ro. ubi Reges prius, & cæteri magni uiri, ac pri
cipes conſederunt, In Foro etiam Ro. Numa Pom
pilius ſuſcepto Imperio Templum Veſtæ iuxta ſu
regiã ſtruxit, ubi erat Sacer Lucus, ſicut ante apu
Albam Cicero Lucus, inquit, Veſtæ ad radices P
latij, deuexus in uiam nouam, cuſtodiamq; Sacrori
Idem Rex lege patria Latinorum, per Virgin
fieri inſtituit, ut tradit Liuius. Aedes autem Veſt
poſita erat ſub Palatio, & nunc ex parte inferio
proxima eſt Eccleſia Sancti Syluestri in Lacu, ſiu
S. Mariæ Liberatricis. Argumẽto ſunt ſepulch
cum inſcriptionibus Veſtaliũ ante hos annos ill
eruta, numero

eruta, numero .XII. & eo amplius, ex quibus duo tantum maximarum deſcribenda curaui. Fl. Maniliæ, & Cleliæ Claudianæ.

Epitaphium Fl. Man. Veſt.

FL. MANILIAE VV MAX. CVIVS EGREGIAM SANCTIMONIAM ET VENERABILEM MORVM DISCIPLINAM IN DEOS QVOQVE PERVIGILEM ADMINISTRATIONEM SENATVS LAVDANDO COMPROBAVIT AEMILIVS FRATER ET RVFINVS FRATER FT FLAVII SILVANVS ET HIRENEVS SORORIS FILII A MILITIIS OB EXIMIAM ERGA SE PIETATEM PRAESTANTIAMQ.

Epitaphium Clæliæ .CL. VV.

CLAELIAE CLAVDIANAE. VV. MAX. RELIGIOSISSIMAE BENIGNISSIMAEQ. CVIVS RITVS ET PLENAM SACRORVM ERGA DEOS ADMINISTRATIONEM VRBIS AETERNAE LAVDIBVS .SS. COMPROBATA OCTAVIA HONORATA .VV. DIVINIS EIVS ADMONITIBVS

SEMPER PROFECTA (*ubi à latere erant*) COLLOCATA .XII. CAL. APRIL. XC. AVFIDIO ATTICO, ET .C. ALSINIO PRAETEXTATO COSS.

Conſtat autem Templum Veſtæ Sphæricum fuiſſe, abſoluta forma, inſtar pilæ ſine angulo, de induſtria ita conditum in terræ ſpeciem abſolutam.

Ouidius in Faſtis.

Terra pilæ ſimilis, nullo fulcimine nixa,
Aere ſubiecto iam graue pendet onus.
Stat ui terra ſua, ui ſtando Veſta uocatur,
Et rurſus.
Nil aliud Veſtam quàm puram intellige flãmam,
Nataq; de flamma corpora nulla uides.

In Aede Veſtæ ſeruabatur perpetuus ignis, ad ſimilitudinem Solis, & Syderũ perpetuæ lucis. Qui quoties extinguebatur, nouum, accẽſa ex Sole flamma pura elici oportebat, ſiue ut tradit Feſtus, Ignis Veſtæ ſi quando interſtinctus eſſet, Virgines uerberibus afficiebantur à Pontifice, quibus mos erat tabulam fœlicis materiæ tam diu uerberare, quouſq; acceptũ ignem cribro æreo uirgo in Aedem ferret. Sacra Veſtæ primus in Italiam Aeneas tulit.

Virgilius.

Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

In Templo Veſtæ Palladium, & Sacra Romanorũ

ſub uirginum

ſub uirginum cuſtodia ſeruabantur,Veſtales Templi cuſtodes legit quatuor Numa Rex:eaſq; autore Plutarcho,Virgines ſacrauit, Geganiam,Beroniam,Camillam,& Tarpeiam, Duas deinde, teſte Dionyſio,addidit Tarquinius Priſcus, quia non uidabantur quatuor ſufficere ſacrificijs faciendis, p̄ Vrbe Ro.quibus opus erat,adeſſe Veſtales, quæ poſtea fuerunt ſex,& is numerus manſit, ut quælibet tunc regio,ſuam haberet Veſtalem, quoniam tunc in ſex regiones diuiſa erat Vrbs. Incipiente Tarquinio ſecuti ſunt Reges cæteri.Idem primus inuenit ſupplicia,quibus à Pontifice punirentur, ob incuſtoditam uirginitatem.Depræhenſa una,regnāte eo Sacerdos,quædam Pinaria Publij filia interueniens non caſta Sacris. Solæq; Veſtales (quoniā fœminæ erant) ad ſuſtentandam uitam,fructus habebant de publico, uſq; ad tempora Theodoſij Imperatoris. Cæteri uerò Sacerdotes uiuebāt ex ſuis fortunis. Veſtalis erat matrima, & patrima,cuius parentes domiciliū in Italia habebāt.Facultas erat Veſtalibus nubere poſt trigeſimū annū, quo adſcriptæ erant Templo,quæ nupſerunt infortunatæ,uelut execrabiles fuerūt. Veſtalis non accipiebatur à Pontifice, minor ſex annis, & maior decem, ut ſcribit Antiſtius Labeo,triginta annos erant in tēplo,Decem primis annis erudiebatur ad Sacra, decem ſecundis erat miniſtra, poſtremis decem præ

fidebat, prima Veſtalium uocabatur maxima, ſicut hodie apud nos Abatiſſa. Adeò gratum, & uenerabile Populo Romano, id Sacerdotium, ut Sacroſanctæ haberentur, & concordiam inter ciues ſola ex autoritate, Veſtalium facerēt. Cum à Pontifice Veſtalis eligebatur, appellabatur Amata, ab illa prima electa, quæ Amata uocabatur. De inceſtu, & ſupplicio Veſtalium ſatis multa Plutarchus in Camillo. Aedem Veſtæ Bonæ Deæ, & Cereris, uiri non ingrediebantur, quàmuis à uiris ædificarentur. Ea uerò pars Palatini montis, ſupra Templum Veſtæ, quæ maximè ſpectat Forum Romanum, uocabatur Vellia, de qua .M. Varro ita inquit, Vellia unde eſſet plures accepi cauſas, In queis, quòd ibi eundem hunc locum à pecore dictum putant, quòd ibi paſtores olim, Palatini ante tonſuram inuentam, uellere lanam ſint ſoliti, ex quo Vellera dicuntur, unde à uellendo, Vellia dicta. In Vellia apud Aedem Deûm Penatium Germalum à germanis Romulo, & Remo dictū. In Vellia prætera prius habitauit Valerius Publicola, qui Aedes in ſummo loco ſitas, demolitus, ob affectati regni ſuſpitionem, ad inferiora Fori loca habitanda ſe contulit, tranſlata illuc materia, habitauitq; in Vico Publico, ut ſcribit Liuius.

Eadem montis pars habuit Domum Catulli, &

Catilinæ

Catilinæ. In eiuſdem montis cliuo, ante Aedem *nunc* Sanctorum, *Coſmæ, &* Damiani, *fuit olim* Templum *Deorum* Penatium, *de quo* Dionyſius *libro primo.* Templum *Romæ, inquit, oſtendi-tur, haud procul à* Foro, *ualde tenebroſum extru-ctum, non magnum, in hoc ſitæ ſunt* Deorum *Tro ianorum imagines, quas omnibus fas eſt uidere in inſcriptione habentes,*

DII PENATES.

Sunt enim adoleſcentes duo, ſedentes, pilam te-nentes, ueteris artis opera, multaq; alia Deorum iſtorum ſimulachra, in uetuſtis Templis, *& in omnibus,* Iuuenes *militari habitu apparent.* Erant *enim cuſtodes* Vrbis. Cicero *pro* Publio Sylla. Dij Patrij, *&* Penates, Qui *huic* Vrbi, *& huic* Im-*perio præſidetis, qui hoc* Imperium, *hanc liberta tem* Populo Romano, Qui *hæc tecta, hæc* Tem-*pla me* Cõſule, *ueſtro* Numine, *auxilioq; ſeruaſtis.* Teſtor, *&.*C. *fuit præterea in media parte* Ro. Fori, Lacus Curtius, *& hiatus terræ profundiſſi-mus, quem in locum* Curtius *quidam à poſtulione poſtulatus, equo inſidens, armatusq; pro* Populi *ſa lute, ſe deiecit,* Hoc *facto, ſtatim hiatus terræ, in ſolidam terram rediјt, & peſtis, per quam ſe de-uouerat, euanuit, ut ſcribit* Liuius. Valerius Maximus, Repentinum, *inquit, &* Curtij *ado-leſcentis nobilis in media parte* Fori, *præcipitio*

conſolidatum, ubi magna poſtea decora fulſerunt, Nulla tamen hodie pietate Curtij erga Patriam clarius obſeruatur exemplum.

Ouidius in Faſtis.

Curtius ille lacus ſiccas qui ſuſtinet undas:
Nunc ſolida eſt tellus, ſed fuit ante lacus.

Curtium Sabinum quendã militem fuiſſe, & dum iuxta eum locum bellum gereretur, in paludibus latuiſſe, antequàm cloacæ eſſent factæ. Quidam uerò tradunt eum locum fuiſſe fulguritum, & ex. S. C. ſeptũ iubente Curtio Cos. fuit præterea in parte Fori ad radices Palatij Templum Caſtoris, & Pollucis, iuxta Iuturnæ fontem, & Templũ Veſtæ, extant magna eius Aedis ædificia iuxta ponticulũ lapideum, ubi nuper effoſſa marmora cum inſcriptionibus. Quod Templum cõmuni titulo dedicatum ſub nomine tantùm Caſtoris dicebatur, Hac de cauſa ibi conditum, Nam cum. A. Poſthumius Dictator, ut ſcribit Cæcilius, apud Regillum lacũ cum hoſtibus conflictaſſet, ac uictor exiſteret, duo iuuenes candidis equis inſigni uirtute ibi apparuerunt, quos Dictator quæſitos, ut dignis eos muneribus honoraret, non repperit. Caſtorem, & Pollucẽ ratus, cõmuni titulo dedicauit. Ouid. lib. 1. Faſtoꝝ.

Fratribus illa dies, fratres de gente Deorum,
Iuxta Iuturnæ compoſuêre lacus.

Eos fuiſſe adoleſcentes, ſcribit Dionyſius, proceros

redeuntes

redeũtes è prælio ſpecie pugilum,equosq́; madidos ſudore adducentes, alluẽtesq́; ad Scaturiginẽ,quæ manat iuxta Aedem Veſtæ,lacum faciens profun dum paruum,multis circumſtantibus,nuntiaſſe,ui- ctores Romanos extitiſſe, Caſtoris, & Pollucis ſi mulachra ea credidêre. Strabo ſic inquit, Cumq́; in Foro Caſtoris,& Pollucis Templum ædificatũ,tan tis uenerantur honoribus, quos uniuerſi Conſerua tores appellant. Cicero in. C. Verrem, De latroci- nio loquor,auſum eſſe in Aede Caſtoris, Quod tẽ plum in oculis,& quotidiano aſpectu Po.Ro.poſi- tum eſt. Quo ſæpenumero Senatus conuocatur. Eius tectũ pulcherrimè laqueatum. Val.Max.lib. primo, Caſtorem,inquit,& Pollucẽ etiam illo Tẽ plo pro Imperio Po.Ro.excubuiſſe cognitum,quo apud lacũ Iururnæ ſuũ, equorumq́; ſudorẽ abluiſſe, uiſi ſunt. Iunctaq́; fonti Aedes eorum nullius homi- num manu reſerata patuit. Iidem etiam Dij,eodem in loco uictoriam de Perſe Macedoniæ Rege, & de bello Cymbrico,eodem die,quo uictor exti- tit. C. Marius, ut tradit. L. Florus. In hoc ambitu fuiſſe (aiunt)Vulcani Aedem, ante cuius Fores pe- pendit, uſq; ad incendium Gallorum,Scyphus ille: in quo Romulus,& Remus fuerunt expoſiti, ad ra dices Palatij,ubi nunc eſt rotunda Aedes. S. Theo dori,nam illuc uſq; Tyberis olim inferebat ſinum, ut ſcribit Propertius lib.3.cum inquit.

Hac quondam Tyberinus iter faciebat, & aiunt,
Remorum auditos per uada pulſa ſonos.
At poſtquàm ille ſuis tantum conceſſit alumnis
Vortumnus,uerſo dicor ab amne Deus.

Idem fermè ſcrbit Ouidius. Nam antea Tyberis(ut omnes ſcribunt poetæ, & hiſtorici) influebat per Velabrũ,Mutatuſq; eſt eius Alueus:á Tarquinio Priſco, deinde magnis ſaxorum molibus, M. Agrippa in utraq; ripa diſpoſitis coarctatus, & ob eam rationẽ poſitum fuit, in Velabro ſignũ Vertumni. Qui erat Deus in uertendarum rerũ. Expoſitio autem puerorum fuit in Comitio,ubi Ficus Ruminalis, qui locus poſtea Germalum, quòd germani eſſent fratres,dictus eſt, ſub Caprifico, quam Sacerdotes ſeruabant, ne interiret, nam ſi arruiſſet,Vrbis portendiſſet excidium Cor. Tacitus eodem inquit anno Ruminalem arborem,in Comitio: quæ.D.CCXL. annos Remi,Romuliq; infantiam texerat, mortuis ramalibus, & areſcente trunco diminutam prodigij locum habitum eſt, donec in nouos fœtus reuiuiſceret.Plynius etiam ita inquit,Ficus arbor in Foro ipſo, ac Comitio, Romæ nata ſacra fulguribus ibi conditis,magiſq; ob memoriam eius,quæ nutrix fuit Romuli, & Remi conditorum Vrbis,appellata, quoniam ſub ea inuẽta eſt Lupa,infantibus præbens mãmam(ita enim uocabant mammam)miraculo,ex ære iuxta dicata

& ad ubera infantes. Liuius, *ad Ficum, inquit, Ruminalem ſimulachra infantium, conditorum Vrbis, ſub uberibus Lupæ diſpoſuerunt, Ficus uerò Ruminalis dicta, uel à mamma Lupæ, uel quòd ſub ea arbore æſtiuo tempore, pecora ruminarent.*

Ouid. in Faſtis.

Arbor erat, remanent ueſtigia, quæq; uocatur
Romula nunc Ficus, rumina Ficus erat.

Ex qua quidem arbore, picus Martis pueris, cibos inferebat. Ouidius lib. 3. *Faſtorum.*

Lacte quis infantes neſcit creuiſſe ferino,
Et Picum expoſitis ſæpe tuliſſe cibos.

Nam ſub ea arbore, iuſſu Amulij, *expoſiti erant, Vnde ob eam cauſam, & eius lac quo pro coagulo paſtores utebantur, in maxima eſt habita ueneratione.* M. *Varro, Alij, inquit, pro coagulo addunt de Fici ramo lac. ideò apud Diuæ Rumiæ Sacellum à paſtoribus ſatam Ficum, ibi enim ſolent ſacrificare lacte: non uino, pro lactentibus, mammæ enim* Rumis, *ſiue ruminare à rumi, & inde ſub rumi dicuntur agni lactentes, à lacte. Cæterum ne res tãta in arctum conijciatur, ab Iliæ puerperio, paulò altius, ut clarius pateat. Res repetenda, ſiue illa genij, ſiue mortalis potius compreſſu, prægnans facta eſt, ubi ſibi uterum turgere ſenſit, ſimulata ægritudine, in priuato ſeſe continuit, non minus ad religionem, quàm ad cœlandum uterum,*

& ut polluto corpore Sacris abſtineret, Quãrẽ per fidißimum medicum Amulius ſciſcitatus, illã grauidam depræhendit, & cuſtodes adhibuit, Alij uerò ita tradunt. Cum ea aquatum exiſſet, in lucũ Martis propè Albam à genio loci compreſſam.

Ouidius in Faſtis.

Syluia Veſtalis (quis enim latet inde moueri)
  Sacra lauaturas inde petebat aquas.

Et quia locus Marti dicatus erat, dicunt à Marte compreßã, unóq; partu ædidit infantès, quibus Ruma .i. mamma lupæ nomen fecit. Alter Romulus, alter Remus appellatus eſt. Iubẽte Amulio Ilia mater in Aniene ſubmerſa eſt, Infantes uerò proiecti in Tyberim longius ab Alba. Fauſtulus Subulcorum magiſter, illos cum conſpexiſſet ſugere ubera Lupæ, exceptos in Alueolo Larentiæ uxori educandos dedit. Nam Tyberis hiberna pluuia auctus ſtagnum cum illuie fecerat, ut ſcribit. M. Varro. Locus tunc ſentibus ſquallebat, Ex proximis collibus Lupa ſitiens paulò ante fœta deſcẽdes, relictis catulis ubera, infantibus præbuit, quod multis uerſibus ſcribit Ouidius li. 2. Faſtorum. DE Ilia matre diſcrepãt inter ſe ſcriptores, De natis uerò ex Ilia L. Cincius, & Calpurnius Piſo ſcribunt, Infantes ipſos in Alueo iacẽtes, iubente Amulio expoſitos iaciẽdos in Tyberim. xv. ferè mil. paß. ab Alba diſtantẽ, ubi propius aſtiterunt, uidenteſq; Tyberim

continuis

continuis imbribus tumentem, ſuperatis ripis, in campos effluxiſſe. Erat enim Tybris breuibus ſtagnis ſuper ripas effuſus, nec adiri uſquàm ad iuſti amnis curſum poterat. Diſcedentes à uertice Palatij ad aquas ultimas, ſuper aqua ipſa Alueum expoſuiſſe innataſſeq́; ipſum parumper, poſtea recedenti paulatim, ab extremis ripis, riuo illiſum lapidi, atq; ſubuerſum infantes eieciſſe. Nam pueri uagientes, cum per eluuiem uoluerentur, Lupa quædā apparet, paulò ante fœta turgentibus, lacte uberibus, ea ſubmittebat ad ora puerorū, lingua quoq; cœnum abſtergens, quo pleni erant, Paſtores adueniunt, greges agentes in paſcua, uidens unus Lupam, conuocat illuc alios, rem ipſam ſpectaturos, terrentes clamore Lupam, ipſa ſenſim ab infantibus diuulſa, in propinquum Sacrum locū, ſylua dēſa contectum diuertit, qui petra caua fontes emittens, Saltus Panos eſſe dicebatur, ubi erat eiuſdem Dei Ara, in quem locum Lupa ſe recipiens, diuertit. Antrum uerò coniunctū Palatio ædificijs oſtēditur, iuxta uiā, qua itur ad Circum, Templumq́;, ei ꝑximus, in quo eſt imago huius caſus, Lupa præbēs duobus ubere infantibus, antiqua opera ſimulachra ærea, quæ hodie ſunt in Capitolio, ut dictum eſt. Fauſtulus uerò magiſter Regij pecoris, clam omnibus (ut ſcribit Plutarchus) illos ex ſuo loco aſportauit. Fuit præterea in medio Foro, Templū

Iani ut ſcribit Procopius, cuius ætate adhuc exta bat, ſed incultum, cum inquit, Templum Iani in me dio Foro Ro. ex aduerſo Capitolij, paulo ſupra eũ locum, quem nunc Romani tres Parcas appellant, Erat enim Sacellum totum ex ære conſtitutũ, qua drata quadam dimenſione locatum, tantæq; ampli tudinis, quãta integi Iani ſtatua poterat ænea, quin que pedalisq;, Capite dumtaxat bifrons. Altera fa cies Orientem, Altera Occidentem Solem reſpi ciens, portæ utrinq; æneæ, quæ pacis tẽpore clau debantur, inſtante autem bello aperiebantur. Sed tunc incultum, propterea quòd pudebat Chriſtia nos in eo Templo ueteres ritus ſacrorum referre, & uocabatur Ianus Geminus, de quo Plynius lib. xxxv. Nat. Hiſt. ita ſcribit. Ianus geminus à Nu ma Rege dicatus, qui pacis, belliq; Argumento co litur, digitis ita figuratis, ut. cccl. dierum notam per ſignificationem annui temporis, & æui ſe De um indicat. Quod ter apud ueteres, clauſum fuiſ ſe memoratur, Semel. T. Manlio. Cos. Iterum ſub Cæs. Auguſto, tertium Veſpaſiano principe. Item Ouidius ita ſcribit.

Sanguine lætifero totus miſcebitur Orbis,
Ni teneant rigidæ condita bella feræ.

Virgilius.

Sunt geminæ belli portæ.

Gordianus. ut tradit Iul. Capitolinus. Aperto Ia

no geminus

no gemino profectus eſt contra Perſas. Cuius Tēpli forma uiſitur hodie in Nomiſmatibus Neronis ubi titulus. PACE. P.R. TERRA MARIQ. PARTA IANVM CLVSIT. Fuit præterea in capite Fori Ro. Vmblicus Vrbis & Columna miliaria, ſiue miliarium aureum, conſtitutum ad ſingulas portas, Quas ætate ſua Plynius. xxiiij. fuiſſe oſtendit. Plutarchus uerò tradit fuiſſe Columnā Auream, in qua inciſæ omnes Italiæ uiæ finiunt. Quā fuiſſe iuxta Aedem Saturni ſcribit Tacitus, cum inquit, Perrexiſſe cohortem ad aureum miliarium, ſub Aede Saturni. Idem ferè tradit Plutarchus in Othone. Fuit etiā in hoc ambitu, Columna Mœnia, à Mœnio ſic dicta. Qui abſumpto patrimonio domū uendidit, reſeruata ſibi una Colūna, in qua ligna proijceret, unde Gladiatorios ſpectaret ludos in Foro. Cicero pro .P. Sextio, Venit, inquit (ut ſcitis) ad Columnam Mœniā tantus ex omnibus ſpectaculis, uſq; à Capitolio, tātus ex Fori Cancellis plauſus eſt excitatus, ut nunquàm maior conſenſio, aut apertior Po. Ro. uniuerſi fuiſſe ulla in cauſa diceretur. A Mœniano præterea Mœniana dicta conſtant, Quæ ſunt ædificia prominentia in ædibus. Suetonius, Pauci, inquit, è proximis Mœnianis ſpectabant. Fuit & iuxta Forū ædes Victoriæ, quā. L. Volūnius Aedilis.

Cur.ex mulctatitia pecunia faciendam curauerat dedicauit.Author Liuius,fuerunt & in latere Fori Ro. Scalæ annulariæ, & Domus Cæs. Auguſti, ubi per.xl.annos habitauit. Fuit & Pila Horatia, quæ erat lapis angularis: ſupra quam ſpolia Horatiorum pendebant. Fuit & Atrium Mineruæ, Porticus Iulia,& Templum Veneris Genitricis,quam Diuus Iulius excitauit. Appianus, erexit, inquit, Veneri genitrici Templum,ut prius ad Pharſaliũ uouerat bellum initurus.Atriumq́; Templo circumduxit, Quod Romanum Forum eſſe uoluit, non rerum quidem uenalium, ſed eorũ, qui ad iura ſimul conuenirent,Cleopatræ illuſtrem Deæ imaginem Templo contulit. Fuit & in Volcanali Lotos à Romulo ſata, radices eius in Forum uſq; Cæſaris per ſtationes Municipiorum penetrabant,ut author eſt Maſurius. Fuit & Equus Cæſaris, Equus aureus Domitiani,& Equus Conſtantini Imp.Fuerũt præterea Tabernæ nouæ,& ueteres,Liuius,Pluribus, inquit,ſimul locis, circa Forum incendium ortum, Eodẽ tempore,Septẽ Tabernæ,quæ poſtea quinq;, & Argẽtariæ,quæ nunc nouæ,appellantur,arſere, cõpræhenſa poſtea priuata ædificia,neq; enim tunc Baſilicæ erant,compræhenſæ Lathomiæ,Forumq́; piſcarium,& Atriũ Regium, Aedes Veſtæ uix defenſa eſt. Locauerant inde quæ circa Forũ conſumpta incendio erant, ſeptem Tabernas,Macellum,Atrium

cellum, Atrium Regiũ. Tebernæ, namq; Fori prius ſeptem, deinde quinq;. Iuuenalis Satyra prima,

Sed quinq; Tabernæ,
Quadringenta parant.

Ideſt, Equeſtrem cenſum. Fuit præterea in Foro Romano, Cloaca maxima, quæ omnia Vrbis purgamenta excipiebat, iuxta quam locus erat, qui uocabatur Doliola, à Doliolis ſub terra, ubi non licebat ſpuere, Quo in loco, quædam myſtica Numæ Pompilij condita eſſe putabantur. Nec deſunt qui tradant Gallorum ſenonum, in quibuſdam illorum cineres fuiſſe conditos. Surgebant olim circa Forũ nouem Fontes, qui poſtea ob ingentia ædificiorum fundamenta deſierunt. Iminebat præterea Foro rupes Capitolina, unde ſontes præcipitabãtur, ſicut nunc iugo eius collis facinoroſi puniuntur. Extant ad radices montis, Templum. S. Mariæ gratiarũ, & Templũ Conſolationis, Votis, ac miraculis clarum. Vocabatur olim hoc Forum, Romanum, Latium, ac Palladium. Et regio. viij. antiquæ Vrbis Forum olim Ro. dicebatur, & habebat magnũ ambitum. Poſtea Iulius Cæs. deinde Auguſtus, Forum ipſum Ro. ampliauerunt: quoniam non uidebatur unum Forũ ſatis eſſe ad cauſas agendas: ſua uterq; princeps Fora huic adiunxerunt, & uocabantur Iudicialia. Martialis ad Sextum.

Cauſas inquis agam Cicerone deſirtius ipſo:
Atq; erit in triplici par mihi nemo Foro.

Ideſt, Ro. C. Cæſaris, & Auguſti.

Forum Cæſaris, & eius ornamentis.

FORVM Cæſaris dict. Ro. Foro coniunctũ & in eo ambitu fuiſſe creditur, ubi nunc extat Porticus Fauſtinæ, haud longè à domo ſua, quod Forum de manubijs inchoauit. Cuius Area ſupra ſeſtertium millies conſiſtit, ubi ſtatuas pulcherrimas collocauit, inter quas Loricatam ſibi dicari paſſus eſt, breui quidem ſpatio Forum, ſed inter Vrbis ornamenta illud fuiſſe ſcribit plynius.

Ouidius libro tertio de Triſtibus.

Hæc ſunt Fora Cæſaris inquit,
Hæc eſt à Sacris, quæ uia nomen habet.
Hic locus eſt Veſtæ, qui Pallada ſeruat, & ignem.
Hic fuit Antiqui regia parua Numæ.

Quæ loca erant olim fermè inter ſe contigua. Haud longè à domo ſua, de qua Suetonius, habitauit, inquit ante in Suburra modicis ædibus: poſt autẽ adeptũ Pontificatũ Max. in Via Sacra, domo publica, quã poſtea Auguſtus ſumptuosè nimium à Liuia ornatã ſolo æquari iuſsit, & in ea Porticu Liuia extructa, ubi nũc ſunt ruinæ Templi Pacis.

DE Foro Auguſti, & eius ornamentis.

FORO Cæſaris, & Foro Ro. iunctum erat Forum Auguſti, quod fuiſſe creditur, ubi nũc

eſt Templum

eſt Templum S. Hadriani in tribus Foris, quod ad huc ſeruat priſcum nomẽ, breue quidem ſpatio Forum, ne poſſeſſoribus, & eius loci incolis ædes auferret, tanta erat in eo principe clementia, erga ſuos ciues, ſed uetuſtis ſimulachris ornatiſſimũ Forum, in quo locatum erat ſignum Caſtoris, & Pollucis, cum Victoria, Alexandri Magni, & eius imagine, ab Apelle depicta, ubi & ſtatua Coruini, & in eius caſſide pugnacis corui ſimulachrum. Suetonius in Auguſto Publica, inquit, opera plurima exſtruxit, ex quibus præcipua Forũ, cum Aede Martis Vltoris, quam Marti, bello Philippenſi pro ultione paterna, ſuſcepto, uouerat. Fori autem extruẽdi cauſa fuit hominum, & iudiciorum multitudo, quæ uidebatur, non ſufficientibus duobus, etiã tertio indigere. Itaq; feſtinantius, nec dum perfecta Martis Aede, publicatum. Cautumq; ut ſeparatim in eo publica iudicia, & Sortitiones iudicium fierent. Sanxitq; ut de bellis, & triumphis conſuleretur hîc. Senatus Prouincias, cum Imperio petituri hinc deducerentur. Quiq; uictores rediſſent, huc inſignia triumphorum inferrent. Quod Forũ poſtea ab Hadriano Imperatore inſtauratum eſt. Vnde opinio orta, Hadrianum ipſum: ibi Templum ſub nomine ſuo extruxiſſe, quod poſtea ab Antonino Pio dicatum, ut infra dicetur.

Idq; Hadrianū primū Pont. Max. Hadriano martyri dedicaſſe in tribus Foris, quod adhuc extat ex ueteri ſtructura, & æreis portis ſatis conſpicuum. Iulius Capitolinus in Antonino Pio. Opera eius, inquit, hæc extant Romæ Templum Hadriani honori patris dicatum, Græcoſtaſi poſt incendium reſtitutum, inſtauratum Amphiteatrum. Sepulchrum Hadriani. Templum Agrippæ. Pons Sublicius.

DE Foro Boario, & eius ambitu

INter Forum Romanum, & Tyberim occurrit Forum Boarium, ab æneo bouis ſimulachro nūcupatum, quod erat ibi poſitum, ut ſcribit Ouidius in Faſtis, cum inquit.

Hic, ubi pars Vrbis, de boue nomen habet.

Plynius uerò, Bos, ait, æneus, in Foro Boario erat, Romæ captus, è Genitico Inſula officinarum temperatura nobilitata, & Hercules ab Euandro poſitus, in Foro Boario ueſtitus habitu triūphali. Cor. Tacitus ita ſcribit, Igit à Foro Boario, ubi ænei Tauri ſimulachrum aſpicimus, quia id genus animalium aratro ſubditur, Sulcus deſignandi oppid cœptus, ut magnam Herculis Aram complecteretur, & quæ ſequūtur. Sunt qui tradant à negotiatoribus Boarijs ita dictum: Argumēto eſt paruus, a ruinoſus Arcus iuxta Aedem nunc. S. Georgij i Velabro, ubi titulus in poſtrema parte ita uocatu negociatores Boarij, quòd ibi boues uenderentu

ſicut nunc

ſicut nunc, in Foro Ro. *manetq́; argumentum Sa-crificiorum, ubi taurorum immolationes, & instru menta, cum uictimarijs, &* Sacrificulis, *ad rem ac cinctis.Vbi &* proximus Ianus *quadrifrõs, adhuc* extat *marmoreus, malè* integer, celebris *olim mer catorũ loc⁹, in* regione *Baſilicæ.*Plures *olim apud* ueteres *ſuerunt* Iani, *quorum hic tantũ nunc* extat *nam* Ianus *tranſitus, ſiue* Logia *uocatur.*M. Varro *ſcribit,* Iano.xij. Aras pro totidem *menſibus fuiſſe dicatas.*Iani *per omnes* regiones *incrustati, & or nati duo præcipui, unus in* Foro Boario, *& alter in* Foro Ro. *ad* Arcum *Fabianum.* Ianum, *inquit* Li-*uius, ad ſiniſtrum* Argiletum, *& hunc priſcum, plu res uerò poſteriores.*Ouid.lib.1.Faſtorum.

Cum tot ſint Iani, *cur ſtas* Sacratus *in uno?*
Hic ubi iuncta Foris Templa *duobus habes.*

Solus *hodie hic* Quadrifrõs, *à quatuor* Orbis *par tibus, ſiue anni temporibus, ita cõſtitutus, quia ipſe* Deus *anni eſt* Princeps.*Vnde &* Ianuarius *men-ſis dictus eſt.*Ianum *primus* Numa *iuxta* Theatrũ Marcelli *bifrontem fecerat, ſed poſtea captis* Pha*lerijs ciuitate* Tuſciæ, *inuentum eſt ſimulachrũ* Ia-*ni quatuor frontibus, propter quatuor anni tempo ra.*Vnde *quod* Numa *inſtituerat, tranſlatũ poſtea in* Forum Tranſitorium, *quod erat tunc* Boarium, *quod deinde uocabulum inditum eſt* Foro Neruæ, *multis poſt ſæculis condito.* Et *quatuor portarum*

unum templum Iano *inſtitutũ* In Velabro.Duplex *enim erat,*Velabrum *maius,& minus, & in utroq;* Ianus. Maius *in* Foro Olitorio: *ubi prius erat* Ianus *biceps.* Minus,*ubi* Ianus *quadrifrans: quod adhuc extat.* Vbi *celebris olim mercatorũ ſedes, ubi fœneratores conſiſtebant,ut* Cic. & Horatius *tradunt.*Ouidius.

Qui Puteal, *Ianumq; timent, celereſq;* Calendas.

Puteal *aũt locus erat,ubi cauſæ agebãtur,id fuiſſe creditur in* Foro Ro. *iuxta fornicẽ* Fabianũ, *quòd ibi* Libo *ius dixerit, nã* Libonis Puteal *uocabatur.* Extat *adhuc in* Velabro Templũ.S. Georgij,*quod* Zacharias Papa,*natione* Græcus,*excitauit: unde in hodiernum uſq; diem dicitur.*S.Georgius *in* Velabro,*quod imperiti,ad* Vellus Aureũ *pronunciãt.* Velabro *autem à uelatura nomen inditum,* Nã *antequàm paludoſæ cõualles, & reſtagnantia circa* Tyberim *loca deſiccarẽtur,* Scaphis,& Cymbulis *opus erat è* Palatio, & *citerioribus locis in* Auentinum *nauigare, &* pro *uelatura ſtipem ſoluere.*

Propertius.

At *qua* Velabri *regio patet,ire ſolebat,*
Exiguus *pulſa per uada* Lynter,*aqua.*

Ouidius in Faſtis.

Qua Velabra *ſolent in circum ducere pompas,*
Nil *præter ſalices,craſſaq; canna fuit.*

Hîc,*ubi*

Hic,ubi nunc Fora *ſunt* Lyntres *errare uideres,*

Quaq́; iacent ualles maximè Circe *tuæ.*

Quæ reſtagnatio ex eruptionibus Tyberini *fle=xuoſi illic ſinus fiebat,antequàm* Tarquinius Pri=*ſcus alueũ mutaret.* Sueto. *in* Cæſare Gallici *triũ phi die* Velabrũ *præteruehẽs,penè curru excuſſus eſt,axe disfracto: aſcenditq́; Capitoliũ ad lumina* lx.*Elephãtibus dextra, & ſiniſtra* Lycnos *geſtan tibus.* A Velabro *olim incipiebat* Cliuus Pub. *ad* Capitolij Arcẽ.*In hoc ambitu erat* Vicus Iugarius *inter* Forũ Ro.*&* Boariũ,Liuius, Saxũ *ingens, in quit,è* Capitolio,*in* Vicũ Iugariũ *procidit,& mul tos oppreſſit.Aiunt* Herculẽ *ab Euandro exceptũ liberaſſe ea loca à latrociniis,& formidine* Caci: *Cuius antrũ erat in Auentino.* Ouidius *in* Faſtis.

Cacus *Auentinæ timor,atq; infamia ſyluæ,*

Non *leue finitimis hoſpitibusq́; malum.*

Ob cuius rei memoriã duas Aedes *uictori* Herculi *excitatas fuiſſe memorant,unã ad* Portam Trige *minã,ubi interfecto* Caco *raptas boues recepit,ut meminit* Macrobius.*Alterã in* Foro Boario *rotun dã,& paruã,ut ſcribit* Liuius. *Quæ adhuc extat in ripa* Tyberis,*ſub titulo nunc.*S. Stephani Pro=*tomartyris. Quæ depicta dicitur,à* Pacuuio *Poë ta,*Ennij *ſororis filio.* Plynius, *in* Aedem, *inquit,* Herculis, *in* Foro Boario, *neq; muſcæ, neq; canes intrant,ſub cuius limine calaua latebat.*

Hercules, inquit Solinus, *ſuo quoq; numini conſtituit Aram, quæ maxima apud* Pontifices *dicebatur: Cũ ſe è* Nicoſtrata *Euandri matre, quæ à Vaticinijs* Carmenta *dicta eſt, immortalem comperiſſet, conſeptum eſt intra ritus* Sacrorum *factis, bouicidijs docuit potitios.* Sacellum Herculis, *in* Foro Boario, *in quo argumenta, & conuiuij, & maieſtatis eius remanent, nam* Diuinitus, *nec muſcis nec canibus ingreſſus eſt. Et enim cum uiſcerationem* Sacrificulis *daret, muſcarum dicitur imprecatus* Deum Clauam *uerò in aditu reliquiſſet, cuius olfactu fugerent canes: idq; uſq; nunc durat.* Fuit *præterea diuerſa ab hac* Aede Herculis Ara *in eodem* Foro, *haud longè ab hoc loco, in aditu* Circi Max. Liuius *tradit* Euandrũ, *primam* Herculi Arã *condidiſſe in* Auentino, *&* Herculem *ſtruxiſſe ſibi* Aram: *quæ* Maxima *dicta eſt.* Ouid. *in* Faſtis.

Immolat ex illis *taurum tibi* Iuppiter *unum*
Victor, *&* Euandrum, *ruricolasq; uocat,*
Conſtituitq; ſibi (*quæ maxima dicitur*) Ara,
Hic, *ubi pars* Vrbis *de boue nomen habet.*

Ad *quas* Hercules Decumas *obtulit, ut ſcribit* Dionyſius, *& uocatur à* Romanis *maxima, eſt enim in* Foro Boario *proxima ueneratione, quæ apud incolas inter cæteras præcipua, nam deierationes per eam fiunt, & contentiones, uolentes aliquid firmi conficere, & decumationes fiunt ex uotis, ornatu*

tamen ipſo

tamen ipſo multò inferior, quàm opinione. Erat enim ſubterranea crypta, ubi in eius ruinis, ætate mea effoſſum fuit Herculis *æneũ, auratumq́; ſimu-*lachrũ, quod *nunc eſt in* Capitolio, *in ædibus* Con*ſeruatorum, conſecrataq́;* Aedes *poſtea à* Senatu, *monitu* Sybillinorum Car. *ſub* Dictatore Sylla: *quam dedicandã probauit,* Ouid. *in* Faſtis.

Altera pars Circi *cuſtode ſub* Hercule *tuta eſt,*
Quam Deus Euboico *carmine munus habet.*

Et *rurſus.*

Si *quæris titulos,* Sylla *probauit opus.*

Sed potius *cuſtodis* Herculis Aedes, *in* Circo *fl.* *fuiſſe creditur, ut poſtea dicetur.* Colebatur *enim* Hercules *Græco cultu, is uicto* Gerione, *& ab actis eius bubus, illuc appulit, & ab* Euandro, hoſpitio exceptus. Erant *ante* illic *nemora, & ſylueſtria* loca. Virg. lib. 8. Aeneid.

Hæc *nemora indignæ,* Fauni, Nymphæ*q́; tenebãt.*

Tradunt Seruium Tulliũ *duo templa in* Foro Boario *excitaſſe, unum* Fortunæ Proſperæ, *& alterũ matris* Matutæ. Proſperæ *nulla extant ueſtigia,* Ouidius lib. 6. Faſtorum.

Lux *eadem* Fortuna *tua eſt, auctorq́;, locusq́;,*
Sed *ſuper inductis* quid *latet, æde togis.*

Erat *enim eius ſtatua uelata, quod pudebat* Cœleſtem Deam, *cum mortali concumbere, nam cũ* illo *nocturno tempore, per feneſtram, quæ* porta Fene

ſtella dicta eſt, ingreſſa concūbebat, ut ſcribit Plutarchus in Problemmatibus. Ouid. *in Faſtis.*

Nocte *domum parua ſolita eſt intrare feneſtra,*
Vnde Feneſtellæ *nomina* Porta *tenet.*

Proſpera *uerò dicta, quòd in hoc uno* Rege *non fuit cæca, arſerat enim hoc* Templū, & *ſtatua eius manſit illeſa, tuente parte eius* Vulcano. Nam *ex genitali (ut aiunt) in cinere uiſo cōceptus eſt.* Matris *uerò* Matutæ Aedes *in* Foro Boario, *adhuc extat, quota pars rotunditatis, inter proxima nunc proſtibula iuxta* Circum Max. Idē *in eodem.*

Ite *bonæ matres ueſtrum matralia feſtum,*
Flauaq; Thœbanæ *reddite* Liba Deæ,
Pontibus, & *magno iūcta eſt celeberrima* Circo,
Area *quæ poſito de boue nomen habet.*
Hic *ubi luce ferunt* Matutæ *Sacra parenti,*
Sceptriferas *ſerui* Templa *dediße manus.*

Camillus, *inquit* Liuius, Aedem Matutæ *refectam dedicaturus, iam ante à* Rege Tullio *dedicatā, eodem die* Matutæ, & Fortunæ Proſperæ *feſtum celebrabatur, & utrunq;* Templū *uno incendio abſumptum.* Idem *in eodem fædum incendiū inter* Salinas, & Portam Carmentalem *cum* Aequimelio Iugarioq; Vico *latè uagatū in* Tēplo Fortunæ & Matris Matutæ, & Spei *extra* Portā. Fuit *præterea in* Foro Boario Aedes Pudicitiæ Patriciæ, *ab* Aemilio *condita, quæ adhuc extat ueteri ſtructura*

ex lapide

ex lapide Tyburtino:uetuſtate iam penè collabēs, quadratæ,& anguſtæ formæ,in ripa Tyberis,ſub titulo nūc.S.Mariæ Aegyptiacæ, inter Oenopolia,& Proſtibula,iuxta Pontem eiuſdem nominis, haud longè ab Aede Herculis,rotunda, & parua, de qua ſupra dictū eſt.Pudicitiæ Aedē nō ingrediebantur,niſi pudicæ,ac nobiles matronæ.Liuius, inſignē,inquit, ſupplicationē fecit certamen in Foro Boario,ad Aedem rotundā, & paruā Herculis, inter matronas ortum.Vnde Propertius.lib.2.

Templa Pudicitiæ quid opus ſtatuiſſe puellis:
Si cuiuis nuptæ quidlibet eſſe libet.

A cuius Sacris arcebātur plœbeiæ.Ea de cauſa excitatū eſt alterū Pudicitiæ Plœbeiæ Sacellū,in Vico Longo,à Virgine Plœbeia,Plœbeio uiro nupta conſtitutū,ut ſcribit Liuius. Fuit præterea in Foro Boario Argiletū,ab Hoſpite Euādri Argo (ut placet Virgilio) nuncupatū, quòd illic Argus fuerit ſepultus, uel ut alij putant ab Argilla creta,quæ illic effodiebat̄.Fuit aūt Argiletus duplex,uel ſummus,& imus.Sūmus in principio Vici Tuſci inter Circū Maximū,& Auentinū,ubi lœtū ſimul & ſepulchrū.Imus uerò ubi Ianus Quadrifrōs,in Velabro,Qui & Vertūnus in fine Vici Tuſci ſub Capitolio:ubi Saturniæ ueſtigia,& frequētes rerū ue naliū tabernæ,ubi & libri erāt uenales.Martialis.

Argilœtanas mauis habitare tabernas.

DE Foro Piſcario.

FOrum Piſcarium, inter Boarium, & Olitoriū iuxta Tyberim fuiſſe creditur, ut ſcribit. M. Varro, cum inquit, Forum Piſcarium ſecundū Tyberim, ad Ianum uocant, cuius Templum (ut dixi) erat iuxta Theatrum Marcelli, In eo ambitu, ubi nunc eſt Aedes. S. Mariæ in Porticu, In Foro Piſcario non modò piſces olim, ſed aliæ diuerſæ res uendebantur. Plautus.

Apud priſcum inquit, ubi uariæ res uenduntur.

DE Foro Olitorio, & Antiquis eius Templis.

FOrum Olitorium extra Portam Carmentalē inter Capitolium, & Tyberim: ubi nunc Theatrum Marcelli, qui locus hodie uulgò dicitur, Platea Montanaria. ubi fuit Templum Iani, quod Gn. Duillius uouit, diuerſum ab illo, quod Numa condidit, Tacitus lib. 2. Dedicauit, inquit, & Iano Templum Tyberius Cæs. quod apud Forum Olitorium Gn. Duillius, qui primus Rem. Ro. proſperè mari geſſit, uouit: triumphumq; naualem de Pœnis meruit; Ad hoc templum (ut nonnulli tradunt) bellum ſuſcepturus Conſul frequenti Senatu primoribus patrum, ac militibus comitatos, Ipſéq; Gabino cinctu ſolenni more fores Templi reſerabat, ut Maronis quoq; carmē teſtatur. Spei autem Aedes à Germanico ſacratur, quam. M. Attilius Glabrio Decē

uir uouerat, ſtatuam auratam, quæ prima in Italia uiſa eſt, quo die cum Rege Anthiocho apud Termopylas pugnaſſet, locaueratq; idem ex.S. C. auctor Liuius, Fuit & in eodem Foro Templum Pietatis, ubi eſt Theatrũ Marcelli, ut ſcribit Plynius, & Solinus: fuit & Columna Lactaria, ad quam infantes lacte alendi deferebantur. Forum autem Olitorium, ut ſcribit Varro, erat antiquum Macellum ubi olerũ copia, Ea loca inquiens etiam nunc Lacedæmonij uocant Macellum, Sed Iones oſtia hortorum Macellotas dicunt, fuerũt olim à dextero Capitolij latere continuata Fora, & interſe contigua Olitorium, Piſcarium, Boarium, Romanum, Iulij Cæs. & Auguſti, Neruæ, & Traiani.

DE Foro Neruæ, ſiue Tranſitorio

SVpra Forum Ro. occurrit Forum Diui Neruæ Imperatoris, inter Aedem nunc. S. Hadriani in tribus Foris, & Templũ. S. Baſilij, ubi nunc ſunt horti ad radices Capitolij. Fuit autem Forum ſatis conſpicuum, in cuius medio, ut ſcribit Pauſanias, ſtabat Columna ænea, mire magnitudinis, quæ ſuſtentabat totum Fori tectum, ex Laminis Oricalchi, ſubſtructum, ubi intrinſecus lumen erat ambiguum, cœptum ante, id Forum à Domitiano, ut tradit Suetonius, cum inquit, Nouam autem excitauit Aedem in Capitolio Ioui cuſtodi, & Forum, quod nunc Neruæ uocatur, quod Tranſitorium dicitur,

ut ſcribit Aelius Spartianus in Alexandro Seuer ita inquiẽs, Statuas Colloſſas, aut pedeſtres nuda aut equeſtres Diuis Imperatoribus in Foro Diu Neruæ, quòd Tranſitorium dicitur, locauit, cum ti tulis, & columnis æneis, quæ geſtorum ordinẽ cõ tinerent. Idem princeps etiã ſtatuas ſummorũ uiro rum in proximo Traiani Foro collocauit, undiq trãſlatas, ut hoc modò ſui generis obſcuritatẽ cõ tegeret. Vnũ ex omnibus Neruæ Forum habet ho die ornamenta quædam uetuſtate, & incendio cor rupta, & parietes amplos à ſuperiore latere, ub etiam parua Porticus incendio fermè abſumpta qui locus hodie ab imperitis uocatur Arca Noe ab eruditis uerò Arcus Neruæ, extant abhuc à de xtero latere, duo Fornices iactu lapidis inter ſe di ſtantes, nudati tamen, ubi quædam triumphalia ex marmore ornamenta uiſuntur.

DE Foro Traiani, & eius ornamentis.

CONtiguum Neruæ Foro erat Forum Traia ni inter Capitolium: & Quirinalem extru ctum, ubi columna Cochlidis adhuc extat erecta fuit autẽ Forum ornatiſſimũ, cũ Templo, & equ æneo, eiuſdem principis, ubi erant ornamenta ex toto terrarum orbe exquiſita, & porticus adeò mi rabile opus, ut qui intuerentur, non potuerint cre

dere manibus

dere manibus hominum facta, ſed Gigantū, cuius fragmento nuperrimè è profunda terra eruta uidimus, ſub Capitolio, è lapide candidiſsimo miræ amplitudinis, ad quod Forū ædificandū pars Quirinalis, quæ Capitolium contingebat exciſa, atq; ſolo æquata, ne ſuo ſpatio frauderetur, de quo Caſſidorus in Epiſtolis, Traiani Forum, inquit, aſsiduitate uidere, miraculum eſt. Ad quem locum cū Cōſtans Conſtantini filius, Conſtantinopoli natus, & educatus perueniſſet, ſingularem ſtructurā primum attonitus cernens, perq; giganteos contextus circumferens mentem. Omni itaq; ſpe talia cōficiendi, amota, Traiani Equum ſolum locatum in Atrij medio imitari ſe uelle dicebat, cui regalis Orſmida reſpondit ſtabulum prius tale condas. Cuius equi imago uiſitur in eius principis Nomiſmatibus, in quibus pro maiori parte, a tergo tituli leguntur.

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI.

DE Foro Suario, & Archimorio.

SVB eodem Quirinali monte, inter Palatium nunc uetus. D. Columnenſium, & uiam quæ ducit in montem Caballum, ubi hodie ſunt horti. Fuit olim Forum Suarium à ſuibus cognominatum, quòd illic apud ueteres, ſues uenderentur.

Argumento eſt Eccleſia condita ſub titulo. S. Nicolai de Porcilibus. Veteres enim ſeparata, & conſtituta habebãt loca, ubi res peculiariter uenderẽtur. Vt Forum hoc Suarium, ubi ſues, Piſcarium, ubi piſces, Olitorium, ubi olera priſci Ro. mercarentur.

DE Foro Archimorij.

¶ Poſt hunc locum, iactu fundæ, ſub monte Apollinis olim, & Clatræ, fuit Forum Archimoriũ, ubi nunc eſt Templũ Sancti Nicolai de Archimonijs, quod corrupto uocabulo hodie ab imperitis profertur: niſi fortè à Romana familia eius nominis, ei Templo appellatio eſt. Multa enim ob literarum ignorationem impteitum uulgus perperam pronũciat. Nam ruſtici (ut fertur) ac fœminæ, Latinam linguam corruperunt. Cic. autem inquit, fœminas ſemper Patriam linguam, in qua natæ ſunt retinêre, ſed credendũ potius à Barbaris, qui per tot ſæcula Italiam tenuêre, corruptam.

DE Foro Salluſtiano.

IN dorſo Quirinalis, iuxta leuũ montis ſupercilium, inter Templũ Sanctæ Suſannæ, & Portam Salariam, fuit olim Forum Salluſtij, ornatiſſimum, Salluſtianis eminens hortis, cuius adhuc extant magna ueſtigia è regione Thermarum Diocletiani, quod ex pecunia, ex Africa, quam Prætor rexit, reportauit, ut poſtea dicetur.

De Foro

DE cæteris Vrbis antiquis Foris.

FVerunt præter ſupradicta, & alia nonnulla antiqua Fora: quorum tantum nomina nunc extant, ut Forum Cupedinis, à Cupis, ſiue cupiditate dictum. M. Varro. Hæc omnia poſtquam contracta in unum locum, quæ ad uictum pertinebāt, ædificatus locus, & Macellum dictus. Fuit præterea Forum Piſtorium, & Ruſticorum. Forum Palladium, quod & Romanum quidam eſſe uolunt, uel à Templo Palladis, uel ab Atrio Mineruæ, quod illic erat. Martialis.

Libertum magni Lucenſis quære ſecundi:
Limina poſt Pacis, Palladiumq́; Forum.

Nec deſunt qui tradant, Forum Palladium fuiſſe in Palatio, ſupra Arcum Titi Imperatoris, à ſiniſtris uiæ, quā nunc in montem aſcenditur, ubi extat adhuc magna area quadratæ formæ, parietibus undiq; circumſepta, ac manu de induſtria facta. Argumento, quòd illic extat parua ædes, ſub titulo Sancti Andreæ in Pallara, corrupto uocabulo, pro Palladia. Vbi ſepulchrum Ioannis Papæ viij. Viſebantur præterea ibi duæ, ante hos annos, marmoreæ portæ, ex ueteri ſtructura, ſatis conſpicuæ, quæ facilè cæteras Vrbis Portas, materia, & artificio ſuperabant

Finis Libri Tertij.

ANDREAE FVLVII DE ANTI= quitatibus Vrbis, ad Clementem. VII.

LIBER QVARTVS.

ARCVS triumphales à triũ
pho dicti, his erigi ſole=
bant, qui Prouincias, & ur
bes, aut externas nationes
expugnabant, ac bello ſu
perabant, rebus itaq; benè
geſtis, in Vrbem uictore
redibant, & in Capitolio, Ioui gratulatũ, quo Dij
uota per ſoluturi, conſcendebant, procedente reri
longo ordine, ac Pompa, albis inſidentes quadri
gis, iuxta currus, captiuorũ, cathenatorũq; agmei
miſerabile. Præcedebant autem triumphantis ca
ptiui, uſq; ad Templũ Capitolini Iouis. Hinc, atq
hinc magna ſpectantium aſtante turba: Necno
& Simulachra oppidorum, & fluuiorum triumphi
ducebant. Vnde Liuius refert. Scipionem Aſiatic
duxiſſe Simulachra. CCXX. oppidorum. Ouidiu
Hic eſt Euphrates præcinctus harundine frontẽ
Simili modo Nilus in triũpho Cæſaris, & Rhenu
Domitiani. Quæ uel huiuſmodi ſimulachra uider
licet nunc in Arcu. L. Septimij, & Flauij Conſtan
Imp. Arcus ipſi triumphales ab Imperatoribus cæ
ptauêre. Plynius ſuo tempore ait cæpiſſe: Neq; a

tiquiorem,

iquiorem, quàm Titi Arcum Romæ uidemus. Nā ntea ponebantur Statuæ triumphales, uel trium- halia ornamenta, ſicut Trophæa. C. Marij de bel o Cymbrico, quæ adhuc extant in Eſquilijs. Fue- unt autem plures: ex his tantum hodie minus læſi pparent tres in regione Viæ Sacræ, Conſtantini Titi, & Seueri Imp. quos ſuo ordine, non tempore roſequemur.

DE Arcu triumphali Conſtantini Imp.

OCCurrit autem in ordine triumphalis Ar- cus Flauij Conſtantini, in angulo Palatij, iu- ta Amphitheatrum, quod Coloſſeum uocant, triū halibus, ſed nunc malè integris ornamentis con- picuus, atq; ex omnibus minus læſus, cum Tro- hæis, & Victorijs allatis, in utroq; frontiſpicio, oſt bella ciuilia excitatus, ſuperato Maxentio Ty āno, apud Pontē Miluiū, cuius inſcriptio talis eſt,

MP. CAES. FL. CONSTANTINO
IAXIMO P. F. AVGVSTO S. P. Q. R.
QVOD INSTINCTV DIVINITA
TIS MENTIS MAGNITVDINE
CVM EXERCITV SVO TAM DE
TYRANNO QVAM DE OMNI
EIVS FACTIONE VNO TEMPO
RE IVSTIS REM. P. VLTVS EST
ARMIS ARCVM TRIVMPHIS
NSIGNEM DICAVIT.

Extant in maiori fornice interius à dextris, & ſiniſtris. hinc

LIBERATORI VRBIS.

illinc

FVNDATORI QVIETIS.

Et *in ſuperioribus uiſuntur à fronte, & à* tergo *quatuor in locis.* hinc VOTIS .X.
hinc VOTIS .XX.
*à dextra ſic.*X. *à ſiniſtra ſic.*XX.

Quæ uota in magnis periculis uouebantur, ut apparet etiã in eius principis nomiſmatibus. Solusq́; toto Imperio Romano, *cum imperaret* cognomen *induit* Maximi, *cum antea* Alexandro Magno, & Gn. Pompeio Magni *cognomen ſolum datũ eſt.* Iuxta hunc Arcum *extat adhuc dimidiata rotunditas, antiquæ* Metæ, *quæ dicebatur* Meta *ſudans in cuius uertice erat æreum* Iouis *ſimulachrũ.* Ideò Meta *ſudans, quia ex ea uberes manabãt aquæ ad extinguendam plebeculæ ſitim ex proximi* Amphitheatri *ſpectaculis.*

DE Arcu Titi Veſpaſiani Imp.

IN *media ſumma* Via Sacra, *ſurgit* Arcus Titi Veſpaſiani Imp. *omnibus in* Vrbe, *ut tradit* Plynius, *antiquior.* Paruus *quidem, ac uetuſtate mutilatus, extructusq́; deuictis* Hieroſolymis, *præclariſsima olim* Oriẽtis *urbe, ubi breuis tituli inſcriptio.*

SENATVS POPVLVSQVE ROmanus Diuo

MANVS DIVO TITO DIVI VE-
VESPASIANI .F. VESPASIANO
AVGVSTO.

Vbi Quadriga triumphantis, cum victoria, præcedētibus. xij. Cōſularibus Faſcibus ab uno latere, ab altero uerò Trūiphi ſunt ſpolia, Aureū cādelabrū ſeptē ramorū, in quibus erat ſeptē lucernæ ſignificātes ſeptē ſtelas errātes, & duæ tabellæ marmoreæ, Moſaicæ legis, Vaſa Tēpli, Mēſa aurea, pōderis talēti magni, cum alijs gētis ſpolijs, ut ſcribit Ioſephus. Quæ omnia cōdita fuerūt in proximo Pacis Templo, à Veſpaſiano patre, poſt Bella Ciuilia, extructo, qui cum Tito filio in eodem curru triumphauit, teſte Trāquillo. Martialis ad Domitianū.

Frater Idumæos meruit cum patre triumphos.
Quæ datur ex Cartis laurea tota tua eſt.

DE Arcu. L. Septimij Seueri.

EXtat & L. Septimij Seueri Arcus, in Foro Ro. ad radices Capitolij, omnium olim pulcherrimus, nunc uerò ſemi uſtus, & deformatus, ubi in utroq; frontiſpicio prominent allatæ uictoriæ, cū Trophæis Terreſtris, naualiſq; belli ſimulachra, à fronte, & à tergo, cum inſcriptione.

IMP. CAES. LVCIO SEPTIMIO
.M. FIL. SEVERO PIO PERTINA-
CI. AVG. PATRI PATIAE PAR-
TICO ARABICO, ET PARTICO

Q

ADIABENICO PONTIF. MAXI-
MO TRIBVNIC. POTEST. XI.
IMP. XI. COS. III. PROCOS. ET
IMP. CAES. M. AVRELIO. L. FIL.
ANTONINO AVG. PIO FOELI-
CI TRIBVNIC. POTEST. VI. COS.
PROCOS. PP. OPTIMIS FORTIS-
SIMISQVE PRINCIPIBVS OB
REMPVBLICAM RESTITVTAM
IMPERIVMQVE POPVLI RO-
MANI PROPAGATVM INSI-
GNIBVS VIRTVTIBVS EORVM
DOMI, FORISQVE. S. P. Q. R.

Sed Triumphum reſpuit, ne uideretur de ciuili triũphare uictoria offerẽtibus ei patribus, & quòd affectus articulari morbo, in curru conſiſtere non poſſet, filio ſanè conceßit. 1

DE *Arcu Boario.*

V*Iſitur adhuc in Velabro, iuxta Templum S. Georgij, exiguus, & parum integer, Arcus Boarius, qui creditur Argentariorum, & negociantium Boariorum fuiſſe, qui in proximo marmoreo Quadrifrõte Iano uerſabantur, ut inſcriptio ibi multiplex ſignificare uidetur, haud multùm à ſuperiore diſcrepans.* 2

IMP. CAES. L. SEPTIMIO SEVE-
RO PIO PERTINACI AVG. ARA-

bic. Adiabenic.

BIC. ADIABENIC. PARTH. MAX.
FORTISSIMO FOELICISSIMO
PONTIF. MAX. TRIB. POTEST.
XII. IMP. XI. COS. III. PP. ET IMP.
CAES. M. AVRELIO ANTONI-
NO PIO FOELICI AVG. TRIB.
POTEST. COS. III. PP. PROCOS.
FORTISSIMO FOELICISSIMO-
QVE PRINCIPI. ET IVLIAE
AVG. MATRI. AVG. N. ET CA-
STRORVM, ET SENATVS, ET
PATRIAE ET IMP. CAES. M.
AVRELI ANTONINI PII FOE-
LICIS AVG. PARTICIꝗ MAXI
MIꝗ ARGENTARII, ET BRITA
NICIꝗ MAXIMIꝗ NEGOGIAN-
TES BOARII HVIVS LOCI QVI
DEVOTI NVMINI EORVM.

DE *Arcu Flauij Domitiani Imperatoris.*

EXtat adhuc in Via Flamminia, prope S. Laurẽtium in Lucina, Arcus (ut creditur) Domitiani Imp. qui nũc à Romanis uulgò dicitur Tropholi, *uel* Trophœi, *à* Trophœis *quibus ornatus olim fuerat, uel* Tripolis, *ut quibuſdam placet, ob uictoriam trium urbium, prout ueterem inſcriptionem ſuperioris ſæculi noſtri partes, ſe legiſſe retulerunt.*

At nunc totus mutilatus, & ſuis ornamentis, ac titulis, denudatus, quem Domitiani Imp. fuiſſe, eruditiores tradunt, argumento ſumpto ex uerbis Suetonij, Qui ſcribit Domitianum ſomniantem ſe à Minerua deſtitutum, & illam excedere ſacrario. Negantēq; ſe ultra tueri poſſe, ꝙ exarmata eſſet à Ioue, ut ſimulachra eius rei ibi marmorea extant.

Martialis.

Stat ſacer, & domitis gentibus Arcus ouans.

Nā & ipſe per oēs regiones fecit, Ianos, Arcuſq; cū inſignibus triūphalibus, qui poſtea omnes euerſi ſunt, ut tradit Dionyſius, cū inquit, Arcus qui in ipſius unius titulum, ac nomē ſubſtructi, euertūtur.

DE Arcu Galieni, & Gordiani Imp.

SVrgit adhuc in Eſquilijs, iuxta Aedem. S. Viti in Macello: Arcus Galieni Imp. ex Tyburtino lapide ſatis rudis, cum inſcriptione huiuſmodi.

GALIENO CLEMENTISSIMO PRINCIPI, CVIVS INVICTA VIRTVS SOLA PIETATE SVPERATA EST. M. AVRELIVS VICTOR DEDICATISSIMVS NVMINI MAIESTATIQVE EIVS.

Fuit & in eadē regione, in aggere Tarqnij Arcus Gordiani Imp. marmoreis ornamētis, & Trophœis ornatiſſimus: Cuius marmora è ꝓfunda tellure eruta uidimus

eruta uidimus, atq; in ornamenta Palatij, & Templi. S. Laurentij in Damaſo tranſlata iuſſu. R. D. Raphaëlis Riarij Card. Sancti Georgij.

DE Arcu, ſiue Fornice Fabiano, & cæteris Arcubus.

FVIT præterea in Foro Romano, Arcus, ſiue Fornix Fabianus, in Via Sacra, iuxta Regiam ut ſcribit Aſco. Pedianus, cum inquit, Fornix Fabiani Arcus, iuxta Regiam, in uia Sacra, à Fabio Cenſore cõſtructus, qui deuictis Allobrogibus nominatus eſt, ibiq; Scuta eius poſita. Cic. pro Gn. Plancio, Ne illum accuſo, qui eſt in ſumma Sacra uia, cum ego ad Fabium Fornicem impellor. Haud procul hinc erat Calpurnius Fornix, iuxta quẽ C. Grachus fragmento ſubſelli ictus occubuit. Fuerũt in eodẽ Foro Arcus Lateritij Romuli conditoris, qui durauerunt ad multas ætates, nec eos paſſi ſunt Romani marmore adornari, ſed ſicut erant rudes ſtare permiſerunt in memoriam conditoris Vrbis. Fuerunt præterea Arcus uetuſtiſſimi ad primas partes Auentini, inter montẽ, & Tyberim memoria patrũ noſtrorũ euerſi quorũ inſcriptio erat.

P. LENTVLVS CN. F. T. QVINTIVS CRISPINVS VALERIANVS COSS. EX S.C. FACIVNDVM CVRAVERE IIDEM COMPROBAVERE.

Fuit & Arcus Traiani in Foro eius extructus, ut ſcribit Dion: cum inquit, Triumphalis tunc Arcus præter alia multa, quæ in honorē eius, & decreta, & facta, fuerant in illius Foro ſubſtructus eſt. Fuit & alter, in honorem eius, Arcus, in Regione Portæ Capenæ, isq; eſſe creditur, cuius ueſtigia extant intra Portam ipſam Capenam, in proximo Aquæductu, argumento quòd Traianus Viā Apiā quæ ab eo loco auſpicatur magnificè reſtituit, ac ſtrauit. Fuerunt autem in ea regione, tres Arcus Veri Parthici, Druſi, & Traiani, & extra eandem Portam circum latera Templi Martis, Arcus Germanici, & Druſi, cū effigie Cæſarum ſtructi, quos Senatus decreuit, & Germanici cognomen ipſi, poſterisq; ſuis, ut ſcribit Tacitus. Aedificauit & Tyberio Cæs. Arcum, Diuus Claudius, iuxta Theatrum Pompeij decretū ante à Senatu, tamen omiſſum peregit. Fuerunt præterea Arcus Theodoſij Valentiniani, & Gratiani Imp. haud longè à Ponte Caſtelli, quorū fragmenta nuperrimè eruta ſunt iuxta Aedem .S. Celſi. Fuerunt & alij Arcus, ſiue Fornices, quorū duo ætate mea diruti ſunt unus iuxta plateam Sciarræ uia, quæ ducit ad Porticum Antonini Pij, cuius adhuc extant ornamenta quædā marmorea. Alter iuxta .S. Mariæ in Via Lata, ab Innocentio. viij. in renouatione proximi Templi dirutus, cuius ornamenta marmorea erui

nuper uidi

nuper uidimus cum Trophœis Barbaricis, haud dubie poſteriorum eſſe Imperatorum, ex ornatu apparet. Hinc iactu lapidis, extat adhuc Arcus Campiliani, ſatis rudis, ubi nulla ornamentorũ ſigna, quẽ nonnulli Camillianum appellãt. Nam ueteres Romani Duces, ac Triumphantes nõ Arcus, ſed triũphalia inſignia cum ſtatuis, & Trophœis habebãt ut Trophœa, C. Marij in Eſquilijs, de Triumpho Cymbrico, & altera de Triũpho Iugurtino, in Via Flam. inter collem nunc hortulorum, & Auguſti Mauſoleum, ubi marmorea tabula, cum titulo. C. Marij de triumpho Iugurthino, me auctore empta à quodam lapicida, quæ nũc eſt in domo Pomponij Læti, in monte Quirinali.

Fuerunt & altera de ſpolijs Cymbricis marmorea ornamenta, à Q. Catulo poſita in Area Flacciana teſte Valerio Max. cũ inquit, Ideoq; M. Flacc. & L. Saturnini ſeditioſorum ciuium corporibus trucidatis, penates ab imis fundamentis eruti ſunt Cæterum Flacciana Area cum diu Penatibus uacua manſiſſet, à Q. Catulo Cymbricis ſpolijs adornata eſt.

DE Theatris & Amphitheatris, & eorum forma.

Theatrum Græcam habet originem, & ſignificat ſpectaculum, formam habẽs Hemicycli, ſicut Amphitheatrum circularem. Theatri

partes ponit Iulius Pollux Græcus author. Theatra prius temporaria, ac lignea uerſatilia quoq; poſtmodum per luxuriam facta, vt modò unā, modò alteram oſtenderent frontem. Ac uelut duobus nauigijs ſedens populus periturus momento aliquo laxatis machinis periclitaretur. Plynius. En hic eſt ille terrarum, & totius dominator Orbis, qui gentes, & Regna diriperet, iura exteris mitteret, & quædam Deorum immortaliū generis humani portio in machina pendens, & ad periculum ſuū plaudens. M. Curius hac inſania uſus in funebri patris munere duo Theatra iuxta fecit amptiſsima, è ligno Cardinum ſingulorum uerſatili ſuſpenſa libramento: in quibus utriſq; ante meridianū ludorum ſpectaculum æditum inter ſeſe auerſis, ne inuicem obſtreperent ſcænis, & repēte circumactis, ut conſtiterant. Poſtremo iam die diſcedentibus tabulis, & cornibus inter ſe coēuntibus faciebāt Amphitheatrū, & Gladiatorum ſpectaculum ædebat ipſum Magiſtratum, & Populum Ro. circumferēs, licet poſt ſecundum bellum Punicum. P. Cornelius Naſica cum à Cenſoribus locatum Theatrum ſpectandis ludis extrueretur, ueluti publicis moribus nociturū, demoliri fecerit, Populusq; ſtans aliquandiu ſpectauerit. Poſtea uerò lapidea cū gradibus extructa ſunt, unde ſpectatores ludos ſpectarent. Ita ut altiores in ambitu ſemper excreſcerēt.

Primum autem Theatrum Romæ *fecit*. M. *Scaurus in* Aedilitate *ſua*. xxx. *dierũ ſpatio duraturũ & fuit triplicis ſcœnæ, inferior è marmore, media è uitro, ſummæ columnæ tabulis inauratis*: Signa *ærea inter columnas*. Cauea *ipſa cœpit hominum octoginta millia, ſed hoc fuit temporaneũ* Theatrum. L. Mumius *primus* Theatro *temporaneo ludos ſuo triũpho, ædidit*, deinde Scaurus, *poſtea* Pompeius *gradibus permãſuris* Theatrum *ædificauit*. Theatra *in* Vrbe *tria præcipua*, Pompeij, Marcelli, & Cor. Balbi. Ouidius de Arte.

Viſite *conſpicuis terna* Theatra *locis*.

Theatrorum Symmetrias, & *locorum diſtinctiones, docet* Vitruuius lib. 5. In Theatro *ludi ſcænici fiebant*: In Amphithatro *autem* Gladiatorij, & Venatorij, *quibus aut conducti homines, aut damnati, aut ambitioſi ad oſtẽtandã audaciã adhibebãtur*.

DE Theatro Pompeij Magni, & eius ornamentis.

PRimus oĩm Pomp. ante *ſuam* Curiã *perpetuũ* Theatrum, *ex quadratis* lapidibus cõſtruxit, *ubi* & ludos ipſe fecit: *nulli nobiliores, inquit* Pedianus, *fuerunt quàm* Pompeij, & Craßi: Quorũ Pompeius exquiſitißimis, *magnificẽtißimis* omnis generis ludis Theatrũ dedicauit: Quod etiã Cic. in Piſoniana *probare uidetur*. Quibus ludis Elephantorum *pugnã, primus omniũ dedit in* Circo.

Plynius autem, Romæ, inquit, Elephantem primū pugnaſſe in Circo Appij pulchri Aedilitate, anno Vrbis. DLV. In hoc Theatro ſcœnam poſtea Tyberius Cæs. conſtituit, ut ſcribit Tacitus, cum inquit, Nec publicè quidem, niſi duo opera ſtruxit, Templum Auguſti, & Scœnam Pompeiano Theatro, eaq; perfecta contemptu ambitionis, an per ſenectutem haud dedicauit. Quod Theatrum à Pompeio inchoatū. C. Caligula abſoluit, ſiue (ut quidā putant) reſtituit. Arſitq; id, & ei propinquum Hecatonſtylon centum columnarum in Campo Martio opus centenariam porticum appellant. Quod etiam Theatrum Nero Princeps, ut Tiridatē Armeniorum Regem lautè exciperet, inſano, unius diei opere inaurauit. Id capiebat loca. lxxx. mil. Extant adhuc ueſtigia, iuxta Campū, quem Floreū appellant, à Flora ita dictum, quam Pompeius amauit. Sed à loci præſtantia, ac celebritate deductū, potius crediderim, quaſi à florum amœnitate. Vbi nunc Palatium. D. Vrſinorum, à cuius tergo erat Theatri cauea, uerſus Auroram, ubi Atrium curiæ Pompeianæ, qui locus hodie Satrium nuncupatur una litera plus. Habebat olim Theatrum ipſum lōgas appēdices, ubi eius domus curia, & Porticus. Vnde Plutarchus, At qui, inquit, Pompeius ipſe uſq; ad tertium triumphum modicè, atq; incompoſitè habitauit, pulchrum deinde Theatrum, longè à

Romanis

Romanis diffamiatum cum ſtruxiſſet, ſplendidiorem domũ, ueluti à Theatro appendicẽ ædificauit.

DE Theatro Marcelli, & Templo Pietatis.

THeatrum Marcelli, inter Capitolium, & Tyberim, adhuc extat, ſed igne, ac uetuſtate deformatum, ubi nunc eſt Palatium clariſsimæ Sabellorũ gentis. Quod Theatrũ capiebat loca .lxxx. mil. Vbi prius fuiſſe templum Pietatis, ſcribit Plynius, cum inquit, Pietatis exempla infinita quidem toto orbe extitêre, ſed Romæ unum, cui cõparari cuncta non poſſunt: humilis in plebe, & ideo ignobilis puerpera ſupplicij cauſa carcere incluſam, matrem, cum impetraſſet à ianitore aditum, ſemper excuſſa, nequid inferret cibi, depræhenſa eſt uberibus ſuis alens, quo miraculo ſalus matri donata filiæ pietate eſt, ambæ perpetuis alimentis. Solinus uerò non matrem, ſed patrem fuiſſe, tradit, & locũ illum, eidem coſecratum Deæ. T. Quintio, & M. Attilio Coss. tẽplo Pietatis inſtructo, in illius carceris ſede, ubi nunc Theatrum Marcelli eſt. Cuius Scæna reſtituta, Veſpaſianus ludos ædidit, quod quidem Theatrum Auguſtus condidit, ſub nomine Marcelli, ſororis filij. Sicut multa alia ſub nomine ſuorum, ut Theatrum hoc Marcelli. Porticum Octauiæ. Porticũ Liuiæ. Baſilicam, & Porticũ ſub nomine nepotũ Caij, & Lucij, author Tranquillus.

DE Theatro Cor.Balbi.

FVit præterea Theatrũ Cor.Balbi, iuxta Circum Flamminium à Claudio Cæs. dedicatũ, quod dictũ putãt à uicinitate Cryptæ Balbi (cuius ne ueſtigium quidem quod ſciam) nunc apparet. Id capiebat loca. xxx.mil. ubi quatuor columnas ex Onice Balbus poſuit. Quod ex hortatione Auguſti condidit, ut multa à multis tunc ſtructa ſunt. Sicut à Martio Philippo Aedes Herculis, & Muſarum, à L.Cornificio Aedes Dianæ, ab Aſinio Pollione Atriũ Libertatis, à Munacio Planco Aedes Saturni, à Statilio Tauro Amphitheatrum: à.M. Agrippa complura, & egregia, ex Tranquillo Fuit & Theatrum Caßij, ut ſcribit Appianus cum inquit .Ea tempeſtate Scipio Conſul heatrũ diſiecit, quod Caßius inchoauerat. Fuit & Theatrũ lapideum iuxta Aedẽ Fortunæ Equeſtris: & Theatrum Iulij Cæs. ut ſcribit Suetonius, cũ inquit, Excogitauit & Martis Templum, quantum nuſquàm eſſet extruere, repleto, & complanato lacu: in quo Naumachiæ ſpectaculũ ædiderat, Theatrũq; ſummæ magnitudinis Tarpeio monti accubans. Fuit & Theatrum à Traiano conditũ, quod poſtea Hadrianus contra omnium uota deſtruxit, ut ſcribit Spartianus. Fuit & Theatrum in pratis Vaticanis, inter Pontem Miluium, & molem Hadrianam, planities eque

nities equeſtribus prælijs ſatis apta, ubi Theatrum *ad ludos* Gladiatorios *uetuſtis temporibus ædificatũ, ut ſcribit* Procopius, *extant hodie (ut creditur) ueſtigia quædam, in uinea.* D. Io. Alberini Ro. *Patricij,* Diaconiq; Apoſtolici, *ſed* Circum, *nõ* Theatrum *eum fuiſſe crediderim, ut forma adhuc appa ret, niſi perperam interpres locum uerterit,* Nam *in* Theatris *ludi* Scænici *fiebant, in* Circis *uerò equorum curſus agebantur,* Theatrum, *quod ſciã, præter ſupradicta, uiſitur hodie* Preneſtæ *propè integrum.* Amphitheatrum *uerò* Veronæ, *ac* Polæ *Illiricæ.* Semidiruta *autem pluribus in locis,* Patauij, Vicentiæ, Spoleti, Interanæ. *Multaq;* Romanorũ *ueterea ædificia, in* Municipijs, & Prouincijs *quorũ hodie nihil extat præter ruinas, ad dolorẽ.*

DE Amphitheatris, & *eorum forma.*

SVnt & Amphitheatra, *quæ formam habẽt circularem, & abſolutam, quam duo ſimul* Theatra *iuncta perficiunt.* Amphitheatri *molem primus in* Campo Martio, *Iulius* Cæs. *poſuit, quam paulò poſt* Auguſtus, *Mauſoleum ædificaturus, deſtruxit. Poſt paulò à* Tyberio *alterum inchoatum eſt, ut ſcribit* Suetonius, *cum inquit,* Opera *ſub* Tyberio *ſemi imperfecta, templũ* Auguſti, *Theatrũq;* Pompeij *abſoluit, inchoauitq;* Aquæductus *in regione* Tyburti, Amphitheatrum *iuxta* Septa,

quorum operum à ſucceſſore eius Claudio alterum perfectũ: omiſſum alterum eſt. In Amphitheatris olim paria Gladiatorum dimicabant, & uenationes fiebant, nonnunquàm, & Nauale prælium, Suetonius in Amphitheatro, inquit, nauale quoq; dedit prælium, nam uenationes, gladiatoresq́;, & noctibus ad lychnos, nec uirorum modo pugnas, ſed fœminarum. Extant hodie duo ſemidiruta, Veſp. & Statilij tauri.

DE Amphitheatro, quod Colloſſeum uocant, & eius ornamentis.

EXtat adhuc mutilatum, ac ſemidirutũ Amphitheatrum omnium Maximum, & pulcherrimũ quod hodie Colloſſeum nuncupatur, media Vrbe à Veſpaſiano (ut ſimilis forma in eius nomiſmatibus apparet) conditũ, & ut deſtinaſſe compererat Auguſtum, à Titi filio poſtea dedicatum ſcribit Suetonius ita tradens. Et tamen nemine ante, munificicentia maiore, Amphitheatro dedicato, Thermisq; extructis munus ædidit apparatiſsimum, largiſsimumq́; quinq; millia, omne genus ferarum, uno die exhibita, idem aſſerunt Euſebius: & Eutropius, nã publica ædificia numinibus cõſecrabantur. Quod eam laudem Martialis Domitiano attribuerit, Aſſentatio eſt poëtæ, cũ nec illud extruxerit, nec dedicauerit, cum inquit lib. 1. Epig.

Omnis

Omnis Cæſareo cedat labor Amphitheatro,
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Aedificatum id quidem in parte domus aureæ Neronis, in cuius ueſtibulo erant eius ſtagna. Idem in eodem.

Hic ubi conſpicui uenerabilis Amphitheatri,
Erigitur moles, ſtagna Neronis erant.

Vbi ſtabat Colloßus miræ magnitudinis: eſt enim Colloſſus magna ſtatua, unde loco nomẽ Colloſſeum inditum eſt. Cuius altißima moles inter Cœlium montem, Palatium, & Eſquilias pari prope dimenſione aſſurgit, Tyburtino extrinſecus lapide undiq; extructa rotunditas, forma intrinſecus ouata. Plynius, Amphitheatrum inquit. Tyburtino lapide extructũ tantæ altitudinis, ut eo uix humanus oculus inſpicere poßit, Eſt præterea circa eũ locũ forinſecus ſicut in circis porticus unius ſtructuræ, per quam ſunt ingreſſus, & aſcenſus uenientibus ad ſpectaculum ita, uti nihil turbet ingrediẽtium, & abeuntiũ iter. Et in ſingulis ſuperioribus, Arcubus erant ſtatuæ marmoreæ, cum incruſtatione intrinſecus, & extrinſecus, cum ſignis. Extant adhuc in quibuſdam Fornicibus ornamenta ex Gypſo, & ſub tanto ædificio ſubſunt Cloacæ, quibus pars molis ſuſtentatur. Cuius cauea capiebat loca LXXXV. mil. & dum fiebant ludi, tota ipſa cauea operiebatur linteis, Cuius nunc molis dimidio

minus extat. Cætera pars igne, ferroq; Barbarorum malignitate euerſa apparet, quod ſupereſt, haud integrum, ſed crebro foramine læſum, & lãcinatum, ut in plerisq; priſcis ædificijs factum inuidia, & immanitate horribili Barbarorũ, ut quæ diruere funditus nõ poterant, his ſaltem ludibrijs, & damnis fœdata relinquerent. Media cauea harenis ſpargebatur, ut gladiatores, & pugnantes, aut inter ſe, aut cum feris firmius, ac ſtabilius pedibus conſiſterent, & labentes mollius caderent, unde harena pro cauea ſæpenumerò ponitur. Multi autem capite damnati, & in bellis capti, aut conducti, aut oſtentandæ audaciæ cauſa, adhibebantur. Vbi hodie Chriſti Dei Saluatoris cruciatus (quam Paßionem uocant) repræſentatur, haud longè inferiore ſpectantium numero, quàm olim in antiquis triumphantis Romæ ſpectaculis.

¶Surgit præterea pars magna adhuc Amphitheatri. P. Statilij Tauri, lateritio opere extructi, in medijs Vrbis nunc mœnibus, iuxta Templum Sanctæ Crucis in Hieruſalem, ubi Atrium quondam Seſſorianũ, de quo Suetonius in Caligula Mnnera, inquit Gladiatoria partim in Amphitheatro. P. Statilij Tauri, partim in Septis aliquot egit, paruum quidem ipſum, ac ſemidirutum, ueluti Colloſſeum. Incluſum nunc intra Cœnobium fratrum Sanctæ Crucis. Cuius Baſilicam Conſtantinus Magnus

excitauit,

excitauit, in Atrio Seſſoriano, unde etiam Baſilica Seſſoriana dicitur. Marmoreis ornamentis, & pictis laquearibus ſatis conſpicua, quam nuperrimè Petrus de Mendoſa Hiſpanus, Sanctæ Crucis titulo Præsbiter Cardinalis, in hanc (ſicut nunc eſt) ſpeciem renouauit. In cuius renouatione inuentus eſt titulus Crucis, ligneus in Templi abſide, inſcriptus literis Hebræis, Græcis, & Latinis ab Helena quondã Conſtãtini matre ibi reconditus. Quæ etiam illic ſub nomine ſuo, ſubterraneũ excitauit Sacellum, muſiuo opere ſatis decorum, inſtauratũq; dudũ à. R. D. Bernardino Caruaial Hiſpano, Cardinale Sãctæ Crucis, atq; Epiſcopo Oſtienſi, quod mulieres non ingrediuntur, niſi in eius dedicationis die. xx. Martij. Extant præterea in ea Baſilica multæ. S. Reliquiæ, inter quas, pars Dominicæ Crucis, unus ex argenteis nummis, quibus uẽditus eſt Chriſtus à Iuda Iſcarioht. Item unus ex clauis, quibus affixus eſt Crucis patibulo: quos nõnulli aſſerunt fuiſſe quatuor, potior pars tres tantũmodo. Diuus autẽ Ambroſius tradit, unum in frenis equi, quibus in prælio Conſtãtinus Princeps utebatur, alium pro Cono Galeæ, tertium in mare Hadriaticum, ad capeſcenas ſæuientis maris procellas, deiecit. Sed qui in frenis equi erat, Mediolani nunc, in magna eius Vrbis ueneratione ſeruatur.

Extant à ſiniſtris eius Baſilicæ magna ueſtigia Aedis Veneris, & Cupidinis, cuius meminit Ouid. in Faſtis ita ſcribens.

Aut ubi muneribus nati ſua munera mater,
Abdidit externo marmore diues opus.

Fuit præterea in Eſquilijs Amphitheatrum Caſtrẽſe, ut ſcribit. P. Victor.

DE Circis, & eorum forma, & ornamentis.

CIRCVS, locus erat, ubi ludi fiebant, diſpoſitusq; in forma ſpatij oblongi, ita ut in ſummitate ſpacij, ubi equi reuoluebantur, ſpecies Hemicycli conſtituta uideretur. In circuitu uerò gradus inſurgebant, in quibus ſpectatores ſedere conſueuerant. Qualem Virg. lib. 5. Aen. ſignare uidetur.

Hinc pius Aeneas, miſſo certamine tendit
Gramineũ in campum, quã collibus undiq; curuis
Cingebant ſyluæ, mediaq; in ualle Theatri
Circus erat.

Vbi equi iuncti curribus deſcendentes exciti carceribus ex uno latere Circi decurrerent, cum ad ſummam aduentaſſent, ſe inde diuerterent, ex alio latere recurrentes, ad primam uſq; Circi metam uiderentur, ubi equorũ curſus celebrantur. In medio autem ſpatio diſpoſitæ erant Metæ pari interuallo Pyramidum. Horatius libro primo Car.

Sunt quos

Sunt quos curriculo puluerem Olympicum
Collegiſſe iuuat, Metaq́; feruidis
Euitata rotis.

Quas ſepties circũ luſtrare moris erat. Propert.

Haud prius exerto depoſcit prœmia curſu,
Septima quam metam triuerit ante rota.

In Circo *autem fiebant curſus,* Venatio, & Naumachia, *In ludis à* Principe *aues, uarijq́; generis miſſilia, & larua quædam appellata* Ciceria, *oblongis malis, & grandibus buccis, ingens,* Manduci *ſpeciẽ præbebat.* Ludi Circenſes *dicti, uel quòd in* Circo *fierẽt, uel quaſi circum enſes, ut ſcribit.* M. Varro. *Nam ante facta ſpectacula, inter enſes, & flumina, locis uirentibus agebant, ubi in medio loco munera* ponebant. *Equi uerò iunctis curribus currebant.* Val. Maximus. *Cũ ludis inquit plebeis quidam paterfamilias per* Circũ Flam. *priuſquàm pompa induceretur, ſeruum ſuum uerberibus mutilatum, ſub furca ad ſupplicium egiſſet,* Latino *homini ex plebe* Iuppiter *in quiete præcepit, ut conſulibus diceret ſibi præſultorem ludis* Circenſibus *proximis non placuiſſe. Quin immò per quingentos, & quinquaginta octo annos,* Senatus *populo mixtus ſpectaculo ludorum interfuit, ſed hunc morem* Attilius Seranus, & L. Scribonius Aediles *ludos* Matri Deûm *facientes, poſterioris* Africani *ſententiã ſequuti diſcretis* Senatus, & *populi locis*

magna ipſius Africani inuidia ſoluerunt. Circi pars prima, unde equi mittũtur, Carceres dicũtur. quòd equi coarcentur, ne inde exeant, antequàm Magiſtratus ſignum miſit. Præcipui in Vrbe olim fuerunt, Circus Max. & Circus Flam. Fuerunt & multi alij eiuſmodi formæ, ſed non Circi appellati ſunt, ut Equiria, Trigaria, Hippodromus, de quibus ſuis poſtea locis dicetur.

DE Circo Maximo, & eius ornamentis.

TRADVNT Tarquinium Priſcum deſignaſſe locum ludis faciendis, in Valle quæ eſt inter Palatium, & Auentinum, Circum Maximum appellatum, à magnitudine, & excellentia, ſiue ludorum ſumptuoſitate, qui illic fiebant, Liuius, Tum primum, inquit, qui nunc Maximus dicitur, deſignatꝰ eſt locus, diuiſa loca patribꝰ, Equitibusq; Vrbis, ut ſpectacula quiſq; faceret. Spectauêre autẽ furcis duodenos à terra ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes. Itẽ Foros in Circo faciendos, Cloacãq; Maximam in Foro. Quæ ſpectacula poſtea in ſuã magnitudinem Cæſar Dictator extruxit. Circũ Maximum. inquit Plynius, à Cæſare Dict. extructum longitudine ſtadiorũ trium, latitudine unius, ſed cum ædificijs iugerum quaternum, ad ſedem. CCLX. millia inter magna opera dicamus. Suetonius.

tonius. Circenſibus, *inquit, ſpatio* Circi *ab utraq; parte producto, & in gyrum* Euripo *addito,* Quadrigas, *bigasq;, & equos deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes.* Troia *luſit turba duplex maiorũ, & minorũ puerorũ.* Quem Circum *ſatis deinde* Octauius Auguſtus *exornauit, & in eo* Circo Aurigas, Curſores, *& interfectores belluarum, unumquemq; ex nobiliſſima iuuentute produxit.* Sed *&* Troiæ *ludum ædidit frequentiſſimum, exiſtimans claræ ſtirpis indolem ſic innoteſcere.* In *quo* Circo *poſtea* Diuus Claudius *marmoreos fecit carceres, metas inaurauit, unde equi diſcedebãt & reuertebantur.* Propria Senatoribus *conſtitit loca, promiſcuè ſpectare ſolitis, atq; ſupra* Quadrigarum *certamina* Troiæ *luſum exhibuit.* Antonius Heliogabalus *ambitum* Circi *columnis, & auro exornauit, & pauimentũ eius fecit ex* Chryſocolla, Eſt *autem* Chryſocolla *dura materies, quæ naſcitur poſtquàm aurum effoſſũ eſt, ex auro retinet colorẽ, in cætero eſt lapis.* Addiderũt *illi priores* Porticus *triplici contignatione,* Habuit *præterea* Circus Maximus *præclariſſima circum ſe ædificia, & in primis* Templum Conſi, *qui erat* Conſiliorũ Deus Curis *in honorem* Equeſtres *ludos celebrauit* Romulus *in raptu* Sabinarũ, *habuit &* Fanum Veneris, *quod* Fabius *gurges* Conſulis *filius, ex mulctatitio ære fecit, quibuſdam*

matronis ſtupro damnatis, habuit & Aedem Cere ris, & Aedem Iuuentutis, à. Cn. Licinio Duumuiro poſitam. Habuit & Templum Mercurij. De quo Ouidius in Faſtis.

Templa tibi poſuère patres ſpectantia Circum,
Idibus, ex illo eſt hæc tibi feſta dies.

Erant præterea in eodem Circo tres Aræ Dijs Sa mothracibus ad tres columnas affixæ. Vna Dijs ma gnis, altera Dijs Penatibus, tertia Dijs Cœli, & Terræ, à quibus omnia orta eſſe, conſtat. Quos Sa mothraces appellant Deos magnos, Roma ſuos ge nios, & Penates, Vrbiſq́; cuſtodes, quos primus Ae neas tulit in Latium, & in ſummo honore habitos. Scribit præterea Dion. Traianū Imp. Circū Max. anguſtiore forma inſtauraſſe Suetonius tradit de= uſtis utrinq; lateribus ex lapide Naumachiæ Domi tiani extructū. Tacitus lib. 5. Quæ in Auentino erant incendio abſumpta, unà cum monte fuiſſe, ſicut etiā hodie apparet. Fuit olim in Circo Max. Stagnum in ſuſceptione aquarum defoſſum, altūq́; pedes denos, poſt Stagnū ædificatæ ſunt porticus, triplici tectura: ubi pauimenta lapidea, ſicut in Theatris, Sedilia in ſuperioribus lignea. Erat etiā circa eundem Circum alia Porticus extrinſecus unius tecturæ. Officinas in ſe habens, & habitatio nes ſuper eas, per quas ingreſſus, & aſcenſus ue= nientes ad ſpectaculum, iuxta quamq́; officinam,

ita uti nihil turbaret tot millia ingredientium, & abeuntiũ. Fuit *etiam* Circus Maximus Regio *.xi. antiquæ* Vrbis, *ab hoc denominata.*

DE Circo *Flamminio, & eius ornamentis.*

CIRCVM Flamminium, *in pratis* Flamminijs *conditum, ſcribit* Liuius, *cum inquit.* Ea *omnia in pratis* Flamminijs *acta, quem nunc* Circum Flamminium, *uocant, & à* Flamminio Cos. *qui ad* Traſymenum *cecidit, appellatum, ſcribit* Feſtus, Plutarchus *in* Probl. *ita tradit,* Flamminius *quidam, cum* Ciuitati *agrũ reliquiſſet, equeſtribus ludis, & uectigalibus eius fructu utebatur, nam cũ pecunia ſuppeteret,* Viãq; Flãminiam *muniuerunt.* Varro *autem aſſerit, quòd circa* Campum Flam. *ædificatus fuerit appellatus, quòd ibi ludis* Taurijs *equi circum metas currũt, & bello* Punico, Apollinares *ludos inſtitutos, ſcribit* Macrobius, *ſuadente* Cor. Rufo Decemuiro, Græco *more, & coronatos ſpectare, inq; eam rem .xij. mil. æris* Prætori, *& duas hoſtias maiores* Decẽuiri *præceptum eſt.* Feſtus, Ludos, *inquit,* Apollinares *populus ſpectabat ſtipe data. In eodẽ* Circo *fiebant etiã calices,* Vnde Martialis.

Accipe de Circo pocula Flamminio.

De Circo *autem* Flamminio *pertinaciſsima uulgi adhuc extat opinio, quòd is fuerit, quẽ hodie* Ago

nem nominant. Eruditiores uerò non hunc, ſed eũ fuiſſe aſſerunt: cuius adhuc extat forma, & ueterum ſedilium ſigna, ubi in medio nunc eſt Templum Sanctæ Catherinæ, ubi hodie torquentur funes, quod prius dicebatur Monaſteriũ. D. Roſæ in caſtro aureo. Longitudo eius Circi ab ædibus nũc D. Petri Margani, & S. Saluatore in penſili, uſq; ad ædes. D. Ludouici Matthei, iuxta Calcaranum, nam id loco nomen à coquenda calce inditum, ubi caput Circi. Longitudo uerò inter turrem nunc Cetrangoli, & apothecas obſcuras. Quod is fuerit Circus Flamminius, multis patet argumentis, ſed uno euidentiſſimo Pediani Aſconij teſtimonio, cum Apollinis Aedem deſcribit, cuius uerba hæc ſunt, Aedes Apollinis in Palatio fuit nobiliſſima, admonendi eſtis, non illam ſignificari, quam poſt mortem Ciceronis, Cæſar, quem nunc Diuum Auguſtum dicimus, poſt Attiacam uictoriam fecerit, ſed illam demonſtrari, quæ eſt extra Portam Carmentalem, inter Forum Olitorium, & Circum Flãminium. Ea enim tum ſola Apollinis Aedes. Præterea in Circum Flamminium, ſæpenumerò Romani è proximo Capitolio conſultãdi cauſa deſcendebant. Cicero pro. P. Sextio. Pacto iam fœdere Prouinciarum producti, in Circo Flamminio, in concionem ab illa furia, ac peſte Patriæ, quæ dixerat, uoce, ac ſententia probauerunt. Liuius item

Fuluius Cos.

Fuluius Cos. Comitiorum cauſa Romam uenit, Actum de Imperio Marcelli, in Circo Flamminio, eſt ab Aede Apollinis boues duæ fœminæ albæ Porta Carmentali in Vrbē deductæ. Per hæc uerba circum, quem Agonem hodie nominant, intelligi non poſſe, contendunt. Fuerunt præterea iuxta Circum Flamminium multa, & egregia Deorum Templa, & in primis Aedes Apollinis, cum lauacro in pratis Flamminijs. Fuit & Ara Neptūni, de qua Plynius. Ara Neptunni multo manaſſe ſudore, in Circo Flam. dicebatur. Fuit & Aedes Vulcani, in qua pro æditiuis canes erant, ſacrilegis tantūm allatrantes. Fuit & Aedes Martis, ab Hermolao Salaminio architectata. Fuit & iuxta eūdem Circū Aedes Bellonæ, uerſus Portam Carmentalem, ut ſcribit P. Victor, ante quam Aedem fuit columna parua marmorea index belli inferēdi, quæ bellica dicebatur, à qua profecturi ad bellū haſtam, eam partem uerſus, in quam ituri erāt, mittere conſueuerant, quia longum erat mittere ad limites hoſtium. Ouidius in Faſtis.

Proſpicit à tergo ſummum breuis area Circum,
Eſt ubi non paruæ parua columna notæ,
Hinc ſolet haſta manu belli prænuncia mitti
In regem, & gentem, cum placet arma capi.

A tergo, non Circi, ſed Areæ, uel Aedes ſummū, ideſt, Circi ſummitatem.

Aedes autem Bellonæ author fuit Appius Claudius cæcus. Idem in eodem.

Hac ſacrata die Tuſco Bellona Duello,
Dicitur, & Latio porſpera ſemper adeſt.
Appius eſt autor Pyrrho, qui pace negata,
Multum animo uidit lumine cæcus erat.

Hæc ſoror Martis, uel auriga eſſe creditur. Huic ſacerdotes ſuo ſanguine ſacrificabant, hauſto è uenis brachiorum. Vnde Lucanus.

Tunc quos Bellona Lacertis,
Sæua monet cecinere Deos.

Fuit prætera iuxta Circum Flam. Aedes Herculi Magno cuſtodi Circi Flam. ut ſcribit. P. Victor Ro. antiquitatum fideliſsimus teſtis, ita ſcribens, Regio. xi. Circus Flam. Aedes antiqua Apollinis cum lauacro. Aedes Herculi Magno, cuſtodi Circi Flam. Aedes Bellonæ uerſus Portã Carmentalem Idem ſentire uidetur Ouidius in Faſtis, cũ inquit.

Altera pars Circi cuſtode ſub Hercule tuta eſt,
Quòd Deus Euboico carmine munus habet.

Dedicataq; eſt Aedes à Senatu, monitu Sybillinorum Car. ſub Dictatore Sylla, quam dedicandam probauit, dedicataq; eſt pridie Non. Iunij, & ſubdit idem Ouidius.

Muneris eſt tempus, qui Nonas Lucifer ante eſt,
Si titulos quæris Sylla probauit opus.

Alij ante me ſcribunt Aedẽ Herculis cuſtodis, &

Aedem

Aedem Bellonæ, fuiſſe iuxta Circum Max. Ego uerò iuxta Circum Flam. Ex Ouidij, & P. Victoris teſtimonio, ut ſupra dictum eſt. Fuit præterea iuxta Circũ Flam. Villa publica, quam M. Varro de re ruſtica fuiſſe innuit ſub Capitolio in extremo Cãpo Martio, eiq; ipſi iminentẽ, Erat. n. Villa publ. extra Vrbẽ domus ãpla, in qua Legati hoſtiũ quibus neq; ad Vrbẽ ingreſſus, neq; in Græcoſtaſi hoſpitiũ cõcedebatur Romã uenietes recipiebãtur & de publico alebãtur, Vnde Liuius, Macædones, inquit, deducti extra Vrbẽ, in Villam Publicam, ibiq; ijs locus, & lautia præbita, & ad Aedem Bellonæ Senatus eſt habitus. Idem in eodem. Q. Fuluius Legatus Scipionis, Carthaginenſes Romam deduxit, quibus uetitis ingredi Vrbem, Hoſpitium in Villa publica, Senatus in Aede Bellonæ datus. Vnde per hæc uerba Villam publicam, & Aedem Bellonæ, non multum diſtantes inter ſe fuiſſe credendum eſt, ſub Capitolio. In Villa publica præterea quatuor mil. deditorum iuſſu Syllæ interfecta ſcribit. L. Florus, Cæcilius uerò. ix. mil. aſſerit.

DE Circo quem nunc Agonem nominant.

EXTAT hodie pulcherrima Cirici forma, in medio nunc centro Vrbis, quem Agonem nominant, quòd in eo olim Agonalia fierent, appellatus, quæ erãt Iani Sacra, à Numa Rege instituta

ad diem ix. Ianuarij, Agonio Deo, qui rebus agendis præſidebat, & Agonalia eius diei feſta erant, Vnde Agonis uocabulum inditum creditur. Nam certamina huiuſmodi locis exhiberi ſolita largo modo Agones uocari cõſueuerũt. Vnde Suetonius, Neronianum Agona dixit, uocabatur etiam memoria maiorum noſtrorum, Circus Alexandri, uel à uicinitate Thermarum ipſius, uel quòd ipſe princeps eum Circum inſtaurauerit. Inſedit autem iam fermè omnium mentibus pertinaciſſima opinio, hunc eſſe Circum Flamminium, ex uerbis Liuij ita ſcribentis, in Prata Flamminia, ubi nunc eſt Aedes Apollinis iam tunc Apollinarem appellabant, conuenêre. Quam opinionem ſecutus Pandulfus Lateranenſis Eccleſiæ Oſtiarius, ſcribit Hadrianũ primum condidiſſe Templum Apollinaris martyris, iuxta Circum Flamminium. Quæ omnia Pediani uerba deſtruere, & conuellere uidentur, Verũ qui Pandulfi opinionem poſtea ſecuti ſunt, non inſpexerunt Pedianum Aſco. ante hos annos repertum ſub optimo principe Nicolao. v. cuius Pontificatu Poggius Florentinus, Pedianum adinuenit, ſed ueniamus ad locorum diſcuſſionem, ſi Circus Flamminius eſt, quem uerbis Pediani ſupraſcripſimus, Circus Agonis, qui hodie omnium pulcherrimus eſt, quo nomine apud ueteres appellabatur Agnois Circus, ſicut nunc, uel ut quidam opinantur,

tur, Equiria

tur, Equiria à Romulo prius inſtituta in honorem Martis genitoris, ubi erant circumquaquè ampliſsima ſpectacula, & in medio erant Metæ ſicut in Circo Maximo, ſed uulgaris opinio eſt, Equiria fuiſſe olim, ubi nunc eſt Templum Sanctæ Mariæ in Aquiro, nominis tantùm ſimilitudine decepta, cum locus non ab equis, ſed ab aquis, dictus, quòd eſſet paludoſus, Argumento patet, nã cum Templum, ab Anaſtaſio Papa conderetur, in fundamentis eius repertæ ſunt quædã æreæ Anates aquaticæ aues, quæ nuper in eo Templo uiſebantur. Præterea nulla extant illic ſpectaculorum ueſtigia præterquàm profunda tellure, quædam pauimẽta, nec Circi forma, ſicut in alijs huiuſmodi locis, in quibus aliqua adhuc apparent ſigna. Nam Circum ubi Equiria fiebant, oportebat eſſe ſpatioſiſsimum, & ampliſsimum, ad equorum curſum, & ſpectantium multitudinem, cuius rei ne ueſtigium quidem illic apparet, præter quaſdam columnas adhuc ſtantes in proximo Templi hortulo, ubi creditur, apud ueteres, aliqua fuiſſe Deorum Aedes, uel Porticus. Nec deſunt qui uelint, illic fuiſſe Templum Iſidis, quod in hoc ambitu fuiſſe, ſatis conſtat. Quòd ibi olim fuerint Equiria, alij uiderint diligentiores, in his enim locis, ubi ueritas ſopita eſt, unuſquiſq; ſequatur opinionem ſuã.

Optimum profectò illud eſt iudicium, quod pluri- morum ſententijs confirmatur, & ne libera nobis tribuatur erroris facultas, alijs hæc, & ſimilia in- quirenda relinquo. Equiria inquit Pompeius Feſtus ludi ſunt quos Romulus Marti inſtituit. Quod lu- dicrum primus apud Elidē Græciæ ciuitatē, Oeno maus ædidiſſe fertur, & poſtea Romulus in raptu Sabinarū, nec dum fundatis ædificijs, ruraliter Ita liæ oſtēdit, & celebrabātur circa finem Februarij, ut ſcribit Ouidius circa finem. 2. lib. Faſtorum.

Iamq; duæ reſtant noctes de menſe ſecundo,
  Marsq; citos iunctis curribus urget equos,
Ex uero poſitis permanſit Equiria nomen,
  Quæ Deus in campo præſtitit ipſe ſuo.

Quem Circū quotieſcunq; Tyberis inundationi- bus reſtagnabat, Equiria in Cœlio monte, in loco, qui dicitur Campus Martialis, celebrabātur. Idem in eodem.

Altera gramminco ſpectatis Equiria campo,
  Quem Tyberis curuis in latus urget aquis,
Qui tamen eiecta ſi fortè tenebitur unda,
  Cœlius excipiet pulueruIentus equos.

In eo circo deſultorij (ut aſſerunt) currebant equi, Currus uerò, teſte Caßidoro in epiſtolis, ab Augu ſti Mauſoleo, ſex portis per Campum Martium, in Circum Flam. demittebantur in curſum. Eſt aūt Circus, ſiue Campus Agonis, hodie omnium pul-

cherrimus,

cherrimus, & expeditiſſimus etiam nunc ad equorum curſus, lateribusq; ſtratus, magnificisq; circũquaq; ædificijs conſpicuus, ubi etiam mea memoria extabant undiq; ſedilium ſigna, quæ nunc priuatis ædibus occupata, uel deſtructa non apparet. Vbi poſtremo Iouis Carniſpriuij de ueterum triumphorum ſimulachra tota fermè ſpectante Vrbe celebrantur. Vbi etiam Emporium, & Nundinarum locus, & obſoniorum, & ſcrutorum mercatus. Singulis Mercurij (dum licet) diebus per totum annũ ex inſtituto nuper bonæ memoriæ. R. D. Guilielmi Cardinalis Rothomagenſis nationis Gallicanæ.

DE Circo Caij, & Neronis in Vaticano.

FVIT præterea Neronis Circus in Vaticano ubi adhuc erectus uiſitur Obbeliſcus, quem imperita multitudo Iuliã Sancti Petri uocat, dicatione, & uicinitate. Vnde Cor. Tacitus ita ſcribit, Nero princeps in ualle Vaticana ſpatium, in quo equos ageret haud promiſcuo ſpectaculo clauſit. Vbi & ipſe ſibi princeps nonnunquam aurigabat. Viſũ eſt, inquit Plin. Neroni principi ſpectaculũ harenæ Circi chryſocolla ſterni, cum ipſe aurigaturus eſſet inducta opificum turba. Fuit eodem teſte, is Circus Caij, & Neronis. Sunt qui tradant in eo ambitu fuiſſe olim hortos Neronianos, ut apparet marmore inciſum, in proxima Sancti Angeli Ec-

cleſia à Leone.iiij. in cliuo mõtis condita. Hoc aũt Circo, dirus Nero, dicitur, uſus ad excrutiandos exquiſitiſsimis ſupplicijs Chriſtianos, & ad crudelitatem honeſtandam, ſubornauit teſtes, qui aſſererent incendium, quo maxima Vrbis pars perierat, à Chriſtianis habuiſſe exordium, ut ſcribit Tacitus. Sunt autem in Vaticano agro multa ſubterranea nunc antiquitatum ueſtigia. Extat adhuc extra Portam Caſtelli, inter proximas uineas, haud lõgè à Mole Hadriana, exigua Circi forma ex lapide nigro, ac duro, iã penè diruti, paucisq; noti. Fuerũt & alij nonnulli intra, & extra Vrbẽ, ſed ex his unus cuius forma, ac ſedilium ueſtiga adhuc apparent, inter Viminalem montem, & Eſquilias, iuxta Viam Suburram, ubi nunc Aedes. S. Laurentij in Fontana, & S. Euphemiæ. Alter extra portam Maiorem, iuxta Viam Libicanam, & Formã Aquæ Claudiæ, poſt mœnia Vrbis, & Cœnobium. S. Crucis in Hieruſalem, cuius tantùm extat forma, & parietum ueſtigia, inter proximas uineas, ubi in medio adhuc in duas cõfractus partes iacet obeliſcus. Fuit & Circus ubi fiebãt Floralia, in monte Quirinali, ut ſupra dictũ eſt. Itẽ proximus huic alius inter Capitoliũ uetus, & Collẽ Hortulorum, de quo iam diximus, & in eodem Colle ad Hortos Salluſtianos, alia circi forma, quem incolæ hodie appellãt Gyrulũ, ubi iacet obeliſcus in duas

confractus

confractus partes. Alius Via Nomentana, ſatis rudis, iuxta uetus Bacchi Templum, & S. Agnetis. Fuerunt præterea Septa Trigaria, iuxta Circum Flamminium, ubi Trigarij currebant equi. Extat hodie Circus penè integer, ſiue Hippodromus ſatis rudis, ad ſiniſtram Viæ Appiæ, ad .ij. lapidem, inter Aedem S. Sebaſtiani, & caput Bouis in prælonga cõualle, quæ ad hos uſus clauſa, ſedilibus iam caducis, ab Antonino (ut credit) Baßiano extructus, ut in eius nomiſmatibus tali forma conſpicitur, ubi in medio adhuc apparent metarum ſigna, & Obeliſcus miræ magnitudinis, in plures cõfractus partes, cum notis Aegyptiorum, ubi Olympici olim fiebant ludi, ad exercẽdos (ut creditur) milites prætorianos, qui illic tunc contubernia habebant. Nã ante Auguſti, & Tyberij principatum, milites prætoriani nulla habebant conſtituta hoſpitia, ſed ubi neceßitas cogebat illuc diuertebant. Tyberius primus locum cõſtituit, quò omnes diuerterent. Quæ res pernicioſißima Imperio fuit, ut ex geſtis apparuit. Nam Prætoriani ſæpè coniuratione facta ex uno loco impetum facientes, aut Imperatores occidêre, aut Imperium uenale propoſuerũt. Quæ memoratu ſunt horribilia, hanc eis facultatem ad maleficium ſuppeditauit, contubernij eodem loco coacti commoditas, & colloquendi in ocio magna licentia. Auguſtus primus cæterorum conſtituerat,

uidelicet Caſtra Rauennatiũ ſub Ianiculo: Miſena-
tiũ, & Peregrinorũ in Cælio mõte, ne diſperſi mi-
lites direptionibus, & rapinis intenti, Vrbem in-
quietarent. Fuit præterea ipſis caſtris Prætoria-
nis, Aedes Caſtrorum, quæ adhuc extat ſphærica
forma, quò Senatus nonnunquàm uocari conſueue-
rat, præſertim cum dè abrogando Imperio alicui
agendũ eſſet, ut de Maximinis patre, & filio ſcri-
bit Capitolinus, & Gordiani duo, item pater, & fi-
lius, in Aede Caſtrorũ declarati ſunt Aug. Fuerũt
olim Caſtra præter Prætoriana, Rauennatiũ, Mi-
ſenatiũ, Peregrinorũ, Tabellariorũ, Lecticariorũ,
Victimariorum, Salgamariorum, & Silicanorum.

DE Porticibus, & earum ſtructura.

PORTICVS à porta, uel à portando di-
cta creditur, propter repentinos imbres, &
umbrarũ, ac deambulationis gratia ædificabãtur,
uno, uel pluribus Columnarum ordinibus compa-
ctæ, longa, continuataq; ſerie diſpoſitæ, per quas
ambulachra, & geſtiones accommodabantur. Ex-
cipiebãt autem brumales à meridie ſoles, Aeſtiuas
uero à Septentrione umbras, columnis ingentibus,
externo, magna ex parte, marmore concinnatis.
Fuerunt autem Porticus apud ueteres, uaria, multi-
pliciq; forma extructæ, longæ, breueſq;. Milliariæ
à numero paſſuum. Stadiatæ à ſtadijs. Item ſubter-
raneæ Cryptoporticus. Itemq; à ſtructura Corin-

thiacæ, Dori

thiacæ, Doricæ, & Tuſcanicæ. Iungebãtur Porticus omnibus propè publicis, & magnis ædificijs etiam & ſtabulis, ut eſt illud in Porticibus Stabuli Palatini, dedicariq; numinibus conſueuerãt, ut marmore inciſum nuperrimè legimus.

SILVANO SANCTO. L. VALLIVS SOLON PORTICVM EX VOTO FECIT, DEDICAVITQ. CAL. APRILIB. PISONE, ET BOLANO COSS.

DE Porticu Liuia.

PORTICVM Liuiam, iuxta Viam Sacrã, ubi nunc ſunt ruinæ Tẽpli Pacis, fuiſſe olim, ſcribit Suetonius, cum inquit, Templum Pacis, ubi ante fuit Porticus Liuia, & ubi domus Cæs. Dict. Quã poſtea Auguſtus ſumptuosè nimium ornatam ſolo æquari iuſsit, & illc Liuiæ Porticum ædificari. Cuius etiam meminit Ouidius in Faſtis.

Diſce tamen ueniens ætas, ubi Liuia nunc eſt
Porticus, immenſæ tecta fuiſſe domus.

Quæ Porticus Claudia etiam dicta eſt. Martial.

Claudia diffuſas, ubi Poritcus explicat umbras,
Vltima pars aulæ deficientis erant.

à Nerone euerſa, poſtea uerò à Domitiano reſtituta ſub nomine priſco. Cuius pars operiebatur uitis unius umbraculis, miræ magnitudinis, ut tradit Plynius, cũ inquit, Vna uitis Romæ in Liuiæ Por-

ticibus, ſubdiales ambulationes umbroſis operculis opacat, eademq; duodenis muſti amphoris fœcunda: ad eamq; Porticum Veſpaſianum pacem ſuam ædificaſſe memorat.

DE Porticu Cn. Octauij, & Octauiæ ſororis Auguſti.

DVAE fuerunt Porticus ſatis propinquæ, quæ ex ſimilitudine nominis ſæpè errorem fecerunt. Alteram Cn. Octauio eius qui Perſen Macedoniæ Regem claſſe uicit, & de eo Triumphauit, & hæc iuxta Pompeij Theatrum, Eadē & Corinthia Porticus à ſuperſtylij qualitate dicta eſt, Plynij teſtimonio ita dicentis, inuenio à Cn. Octauio factam Porticum duplicem, ad Circum Flamminium, quæ Corinthia ſit appellata, à capitibus æreis Columnarum. Altera Octauiæ ſororis Auguſti, ab Auguſto uidelicet fratre, in honorem eius condita, iuxta Theatrum filij ipſius Marcelli. Ex. C. Marcello geniti, quem illa mortuum, uſq; ad extremum uitæ ſuæ fleuit. Senecæ teſtimonio. Nimirum Imperium ſucceſſor deſtinabatur, & unde uiceſimum agens annū, extinctus eſt, de quo Virgilianum illud.

Tu Marcellus eris.

Fecit enimuero Auguſtus plurima in honorem ſuorum ædificia, ut Caij, & Lucij Baſilicā, Liuiæ Porticum, Theatrum Marcelli, Porticum ipſam Octa

uiæ, quam

niæ, quam combuſtam quoq; reſtituit. Eam *namq;* *unicè dilexit, quanquàm ex alia matre prius geni* *ta eſſet, ut ſcribit* Tranquillus. Excitauit *& idem* Princeps, Porticum *ſatis breuẽ,ad* Templũ Apol linis Palatini,*marmoreis ornamentis,ac ſignis or natiſsimam,utſcribit* Ouidius,*&* Propertius.

DE Porticu Pompeij.

PORTICVS Pompeij, *iuxta eius* Curiã, *&* Theatrum,*fuiſſe dicitur.*Plynius,*huius eſt inquit* , *in* Porticu *tabula* , *quæ ante* Curiam *eius fuerat*. Ouidius de Arte.

Tu *modo* Pompei *lentus ſpatiare ſub umbra,*
Dum Sol Herculei *terga leonis adit.*

Et *uocabatur* Hecatonſtylon,*quæ cum alijs, iuxta ædificijs magnum* occupabat *à* Theatro *ſpatium, uerſus auroram,extant adhuc aliqua ueſtigia.* Vi*truius,*Poſt Scænam,*inquit,*Porticus *ſunt* conſti*tuendæ , uti cum imbres repentini ludos interpel*-*lauerint, habeat populus, quò ſe recipiat à* Thea*tro.*Corragiáq; *laxamentum, habeat ad comparã*-*dum,uti ſunt* Porticus Pompeianæ.

DE Porticu *à.*L. Septimio Seuero *reſtituta,& altera eius nomi*-*ne condita.*

EXTAT *adhuc* Portic⁹ *in ueſtibulo.*S.Angeli *in* Piſcina, *à.*L.Septimio Seue. *reſtituta, mul to ſquallore, ac ſitu deformata, cum inſcriptione.*

IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVE-
RVS PIVS PERTINAX AVG. A-
RABIC. ADIABENIC. PARTIC.
MAX. TRIB. POTEST. XI. IMP.
XI. COS. III. PP. ET
IMP. CAES. M. AVRELIVS ANT.
PIVS FOELIX AVG. PONT. MAX.
TRIB. POTEST. VI. COS. PRO-
COS. INCENDIO CONSVM-
PTAM RESTITVERVNT.

Spartianus in Ant. Baſsiano reliquit, inquit, & Porticum *patris nomine, quæ geſta illius contineret, & triumphos.* Non de *hac, ſed de altera* Porticu *intelligendum puto, quæ non extat.*

DE Porticu Neronis, & *cæteris* Porticibus.

FVIT & Porticus Neronis, *trium mil. paſs.* Nam *Nero (ut ſcribit* Tranquillus) *Thermas ſuo nomine, domum aureã, &* Porticũ *trium mil. paſſuũ, mira celeritate, perfecit, &* Porticum *Antii ſumptuoſiſsimis operibus extruxit.*

¶*Fuerunt &* Porticus *à* Domitiano, *ex lapide phẽgite, ad uſum ſuum exornatæ.* De quibus Sueto. *Solertior, inquit, indies* Porticũ, *in quibus ſpatiari conſueuerat, parietes phengite lapide diſtinxit, è cuius ſplendore per imagines, quicquid à tergo fieret, præuideret.* ¶*Fuerunt &* Porticus *Philippi,*

de quibus

de quibus Plynius, *Zeuxidis, inquit, manu Romæ Helena eſt, in Philippi Porticibus, & in Concordiæ Marſyas religatus.* ¶ Fuit & Porticus Argonautarũ, & Europæ, hæc quidam ita exiſtimãt. Sed ego eos impendio decipi arbitror, nam has nõ Porticus fuiſſe, ſed pictura in aliqua ex iſtis Porticibus certum habeo, ut Athenis Pœcile Porticus picturis inſignis, quæ animos deambulantium detineret, ut apud Maronem,

Atq; animum pictura paſcit inani.

¶ Fuit & Porticus Metelli, ad Templum Iouis Statoris. Extat hodie, iuxta Viam Sacram, & Forũ ubi nunc eſt Aedes. S. Laurentij in miranda Porticus, cum Templo Diuæ Fauſtinæ, & Antonini, cuius inſcriptio.

DIVO ANTONINO, ET DIVAE FAVSTINAE EX. S. C.

Et in latere Fori ubi nunc ſunt tres columnæ Porticus Iulia cum Templo olim Veneris genitricis: nec deſunt qui ſcribant eas fuiſſe. xiij. columnas, ubi in modum Baſis Domitiani ſimulachrum collocatum erat, ſub quo fluebat Rhenus fluuius germaniæ, quam ipſe ſubegerat ut poſtea dicetur. Extat & in proximo capitolij cliuo Concordiæ porticus adhuc integra octo columnarũ una ſtructura, opere dorico ut aliqui opinati ſunt, ſed templum fuiſſe nõ porticũ ex inſcriptione coarguitur. Videlicet.

S. P. Q. R. INCENDIO CONSVMPTVM, RESTITVIT.

Vbi de Templo, non Porticu, intelligi uidetur, niſi fortè incenſo Templo, Porticus immunis ab igne permāſerit. Erat prope hanc, & altera multò maior, ex opere Corinthio, cuius adhuc extant tres in angulo columnæ, ex candido marmore, ac ſtriato ubi extat tantùm tituli poſtrema pars, uidelicet RESTITVERE.

Erat enim, ut ſcribit Tacitus, inſignis Porticus ad ornamentum olim Capitolij, cuius marmora paulò ſupra noſtram ætatem, ſicut pleraq; alia, in calcis uſum decocta, trāſiēre. Extat hodie in Martio Cāpo, in platea Præsbyterorum, iuxta S. Stephanum, de trullio Porticus Antonini Pij ſtadiata (ut creditur) cuius nec principium nunc, nec finis apparet, multæq; his proximis annis Columnæ cum ornametis, lucri cauſa, diruptæ, in calcem uerſæ, dicuntur, ubi & eius Templum, & Columna Cochlidis, quæ adhuc extat. Fuit & Porticus pulcherrima in Templo Neptunni, iuxta Septa. Extat hodie omnium pulcherrima, & integra, ante Pantheon, columnis ingentibus, & ænëis inauratis tecti trabibus, quæ dicitur Protyrion, ideſt, locus ante portā Templi. ¶ Parauerat præterea Galienus Imp. Porticum Flamminiam uſq; ad pontem Miluium, ut tetraſtice fieret, ſiue pentaſtice, ut primus ordo

pilas haberet

pilas haberet, & ante ſe columnas cum ſtatuis, ſecundus, & tertius, deinde diateſſaron columnas, ut ſcribit Trebellius. *Inſtituerat præterea* Gordianus Porticum, *in campo ſub colle mille pedum, ita ut à terra, parte, qua mille pedum fuerat, atq; inter eas pariter & ſpatium pedum quingentorũ, cuius ſpatij hinc, atq; hinc uiridaryjs eſſet lauro, myrtho, & buxo frequentata, medio uerò* Lithoſtrotum *breuibus columnis altrinſecus poſitis, & ſigillis per pedes mille, quod eßet ambulatorium, ita ut in capite* Baſilica *eſſet pedum quingentorum, ut ſcribit* Capitolinus *in geſtis* Gordianorum.

¶ Fuerunt & *aliæ* Porticus, *ſine numero, quarum hodie ſola nomina extant, ut* Porticus Libyæ, *ubi* Macellum *in* Eſquilijs, Porticus Conſtantini, *in regione* Viæ Latæ, Porticus Fabaria, *in* Auentino, Porticus Vipſana, *à* Vipſano Cos. *Frõtei collega cõdita. Cuius meminit* Martialis, & Tacitus, *atq; aliæ multæ, intra, & extra* Vrbem, *quas longùm eſſet ſigillatim deſcribere.*

DE Columnis, & *earum ſtructura.*

COlumnæ *dictæ, quòd culmina ſubſtineant, unde intercolumnia ſpatia, quæ inter colũnas exiſtunt.* Columnas, & Arcus *in honorẽ principum erectas, uidemus, non nimium antiquo inuento, neq;* Traiani, & Antonini *tempore uetuſtiores, niſi* Mœnianam *dixerimus, honoris cauſa* Mœnio

conceſſam in Foro, & Columnā Cæſaris, & alias perpaucas, ut infra dicetur, ſed eæ ad magnificentiam, aliæ fulciminis cauſa. Columnarum autem tria ſunt genera, Teretes, Quadrangulæ, & Striatæ, capita eorum dicuntur Epiſtylia, pedes, & ſuſtentacula baſes, truncus uerò ſine his dicitur Scapus, capita earum ſtructura ſunt Ionica, Dorica, Italica, Corinthia Tuſcanica'ue extructa, ut docet Vitruuius. Antiqui prius Columniam dicebant, poſtea detracta litera, Columna dicta eſt, autore Quintiliano. Columnæ primùm in humanā effigiem ad ædificia ſuſtentanda, & in memoriam ſuorum effigiatæ, ut tradit idem Vitruuius libro primo. De origine earum Lacones exercitū Perſarum cum ſuperaſſent, Porticum Perſicam ex manubijs indicem uictoriæ poſteris, pro Trophæis conſtituerunt, ibiq; captiuorum Simulachra, Barbarico ornatu tectum ſuſtentantia collocarūt. Nec non Caryatidum, deleto eorum oppido uiris interfectis, ſtolas, & matronales ornatus eoru mulieres deponere nō paßi ſunt. Sed æternæ ſeruitutis exēplo, & cōtumelia preſſæ. Ideo Architecti artificijs publcis deſignauerunt eorum imagines oneri ferūdo collocatas, & ita ex eo argumento uarietates egregias auxerūt operibus. Extant hodie huiuſcemodi duo ſenū marmorea ſimulachra tectū logiæ ſuſtinentia in antiquis ædibus. D D. Columnenſiū

ſub monte

ſub monte nunc Caballo. Et quatuor itidem fornicarum in Hortis nũc. R. D. Alexandri Card. Cæſarini, iuxta eius ædes, quam quidem ſtructuram Barbaricam Porticũ appellauit Plautus. Sunt præterea Colũnæ Striatæ, canaliculis undiq; circũcauatæ. Sunt etiam ſtructiles, quæ non ex uno lapide, ſed ex pluribus ſtructæ ſunt. Extant hodie duæ Colũnæ Cochlidũ, Traiani, & Antonini Pij Imp.

DE Columna Cochlidis Traiani Imperatoris.

Columna Cochlidis Traiani, in Foro eius erecta, adhuc cernitur, altitudinis pedũ. cxxiij. ubi Cochlea interior cum gradibus. clxxxv. cum feneſtellis. xlv. in qua circumquaq; extrinſecus ſpectant marmore inciſæ reꝝ geſtarũ ſimulachra præſtãtiſs. prĩcipis miro artificio cælata, ubi præcipuè bellũ Dacicũ, cui apud Parthos bellũ gerẽti dedicata fuit à Senatu, & eã Columnam Traianus non uidit (ut nonnullorum fert opinio) ipſe namq; è Perſis rediens apud Seleuciam Syriæ Vrbem fluxu ſanguinis extinctus eſt. Dionyſius uerò Græcus author, Ingentem, inquit, in Foro ſuo Columnam ſtatuit, ſiue ut ea, pro ſepulchro eſſet, ſiue ut oſtentatio eius operis, quod ille circa Forum egit, Cliuus ſurgebat, quem effoſſa, quaq; uerſus terra, ita complanauit, ut undiq; Columna conſpiceretur.

Forum deinde in areæ modum locatū manſit, quod Appollodorus Architectus, *qui &* Methodium, *&* Gymnaſium, *eo iubente, ſtruxit.* Solus *hic omnium* Imperatorum *intra* Vrbem *ſepultus, cuius cineres, & oſſa in* Vrbem *relata, in eadem* Columna *condita dicuntur aurea pila, cum eius imagine, quæ ſuperſtaret* Foro, *ab ſe extructo, cuius ſcriptio huiusmodi, in eius* Columna *baſe legitur.*

SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS IMP. CAESARI DIVI NERVAE.F.NERVAE TRAIANO AVG. GERM. DACICO PONTIF. MAXIMO TRIBVN. POT.XVII.COS.VI.PP. ADDECLANDVM QVANTAE ALTITVDINIS MONS ET LOCVS TANTIS MOLIBVS SIT EGESTVS.

Iungebantur antea Quirinalis Capitolino *iugo, & ea pars, ubi* Forum, *&* Columna *eſt* Cochlidis, Solo *æquata fuit, ne locus ſuo ſpatio fraudaretur.* Hic *primus* externus, *& deinde alij ad* Imperium *promoti.* Hic *primus (ut quidam uolunt) barbam nutriuit, nonnulli* Hadriano *aſcribunt, quod ueriſimilius eſt, ut in eius nomiſmatibus apparet.* Quod *& poſteri ferè omnes principes ſecuti ſunt, cum antea quotidie raſitarent, ut legitur de* Auguſto.

Fuit autem

Fuit autem Traianus *tantæ manſuetudinis, ut non tanquàm principem, cum ſuis ciuibus, ſed tãquàm ſocium ſe geſſerit,unde in creatione principũ* Ro. *acclamatum fertur,* Fœlicior *ſit* Auguſto,*ac* Traiano *melior, nec* Hadriano *deterior.* Hic ex *omnibus* Imp. *optimi cognomen ex.*S. C.*meruit, ut in eius nomiſmatibus uidere licet.*

DE *Columna* Cochlidis Antonini
Pij Imperatoris.

ALTERA Cochlidis *Columna,in* Campo Martio *adhuc extat,quã* Antonius Pius Imp.*ſibi erexit,altitudinis pedum.*CLXXVI.*cum interiore* Cochlea,*&* gradibus.CIIII.*Feneſtellis.*LVI. Incendio *nunc mutilata , & conquaſſata cernitur, ubi res geſtæ* Antonini *undiq; marmore inciſæ ſpectantur, maiuſculæ, ac prominentiores, quã in Colũna* Traiani,*cuius moribus,& uirtute ſimilis fuit.* Qui *etiam religione, pietate, gratia, clementia, iuſtitiáq; cũ* Numa Pompilio *comparari poteſt,tantæq; modeſtiæ fuit,ut ſæpiùs illud* Scipionis *dictum uſurparet,*Malle *ſe unum ciuem ſeruare,quàm mille hoſtes occidere.*In *cuius* Colũnæ *ſummitate nudum ſimulachrum collocatum erat, ut in eius nomiſmate uidere licet, ab ipſa* Colũna *regio nunc* Columnæ, *ubi ea erecta cernitur,nomen accepit.*

DE *Columna* Cochlide Porphyretica.

TRADVNT & Columnam Cochlidem Porphyreticam ex Vrbe Roma Conſtantinopolim aduectam à M. Aurelio Conſtantino, qui cũ multa ad ornatum nouæ Vrbis conquiſiſſet, Cochlidem etiã Porphyretici lapidis ex Vrbe Ro. aduehendã curauit. Cui ſtatuam ſuã, & Clauum unũ Chriſti redẽptoris in ſigne poſuit. Quæ poſt multos ãnos, regnãte Alexio Cõneno uiolẽtia uẽtorũ cecidiſſe, fertur. Diuus Hieronymus ſcribit Conſtãtinum nudaſſe Vrbes, ut Conſtantinopolim ornaret. Conſtiuerat præterea Antoninus Hæliogabalus Imp. Columnam unã ingentem dare ad quã aſcenderetur intrinſecus, ita ut in ſummo Heliogabalum Deum collocaret. Sed tantum ſaxum non inuenit, cum id de Thebaide adferre cogitaret, ut tradit Lampridius. ¶ Fuit & Columna Cæſaris lapidis numidici. xx. pedum ubi ſcalptum erat,

PATER PATRIAE.

¶ Fuit & in Foro Columna, quæ uocabatur Milliarium aureum, & Columna Mœnia, iuxta Baſilicam. Et Columna Lactaria in oro Olitorio, Fut ſupra dictum eſt.

DE Obeliſcis, & eorum forma.

OBeliſcus lapis eſt, figuram metæ ſenſim proceritate in excelſum conſurgens, paulatim

gracileſcens

gracileſcens, ſpecie quadrata, in uerticem pro-ductus, anguſtū, manu leuigatus artificis, Græcã habens Etymologiam, de quo ſatis multa Plynius, & Amianus Marcellinus, *fuerunt autem Romæ Obeliſci magni ſex, duo in Circo Maximo, maior* CXXXII. *pedum, minor uerò.* LXXXVIII. *Vnus in Vaticano, qui ſolus nunc extat, pedum.* LXXII. *Vnus in* Campo Martio. LXXII. *Duo in Mauſo leo Auguſti pares ſinguli pedeum.* XLII. *Obeliſci uerò parui.* XLII. & *in pleriſq; ſunt notæ Aegy-ptiorum. Vnde* Cornelius Tacitus, *primi, inquit, per figuras animalium Aegyptij ſenſus mentis ef-fingebant, & antiquiſsima monumenta memoriæ impreſſa in ſaxis cernuntur, & literarum ſe inuen tores perhibent.* Chræmon *philoſophus ſcripſit* Hieroglyphica. Adhuc Romæ cõſimiles literæ ui-ſuntur in minore Obeliſco, & quædam iuxta Pan-theon Agrippæ. Plynius lib. xxxv. Nat. Hiſt. Tra-bes, inquit, e lapide Simite fecère Reges quodam certamine, Obeliſcos Solis numini ſacratos, radio-rum eius argumentū in effigie eſt. Primus omniũ Obeliſcum, Rex Mythres inſtituit. Octauius Au-guſtus duos admirandos ex Vrbe Aegyptiorum Heliopoli tranſtulit, Quorũ unus in Circo Max. cõſtitutus pedũ. cxxij. omniũ maximus, qui fuerit, in Orbe, ob magnitudinem nunquàm erectus, qui nũc in medio eo Circo multa tellure obrutus iacẽs

magnam ipſius Circi partem occupat in duas partes olim cum erigere uellent, in molitione confractus dicitur, à Semiferreo Rege ante exciſus. Alter uerò minor pedes. IX. *in* Martio Campo *locatus,* de quo *idem* Plynius, Is, *inquit,* Obeliſcus, *qui in* Campo Martio. C X. *pedum à* Meroſotide *inſcriptus eſt. Ambo rerum interpretationem* Aegyptiorum *philoſophiæ continent, cui ipſe addidit admirabilem uſum ad depræhendendas* Solis *umbras dierum, ac noctium magnitudines, cuius uertici auratam pilam* Manlius Mathematicus *addidit, cuius ſummitate umbra colligeretur, ſtrato lapide ad* Obeliſci *magnitudinem, cui par fieret umbrarum effectus, qui hodie in multas partes confractus, atq; terra obrutus iacet ad radices* Citatorij *montis uerſus* Tyberim. *Quem nuperrimè detectum uidimus, unà cum* Baſe *in qua talis legitur inſcriptio.*

CAESAR DIVI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS IMP. XII.
COS. XI. TRIB. POT. XIV. AEGY
PTO IN POTESTATEM POPV
LI RO. REDACT. SOLI DONVM
DEDIT.

Alter *uerò* Obeliſcus Lunæ *dicatus, adhuc cernitur in* Colle Hortulorum, *in* Hortis Salluſtianis *(qui locus* Gyrolus *ab incolis nunc dicitur) confractus*

iacet,ut ſupra dictum eſt, Duo in Auguſti Mauſoleo pares, quorum alter inter ruinas inuentus, nuperrimè effoſſus eſt, iuxta Aedem Sancti Rocchi, ubi nunc in media uia iacet confractus. Alter inuentus, nec effoſſus, poſt Aedem Sancti Rocchi. Tertius in Vaticano ſolus hodie erectus cernit in Caij, & Neronis Circo, unus omnino fractus in molitione eius (ut tradit Plynius) quem fecerat Se todidis filius, Nicoreus eiuſdem, remanet centum cubitorum, quem poſt cæcitatem uiſu reddito ex oraculo Soli ſacrauit. Abies admirationis præcipuæ in naui, quæ ex Aegypto Caij principis iuſſu Obeliſcum Diuo Tyberio, in Vaticano Circo ſtatutum, quatuorq; truncos lapidum, ad ſuſtinendum eum, adduxit, qua naui nil admirabilius uiſum in mari certum eſt. Centum uiginti modij, tunc lentis pro Suburra ei fuêre. Cuius ab uno latere talis extat inſcriptio.

DIVO CAESARI DIVI IVLII. F.
AVGVSTO TI. CAESARI DIVI
AVGVSTI. F. AVGVSTO SACRVM.

Ab altero latere.

DIVO CAESARI DIVI IVLII. F.
AVGVSTO TI. CAESARI DIVI
AVGVSTI. F. AVGVSTO SACRVM.

Quem hodie Obeliſcum Iuliam Sancti Petri, à propinqua eius Baſilica, imperitũ uulgus appellat.

Duo parui nunc cernuntur erecti,quos apices magnorum confractorum eſſe puto. Alter in Capitolio in hortis Aræ Cœli. Alter in platea Sancti Machuti haud longè à Pantheo. Vnus item extra mœnia Vrbis, & Templum Sanctæ Crucis in Hieruſalem inter uineas, ut ſupradictum eſt. Vnus ingẽs ac pulcherrimus, iuxta Viam Appiam ad .ij. lapidem in Hipodromo, inter Sanctum Sebaſtianũ nũc & Caput Bouis, in multas partes confractus ,ubi Hieroglyphicæ inciſæ ſunt literæ, ubi adhuc extant ſigna metarum in medio Circo, per longum ordinem diſpoſitæ,erant enim ſeptem Metæ, propter ſeptẽ Planetas, medius erat Obeliſcus, qui dicatus erat Soli, cæteræ Metæ à dextris, & ſiniſtris cæteris Planetis. Theophraſtus tradit, Regi Aegyptiorum à Babylonio Rege Smaragdum miſſũ, quatuor digitorum longitudine, trium latitudine. Et fuiſſe apud eum in Iouis delubro Obeliſcũ, quatuor Smaragdis cubitorum altitudine, latitudine uerò in una parte quatuor, in altera duorum. Multa præterea Obeliſcorum fragmenta uidentur hodie per totam Vrbem. Sed maxime inter Templum Sãcti Machuti, & proximam Aedem Sancti Nicolai de Forbitoribus.

DE Pyramidibus, & earum amplitudine, & forma.

Pyramides

PYRAMIDES dicuntur quadratæ moles inſtar inualeſcentis flammæ, in acutum ſurgẽtes, & ab igne, ex Græca etymologia, originem habent. Quæ prius in Aegypto conſtitutæ ſunt. De quibus Plynius, Dicantur, inquit, & Pyramides in eadem Aegypto regum pecuniæ ocioſa, ac ſtulta oſtentatio, ne pecuniam ſucceſſoribus, aut æmulis inſidiantibus præberent, aut ne plebs eſſet ocioſa, ueſtigiaq; complura inchoatarum extant, una eſt in Arſinoë Vrbe, una in Memphi, non procul à Labyrintho. Quarum meminit Cornelius Tacitus, ita ſcribens. Cæterum Germanicus miraculis intendens animum, præcipuum Memnonis effigies fuit, ubi radijs Solis ita uocalem ſonũ reddens inter uix peruias harenas, inſtar montium eductæ Pyramides certamine, & operibus regum. Quos imitati deinde Romani nonnullas eiuſdem formæ, uerùm longè minorum ſepulchrorum gratia extruxerunt.

DE Sepulchro. C. Ceſtij Septemuiri Epulonum.

EXTAT hodie ex omnibus, una propè integra, marmoreïs ornamentis pulchrè extructa, in medijs nunc mœnibus Vrbis, iuxta Portam Sancti Pauli, in Sepulchrum. C. Ceſtij Septemuiri Epulonum erecta, ut pedales literæ in ea mole inciſæ indicant, cum inſcriptione huiuſmodi.

C. CESTIVS. L. F. POB. EPVLO.
PR. TR. PL. VII. VIR. EPVLONVM.

Extant infra multò minores literæ; uidelicet.

OPVS ABSOLVTVM EX TESTAMEN
TO DIEBVS · CCCXXX · ARBITRATV
PONTI · P · F · CLAMELAE HEREDIS ET
PONTHI · L ·

Sunt & aliæ literæ uerſus Teſt*aceum montē, quæ propter frutices, & putrem ſitum, legi nequeunt.* Epulones, *inquit* Cicero *lib. 3. de* Oratore, *dicebātur qui epulas* Ioui, *cæteriſq; Dijs inſtituendi poteſtatem habebant, quam hodie metam imperitum uulgus* Sepulchrum Remi *appellat, ſecutum (ut arbitror) opinionem, qua etiam deceptus eſt.* D. Franciſcus Petrarcha, *alioqui doctiſsimus uir, poëta, & orator magnus, qui ſcribit in quadā epiſtola, fuiſſe ſepulchrum* Remi, *quod ideò addidi, ne quis uulgi magis famam ſequeretur, quam hiſtoriam, quæ rumore utiq; uulgi uerior reperitur.* Nam Remus, *ut ſcribit* Liuius, *&* Dionyſius, *in* Auentino *ſepultus eſt, unde locus à* Remo, Remuria *dictus eſt, uel quod is ibi ſex uiderit uultures.*

¶ Fuit *& altera* Pyramis *longè maior, ſub* Vaticano, *ac iuxta* Molē Hadrianam, *quam nuperrimè* Alexander. *vi. deſtrui iuſsit, ut recta linea dirigeret uiam, quam ipſe nouam excitauit à* Porta Caſtelli, *ad* Portam Palatij Vaticani, *ſeu uerius, ut*

obicem

obicem à Caſtro.S.Angeli remoueret, quò magna acies hoſtium tuta tegi poterat. Fuit olim ea Pyramis marmoreïs ornamentis ſatis ornata apud ueteres, ex quibus Donus Papa primus ſtrauiſſe, dicit, atrium Baſilicæ.S. Petri. Quam quidem molem, Scipionis ſepulchrum fuiſſe olim, ſcribit Acron in Epo lo Horatij, cum inquit, Deuicta enim Carthagine uirtute Scipionis Africani, cum Afri aduerſus Romanos denuò rebellarent, conſulto oraculo reſponſum eſt, ut ſepulchrum Scipionis fieret, quod Carthaginem reſpiceret, tunc leuati cineres ſunt de Pyramide in Vaticano conſtituta, & humati in ſepulchro eius in portu, ut Carthaginem reſpiceret. Tametſi gentile Scipionum ſepulchrum fuiſſe Via Appia ſatis cōſtat, ut infra dicetur. Viſuntur hodie pleræq; aliæ Pyramides, ſiue metæ longè minores, ac ſemidirutæ extra Vrbem, iuxta Vias Publicas, præſertim iuxta Flām. Salariam, Appiam.

DE Metis, & earum forma.

META congeries, ſiue ſtrues in acutum tendens, ceu turbo inuerſus teretis formæ, plura habet ſignificata, ſunt autem magnæ, & paruæ, paruis quidem utebantur pro terminis agrorū, & uiarum, erant & Circorum Metæ, ubi quadrigæ curſum circumflectebant. Extat adhuc extra Vrbem, in Via Appia, ex Tyburtino lapide extructa ſphærica forma, ſine apice meta cognomento nūc

Caput Bouis, quòd illic undiq; bubulorum capitum ſimulachra lapide cælata uidentur, cuius inſtar in mole Hadriana nunc cernitur. Quod Sepulchrum Metellæ uxoris Craßi fuiſſe olim, breuis illic inſcriptio, oſtendit.

CAECILIAE . Q. CAECILII . F. METELLAE CRASSI.

Fuit olim in Via Appia ueterum ſepulchris à dextris, & ſiniſtris frequentiſsima, ubi adhuc multa antiquorum ſemidiruta, & abſoleta monumentorũ ueſtigia, ſuis nunc nudata ornamentis, apparent. Cicero, An tu egreſſus, inquit, Porta Capena, Collatini Scipionum, Seruiliorum, Metellorum ſepulchra uides, miſeros putas illos? In eadem Appia Via. vi. ab Vrbe lapide, ipſius. M. Tullij, & Tulliorum monumenta fuêre, ubi inſcripta marmora ante hos annos plurima retecta ſunt. Sepulchra enim apud ueteres erant extra Vrbem. Vnde Lex XII. tabularum, In Vrbe ne ſepelito, ne'ue urito. Itẽ de lege Sepulchrorũ, Cic. 2. de legibus, In Vrbe, inquit, ſepeliri lex uetat. Et decreta Pontificũ collegia nõ eſſe ius loco publico fieri Sepulchrũ. Noſtis extra Portam Collinam, Aedem Honoris, & Arã in eo loco fuiſſe, memoriæ proditum eſt, ad eã, cũ lamina fuiſſet inuenta, in ea ſcriptum Domina Honoris, ea cauſa fuit Aedes eius ædificandæ, ſed cũ multa in eo loco ſepulchra fuißent, exarata ſunt.

Statuit

Statuit enim Collegium locum publicum non potuiſſe priuata religione obligari. Sepulchra olim non modo ſibi nobiles Ro. conſtituebant, ſed libertis, libertabus, & amicis, poſteriſq; ſuis, ut legitur de Ennio poëta apud Ouidium.

Ennius emeruit Calabris in montibus ortus,
  Vicinus poni Scipio magne tibi.

Cicero in oratione pro Archia poëta, Charus, inquit, fuit Africano ſuperiori noſter Ennius, Itaq; in ſepulchro Scipionũ putatur is eſſe conſtitutus, & marmoreïs laudibus. Conſimili prope honore D. Brutus Accium poëtam decorauit, qui illius carminibus Templorum, & monumentorum ſuorum aditus exornauit. Sepulchrorũ enim magna olim Romanis cura fuit, qui publica monumenta pauperibus, & ſeruis, ubi conderentur, ædificabãt. Quin & brutis animalibus, ut legitur de equo. L. Veri, cui mortuo ſepulchrum in Vaticano fecit. De ſepulchris multa Auguſtinus, & Ambroſius, qui dicunt eſſe potius damna uiuorũ, quã præſidia mortuorũ.

DE COEMITERIIS.

POSTERA ætas æmulatione quadam illorũ ueterũ cõdidit ſubterranea Cœmiteria, ubi mortuorũ cadauera ſepelirẽtur, & Chriſtianorũ eſt inſtitutũ. Cœmiteriũ Græce, Latine dormitorium,

ſiue quietis locus dici poteſt. Extant hodie eorum ueſtigia extra Vrbem, iuxta Vias publicas, Cœmiterium Commodillæ, Via Oſtienſi, iuxta Baſilicam S. Pauli, Cœmiterium Domitillæ Via Ardeatina, iuxta. S. Petronillam, Eadem uia Cœmiterium Balbinæ, Priſcillæ, & Baſilei. Cœmiterium prætextati Via Appia, apud. S. Ianuarium. Eadem quoq; uia Cœmiterium Calixti, ad Aedem nunc. S. Sebaſtiani. Cœmitoriũ Cyriacæ Via Tybrutina ad. S. Laurentium extra muros. Priſcillæ item Via Salaria, apud. S. Sylueſtrum. Eadem Via Traſonis, & Baſyllæ. Item Aproniani ad cliuum cucumeris. Cœmiterium Calopodij Via Aurelia: apud. S. Caliſtũ. Cœmiterium ad Inſalatas, Via Portuenſi, iuxta. S. Fœlicem. Cœmiterium inter duas Lauros, Via Labicana. Item iuxta. S. Bibianam, ad Vrſum pileatum. Fuerunt & multa alia, quæ breuitatis cauſa omitto. Extat hodie frequens Cœmiterium Campi Sancti, iuxta Baſilicam Sancti Petri in Vaticano.

DE Septizonijs.

DVO fuiſſe apud ueteres Septizonia, inuenio ſed ambiguitas eſt de loco, & uocabulo, ueuſtioris meminit Plynius, & Septiſolium uocat. Itẽ Strabo, Suetonius etiam in Tito, cum inquit, Natus eſt Titus. iiij. Cal. Ianuarij, inſigni anno Caiana cæde prope Septizoniũ, ſordidis ædibus, cubiculo paruo, & obſcuro, manet adhuc, & oſtẽditur. Item

apud Sacras

apud Sacras literas ita ſcriptum eſt, Tranſeunti Apoſtolo Petro *ante Septiſolia in* Via *Noua, cecidit* faſciola, *è ſuppurato, diuturna compede, crure, unde crediderim* Septizonium, *quod nunc ſemidirutum* extat, *inſtauratum fuiſſe à* Septimio Seuero Imp. *uel nouum, iuxta uetus* Septizomũ, *ab eo excitatum, ſatis conſtat utrumq; fuiſſe uno in loco, uel parum inter ſe diſtans, iuxta* Viam Nouam: *de quo* Aelius Spartianus *ita ſcribit,* Cum Septizonium *faceret, nihil aliud cogitauit, quàm ut ex* Africa *uenientes, ſuum opus cernerent, ideſt,* Regium Atriũ *ab ea parte facere uoluiſſe perhibetur, quod etiam poſt* Alexander Seuerus, *cum uellet facere, ab Haruſpicibus, dicitur, prohibitus, cum hoc ſciſcitatus, non litaſſet, eſt enim moles alta inter* Palatium, *&* Cœlium *montem, aſſurgens.* Cuius *triplex* extat Etymologia, *uidelicet* Septizonium *à ſeptẽ* Zonis, *ſiue ſeptem lineis,* Septhodium *à ſeptem uijs,* Septiſolium *à ſeptem ſolarijs, ſiue contignationibus, quarum ſigna adhuc extant, infractura lapidũ, ab imo uſq; ad ſummum.* Sunt *ibi tres ordines columnarũ, inuicem ſuperpoſiti, in modum porticuũ, moles ipſa malè ſe ſuſtinens iamiã lapſura corruet, ubi in frõtiſpicio literæ caducæ ſunt, cũ titulo haud integro.*

C. TRIB. POT. VI. COS. FORTVNATISSIMVS NOBILISSIMVSQ.

iuxta quem locum ſuit olim Aedes. S. Luciæ *ad* Se-

ptiſolia titulo Cardin.ubi Gregorius.ix.Pontifex creatus eſt.

DE Coloſsis & eorum forma.

COloſſus uocabulum eſt Græcum, ab hebetando aſpectu(ut tradit Suidas)uel ut ſcribit Pōpeius, à Coloſſo primo conditore, diciturq́; alta, membroſaq́; ſtatua. Plynius ita inquit, Mirumq́; mihi uidetur cum ſtatuarum in Italiam tam uetus origo, potius lignea,aut fictila Deorum ſimulachra in delubris dicata, uſq; ad deuictam Aſiam, unde irrepſit luxuria. Moles quippè excogitatas uidemus ſtatuarum,quas Coloſſos uocant, turribus pares. Talis eſt in Capitolio Apollo tranſlatus ex Apollonia Ponti Vrbe.xxx. cubitorum, quingentis de talentis factus. Talis eſt Campo Martio Iuppiter, à Claudio Cæſare dicatus,qui decoratur Pompeij Theatri uicinitate.

Ante omnes autem in admiratione fuit, Solis Coloſſus Rhodi, quem fecerat Chares Lydius.LXX. cubitorum altitudinis, terræmotu proſtratus,iacēs, quoq; miraculo eſt,pauci pollicem eius amplectuntur, maiores ſunt digiti, quàm plæræq; ſtatuæ,uaſti ſpecus hiāt de fractis membris. Spectantur intus magnæ molis ſaxa,quorum pondere illud ſtabiliuerat conſtituens.xij. annis effectum.ccc.talentis. Quidam tradunt, Coloſſum hunc Sarracenos demolitos,cum illuc nauigarent,& ex eius ære no

ningentos

ningentos camelos onuſtos tuliſſe. Sunt *alij in ea-dem urbe* Coloſſi *centum numero, ſed ubi ſinguli fuiſſent nobilitaturi locum.* Factitauit Coloſ-ſos & Italia, *uidemusq́; certè* Apollinem *in biblio theca* Templi Auguſti Tuſcanicũ.L. *pedum à pol lice.*Dubium,*ære nobiliorem,an pul chritudine.* Fecit & . Q. Seruilius Iouem, *qui eſt in* Capito lio,*amplitudo tanta,ut conſpiciatur à latiari* Ioue. Habent in eodẽ Capitolio *admirationem, quæ.*P. Lentulus,*alterum à* Charete *ſupradicto factum.* Alterum *fecit* Decius *comparatione tantũ uictus ut artificium minimè* probabilis *artificis uideatur.* Verùm *omnem amplitudinem eius generis ſta-tuarũ, uicit ætate noſtra* Zenodorus, Mercurio *fa cto,in ciuitate* Galliæ Aruernis,*per annos.* X.*pe-dum.*CCCC. *in magno pretio.* Is *poſtquàm ſatis ibi artem probauerat,*Romã *accitus à* Nerone,*ubi deſtinatum illius* Principis *Simulacbrum,* Coloſſũ *centum uiginti pedum magnitudine, quem conſti-tuit in domo aurea.* De quo Martialis.

Hic *ubi ſydereus proprius uidet aſtra* Coloſſus,
& *ſubdit.* Inuidioſa *feri radiabant atria* Regis.

Qui *dicatus* Solis *uenerationi eſt, damnatis ſcœle ribus illius principis.* Ea *ſtatua indicauit interiſſe fundendi æris ſcientiam.* Cũ *uerò largiri aurũ,ar gentumq́; paratus fuiſſet,* & Zenodorus *ſcientiam fundendi cælandiq́; nulli ueterum poſtponeretur.*

¶ Fuit & Coloſſus Domitiani, in Foro, de quo Papinius.

Quæ ſuper impoſito moles gemmata Coloſſo,
Stat Latium complexa Forum.

Fuit præterea Colloſſus Scopæ, in Templo Bruti Callaici apud Circum ad Labicanā Portam eũti. Tradunt, & in Aegypti Labyrintho Coloſſum fuiſſe Serapis ex Smaragdo digitorum.xi.ex omnibus hodie æris Coloßis nihil extat publicè præter unius caput, manũ: ac pedē in Capitolio, pro ædibus conſeruatorũ. Fuerunt etiam ſtatuæ, & Coloſſi marmorei, turribus pares, quarũ capita, pedesq;, & fragmenta per totā Vrbē cernuntur. Iuuenalis.

Et de marmoreo citharam ſuſpendo Coloſſo.

DE Statuis, & Simulachris.

STATVAE à ſtatuendo dictæ, & ſunt ſimulachra, uel cærea, uel eburnea, uel marmorea, uel ex alia quacũq; materia, imagines uerò uel cæræ, uel pictæ. Suetonius in Tyberio, Statuas, atq; imagines, niſi permittentem ſeponi prohibuit. Statuarum artem, inquit Plynius, familiarē fuiſſe quoq; & uetuſtam Hercules ab Euandro ſacratus, in Foro Boario, qui trumphalis uocatur, atq; per triumphos ueſtitur habitu trumphali, & Ianus geminus à Numa Rege dicatus. Cicero Philipp. viij. Maiores noſtri, inquit, Statuas multis decreuerunt, ſepulchra paucis. Sed Statuæ intereunt tempeſtate, ui, uetuſtate. Sepulchro

te. Sepulchrorum aūt Sanctitas in ipſo loco eſt, ꝙ nulla ui moueri, neq; deleri poteſt, atq; uti cætera extingūtur, ſic ſepulchra fiunt ſanctiora uetuſtate. Fuerūt in Vrbe olim ſtatuæ ſine numero, & pedeſtres, & equeſtres, ex omni materia, ſed præſertim marmoreæ, quæ hodie ſiquæ extāt, ꝑ maiore parte cōminutæ, ac narib⁹ præſertim mutilatæ apparēt, ui, caſu, uel temporū iniuria, aut uetuſtate. Ex equeſtribus una tantùm extat ærea, in laterano, habitu, & geſtu pacificatoris. Eamq;. M. Aurelij Antonini eſſe tradūt, ſiue. L. Veri, ut in eius nomiſmatibus ſimilitudo ſatis expreſſè patet. Nec deſunt qui aſſerant eam eſſe. L. Septimij Seueri, quam poſt adeptum Imperium ſibi extruxit ex ſomnio quod uiderat, ut ſcribit Herodianus Græcus author. Quæ ſtatua cùm non ſatis digno loco conſtituta eſſet, à Syxto. iiij. baſe marmorea honeſtat̃. Fuit præterea ſtatua equeſtris Cæſaris Dict. in Foro ante Veneris Genitricis Aedem, in qua ſex Dactilothecas, conſecrauit. Vtebatur, inquit Suetonius, equo inſigni, pedibus prope humanis, & in modum digitorum ungulis ſciſſis anteriorum pedum, quem natū apud ſe Haruſpices Imperiū Orbis ſignificare, domino pronunciaſſent, magna cura aluit, nec patiētem ſeſſoris alterius primus aſcendit, cuius inſtar pro Aede Veneris Genitricis dedicauit. Idē fermè ſcribit Plynius, idēq; propè de Bucephalo Magni

Alexandri equo traditur. Fuit in eodem Foro ſtatua aurea Domitiani, ſub qua fluebat (ut in eius nomiſmatibus apparet) ſimulatus Rhenus fluuius Germaniæ, quam ipſe ſubegit, ut uideri uoluit, unde & Germanicus dictus eſt. Papinius in ſyluis.

Dextra uetat pugnas: leuum Tritonia uirgo,
Non grauat.

Erat enim ipſa ſtatua in Foro, iuxta Lacũ Curtiũ, in ſolida mole collocata. Vnde paulò inferius.

Par operi ſedes.

Fuit autem, ut multi exiſtimant, Palladis Templũ, turris illa, quæ adhuc extat ante Porticum Fauſtinæ, quæ corrupto uocabulo Pallara, pro Palladia uulgò prounciatur. Vbi nunc quadrupedũ uectigal exigitur in campo, ita hodie locus à negociantibus uocatur. Domitianus (ut ſcribit Tranquillus) non ſinebat ſibi poni, niſi auream, aut argenteam ſtatuã, ac Deum etiam ſe uiuente coli. Fuit etiam equus Traiani in Foro ſuo, & eodẽ Foro Ro. Statua equeſtris Conſtantini Imp. & aurea imago Syllæ, ante Roſtra, cum titulo.

IMPERATORI FORTVNATO.

Fuit & .Q. Marci ſtatua equeſtris, in Foro dicata quæ ante Templum Caſtoris poſita erat. Fuerunt præterea per totam Vrbem, equi ænei deaurati numero .xxiiij. Eburnei .xciiij. De ſtatuis uerò ſatis multa ſcribit Plynius libro .xxvi. Nat. Hiſt. Qui

tradit, Romæ ſimulachrum primùm Cereri ex peculio Sp. Caßij, quem Regnum affectantem, pater ipſius interemit. Moris fuit Græcorum nudas ponere ſtatuas, Romanorum uerò tunicatas, at Romuli, & Camilli ſine tunica. Et ante Aedem Caſtoris fuit. M. Tremellij, equeſtris togata. Fuit & M. Attij Nauij ærea ſtatua uelata, in Foro à Tarquinio poſita. Et Horatij Coclitis ſtatua, in Comitio, & Mutij, & Clœliæ uirginis antiquißima, in ſumma Sacra Via, imago inſidens equo. Fuit & ſtatua Neuij poëtæ, de qua notatũ eſt ab authoribus, Aetiũ poëtam in Camœnarum Aede maxima forma ſtatuam ſibi poſuiſſe, cum breui ipſe eſſet forma. Item Romæ extra Portam Capenam, in Scipionum monumento tres ſtatuæ ſunt, duæ. P. & L. Scipionũ, tertia. Q. Ennij poëtæ. Plinius libro. 7. Nat. Hiſt. Prior, inquit, Africanus. Q. Ennij ſtatuam ſepulchro ſuo imponi iußit. Immò ſpolium extrema Orbis parte raptum in cinere ſupremo eius poëtæ titulo legi. Iunium Brutum etiam priſci Romani, ex ære finxerunt medium inter Reges enſem ſtrictũ tenentem, quòd is conſtantißimè Tarquinios euertiſſet. Vbi ſcriptum erat.

VTINAM NVNC BRVTE VIVERES. *Fuit & in Capitolio Aemilij Lepidi pueri ſtatua bullata, & prætextata ex. S. C. poſita, quòd hoſtẽ in acie interemiſſet, & ciuẽ ſeruaſſet.*

¶ Fuit & in eodem mõte.L.Scipionis ſtatua Clamydata, & Crepidata, quòd eo habitu aliquando uſus erat, effigiem ſuam poni uoluit.

¶ Fuit & pedeſtris ſtatua Syllæ, de qua Cicero Philipp.ix.Siquis eſt,inquit,ſenſus in morte, ænea ſtatua futura,& ea pedeſtris magis quàm inaurata equeſtris,qualis.L.Syllæ prima ſtatua eſt.

¶ Fuerũt & in Roſtris quatuor ſtatuæ Legatorũ, quos Lartes Tolumnius Veientorum Rex interfecit,ijs enim maiores noſtri,qui pro Repub.mortem obierunt,pro breui uita,diuturnam memoriam reliquerunt. ¶ Fuit & Concordiæ ſignum, quod Q. Martius fecerat, idq; in publico collocauit, quod.C.Caßius Cenſor in curiam tranſtulit.

¶ Erant & fœminarũ exempla, inquit Suetonius, & in Claudia familia,quæ nauem cum ſacris matris Deûm Ideæ adhærentem,Tyberino uado extraxit, cuius ſtatua in Templo matris Deûm repoſita,bis incendio æde conſumpta,remanſit integra & inuiolata. ¶ Fuit & ſimulachrum Auguſti in ſummitate eius Mauſolei poſitum.

¶ Item.L. Septimij ſimulachrum in eius Septizonio. ¶ Item in columna Cochlidis Traiani,necnon Antonini Pij in ſummitate,collocata Simulachra,ut in eorum nomiſmatibus,apparet.

¶ Cœpit & Galienus Imp. ſtatuã Coloſſo duplo maiorem Solis habitu, ſed præuentus morte non abſoluit,

abſoluit, quem in ſummo Eſquiliarum uertice collocare conſtituerat, ut undiq; conſpiceretur, ut ſcribit Tremellius Pollio, Alexander Seuerus *ex* Porphyretico *lapide opus in* Palatio *inſtituit, multaſq; in* Vrbe Statuas Coloſſas *locauit, artificibus undiq; conquiſitis.* Præterea *uerò in* Atrio *magnorum ciuium ſeruabantur, in cæris expreſſi uultus ſingulis exponebantur in atrijs, ut eſſent imagines, quæ comitarentur, gentilitia funera.* Ouidius *in* Faſtis.

Perlege *diſpoſitas generoſa per atria cæras.*

Et *poëta* Satyricus.

Tota *licet ueteres exornent atria cæræ.*

Stemmata *uerò lineis diſponebant ad imagines pictas.* Præterea *operepr*ecium *eſt, ac ſcitu dignum, quòd apud ueteres ita ſtatuæ formabantur, ut capita tolli, ut alia ſubſtitui poſſent, ut docet* Plinius, *cũ inquit,* Surdo *ſtatuarum diſcrimine capita permutantur, hoc factum fuerat in* Auguſti *ſtatua, cuius rei author damnatus eſt.* Simulachrũ *eſt ficta imago alicuius.* Simulachra *olim in principio ex deſyderio mortuorũ orta ſunt, ut quæ deſierant uiuere uiderentur.* Nec *mirum eſſe uideatur, quòd ſtatuæ capitibus careant, quoniam capita facilius feruntur, quàm cæterum corpus, nam in uultu omnis decor, & gratia ſtatuarũ eſt, & ideò pro maiori parte, capite carentes cernuntur, propterea quòd ea pars fragilior eſt, & ad læſionem paratior, nam*

hodie ab his, qui ſunt antiquitatum ſtudioſi, furtim auferuntur, multæq; clanculum ſublatæ, aut emptæ aliò deferuntur, præſertim Florentiam, & Venetias. Licet cautum ſit perpetuò interdicto, ne quis eas ſubripiat. Tradunt Diuum Gregorium magnũ præcipuas Romæ ſtatuas, & quicquid erat mirãdi operis, in Tyberim præcipitari iuſsiſſe, aut mutilari, ne mortales à religione nuper inſtituta, ſua ſpecie diſtraherentur. Sed ne dicant maleuoli, & hiſtoriarũ ignari, Gregorij Pontificis, iuſſu cõminutas eſſe maiorũ ſtatuas, ac monumẽta, uerum cũ doctis ſentiant. Nam Conſtantinus homo Græcus perfidus, & nequam, Romam, quinto poſtquàm ingreſſus eſt die, ad direptionem cõuerſus, omnes ſtatuas ex ære, & marmore ad ornatum Vrbis poſitas, diſtrahit, & nauibus, ad id præparatis, imponit, deinde, quicquid ſuperſtitit, direpta Vrbe, ab hoſtibus ſublatum, & quæ ſecum ferre nequierunt ornamẽta, malignitate quadam, & ſæuitia, comminuta, ac mutilata, reliquerũt. Decentiores paulò ſtatuas, ac uetuſtiores, ſemper impenſius exquiſitæ, & emptæ ſunt, unde Horatius in ſermonibus.

Inſanit ueteres ſtatuas Damaſippus emendo.

DE Curijs, & earum
differentijs.

Curia à

CVRIA à curando dicta, Curiæ in princi‐pio fuerunt.xxx.poſtea.xxxv. ſingulis Cu‐rijs præfecti: qui ſacra obirent, & appellati Curio‐nes, poſtea diſtinctæ Curiæ numero denario, & appellatæ Decuriæ. Duplex erat Curia, ubi ſacer‐dotes res Diuinas, & ubi Senatus res humanas cu‐rabat. Sed Curia, ubi dabatur Senatus, Templum erat, uel Apollinis, uel Concordiæ, & niſi in Augu‐ſto loco Senatus haberi non poterat, unde Templũ Veſtæ nõ fuit augurio conſecratũ, ne illuc conue‐niret Senat⁹, ubi erãt uirgines: Nã hæc fuerat Re‐gia Numæ Põpilij, ad Atriũ uerò Veſtæ conuenie‐batur, ꝙ à Tẽplo remotũ erat, Curia Templũ non niſi augurato erat. Aerariũ, Carcer, Curia, inquit Vitruuius, Foro ſunt coniungãda, ſed ita, uti ma‐gnitudo Symmetriæ eorũreſpõdeat. Foro maximè quidẽ Curia in primis eſt faciẽda, ad dignitatẽ mu‐nicipij, ſiue ciuitatis. XII. aũt erant gradus, quibus aſcendebatur in Curiam, propter. XII. ſigna, ubi erat Simulachrum Victoriæ, ex auro puro. Victo‐ria enim pingebatur alata, tenens in manu Tro‐phœum. Præcipuè uerò fuerunt Curiæ, Vetus, Ho‐ſtilia, Pompeiana, & Calabra. Curia aũt uetus fuit in angulo Palatij, uerſus Coloſſeũ, ut quidã tradũt. Varro tamẽ iuxta Carinas fuiſſe, ait, ũde caput uiæ Sacræ. Calabra iuxta Forũ, ubi tantũ ratio ſacro‐rũ gerebat, & ubi minor Põtifex feſta ꝓnũciabat

quæ à Romulo prius inſtituta (ut creditur) culmoq; tecta, ad quam Senatum, & populum uocare conſueuerat Rex Sacrificulus, quia adhuc faſti nõ erãt. Fuit præterea Curia Saliorum, in Palatio: nam Salij propriã habuêre Curiam, quæ cum conflagraſſet, inuẽtus eſt in ea Lituus Romuli integer, ut ſcribit Cicero de diuinatione. Curiam autem Hoſtiliã duobus in locis fuiſſe, inuenio, unam iuxta Forum, ubi Rex Hoſtilius prius habitauit, quam. M. Varro ſcribit fuiſſe prope Roſtra. In ruinis Templi Pacis, ſuperioribus annis, inuentum eſt effractum marmor, ubi inciſæ literæ.

IN CVRIA HOSTILIA.

Alteram uerò Curiam Hoſtiliam, in Cœlio mõte, fuiſſe, ſcribit Liuius, cum inquit, Tullus Rex Curiam fecit, quæ Hoſtilia, uſq; ad patrum noſtrorum ætatem, appellata, in Cœlio monte, & ut celebris eſſet locus, Regiam ſibi fecit, & Templum, quod in Curiam redegit patribus minorum gentium. Fuit & Curia Tifata, iuxta quam fuit domus Curij Dẽtati. Fuit & Curia Catonis, ſub qua Baſilicam ſuã ſtruxit in Cenſura, uicina Foro, ut tradit Aſconius. Fuit præterea Curia Pompeiana, iuxta Theatrũ Pompeij, ubi Cæſar Dictator fuit interfectus. Quæ poſt eius mortem diruta, nunquàm poſtea, ob eam cauſam, nſtaurata eſt. Fuit & Curia Diui Iulij, quæ Iulia dicta eſt. Et Auguſti, quam in Comitio conſe

mitio conſe

mitio conſecratam ferunt. Fuit & Curia Octauiæ cuius meminit Plynius. Fuit & Curia Geruſia, quæ ſeniorum dicta. Fuit præterea Curia una ſine cognomēto, de qua Pedianus Aſconius, Roſtra ad Comitium, inquit, iuncta Curiæ: Iuxta quam fuit ſtatua Porſennæ. Fuit & Curia Pompiliana, ut ſcribit Vopiſcus, cum inquit, Ampliſsimus Senatus, cū in Curiam Pompilianā conueniſſet. Aurelius Gordianus dixit. Referimus ad uos. P. C. literas exercitus fœliciſsimi. Fuerūt & Curiæ Nouæ, iuxta compitum Fabritij ædificatæ, quòd parum amplæ erant ueteres à Romulo factæ ubi is populum, & ſacra in partes. XXX. diſtribueret.

DE SENATVLIS.

SENATVLVM locus, ubi Senatores conſultandi gratia coſiſtebant, quidam tradunt Senatum apud Senatulum habitare conſueuiſſe, ut cū è Curia uocarentur, præſtò adeſſent. Senatula tria olim Romæ fuiſſe, inuenio, in quibus Senatus haberi ſolitus ſit, ut memoriæ prodidit Nicoſtratus in libro, qui inſcribitur de Senatu. Vnum ſupra Græcoſtaſin, ubi Aedes Concordiæ, & Baſilica Opima, inter Capitolium, & Forum, appellatum Senatulū aureum, in quo ſolebant Magiſtratus cum Senatoribus deliberare, de quo Valerius Maximus ita ſcribit, Ante, Senatus aſsiduam, ſtationem eo loci peragebat, qui hodie Senatulum appellatur. Alterum ad

Portã Capenã, ad Templum Martis. Tertium circa Aedem Bellonæ, ad Circum Flamminium, ubi dabatur Senatus Legatis, quos in Vrbem admittere nolebant. Additum & quartum matronarum, quod Antoninus Baßiani filius fecit in colle Quirinali, de quo Lampridius, fecit, inquit, in colle Quirinali Senatulum, ideſt, mulierum Senatum, in quo ante fuit conuentus matronarum, ſolemnibus dumtaxat diebus.

DE Græcoſtaſi.

GRæcoſtaſis locus ſupra Comitiũ, ubi fuit Aedes Concordiæ, quam Fuluius *uouit, ſi populo reconciliaret ordines, cũ ad id pecunia publica non decerneretur, ex mulctatitia, fœneratoribus damnatis, ædiculam aureã fecit in Græcoſtaſi, quæ tunc erat ſupra comitium, ubi* Nationum *Legati ſubſiſterent, qui ad* Senatum *mißi eſſent, ut meminit* Cicero *in epiſtola ad.* Q. *fratrem, & præſertim* Græci *ob* philoſophiam, & *oratoriam ſeorſum, ac digniori loco excipiebantur.*

DE Comitio, & Comitijs.

COmitium, *inquit* Pedianus Aſco. *locus in* Foro, prope Senatulum, quo Equitibus, Populoq; Ro. *licebat coire, ubi & ſtans populus ſuffragia ferebat.* De *quo.* M. Varro, Ante Curiam, *inquit,* Hoſtiliam *Roſtra, ſub dextro huius* Comitio *locus inſtructus.* Cicero pro Sextio, Cũ *Forum,* Comitiũ,

Curiam,

Curiam, multa de nocte armatis hominibus, ac ſeruis, plæroſq; occupaſſent, impetum faciunt in Fabritium, unde conſtat Comitium, & Curiam in Foro eſſe. Plutarchus, de fœdere icto, inter Romulũ, & Tacium, ita tradit, Quo autem loco huius fœderis conditiones firmatæ, ſancitæq; ſunt, uſq; ad noſtram memoriam, à coëundo comitium nomen admiſit, is locus fuiſſe, traditur, iuxta Ficum Ruminalem. Comitia uerò, numero multitudinis fuerunt Conſularia, Prætoria, Quæſtoria, Tribunitia, Aedilitia, & omnium Magiſtratuũ, quæ ſuffragijs cõſularibus crearentur. Comitia ipſa ſepta erant in Campo Martio, iuxta montem Citatorium, quæ diu intermiſſa, ab Hadriano demũ reuocata fuiſſe, ſcribit Aelius Spartianus.

DE Gymnaſio, & Academia.

Gymnaſium uocabulum eſt Græcum, & propriè locus, ubi ludi exercebantur, ut Gymnaſium Pompeij, Neronis, & Commodi Imp. poniturq; pro literario Ludo. Ludus enim ſingulari numero, pro Schola. Schola, inquit Aſconius Pedian. omnem ludum dixêre Romani, ut Ludum Pompeij Lenæi, Ludum Aemilium, Gallicum, Matutinũ. dicitur etiam Academia, & Atheneum. Ludi uerò numero multitudinis quinq; erant apud Romanos, uidelicet, Megalenſes, Circenſes, Plebeï, Funebres, & Apollinares.

Primus omnium Romæ Quintilianus publicè docuit, diuiſis in claſſes locis, ubi pueri, & puellæ ſeorſum ab ætate prouectis, manſitarent. Placet igitur quanquàm extra ſortem, memoria patrum noſtrorũ Gymnaſium, ſiue Academiam in cẽtro nunc Vrbis ab Eugenio.iiij. à primis fundamentis excitatum, nam tum literæ Græcæ, & Latinæ, quæ ſexcentis iam annis in ſitu, & tenebris iacuerant, ſplendorẽ aliquem reſumere cœperunt, ac tanquàm ex Equo Troiano prodiêre doctiſsimi uiri Græco, Latinoq; ſermone in lucem liberales artes iam reuocaturi, conſtitutis tum demùm ex publico ſtipendijs bonarum artium profeſſoribus, ex conſenſu Populi Ro. ad quem res ipſa ſpectare uidetur, decurſis aliquot deinde luſtris. Alexander.vi.ampliato loco, noua illic ædificia excitauit, Porticibus, Ambulacris, Subdialibusq; dietis cum atrio, & cauedio deſignatis, more ueteris Academiæ auſpicatus, nec abſoluit, quam molem fabricantium uitio labefactatam reparari, inſtaurariq; Clemẽs.vij.Op.Max.iuſsit. Franciſco Peruſco Præſule Maſſano Ro. Academiæ rectore.

DE Bibliothecis antiquis.

Bibliotheca Græca appellatio, Latinè librorũ repoſitoriũ, ſiue libraria, dici poteſt. Gellius. Fortè in libraria ego, & L.Paulus poëta, uir memoria noſtra doctiſsimus conſederamus. Fuerunt

in Vrbe

in Vrbe Bibliothecæ numero.xxviij. Ex his præcipuè Palatina, & Vlpia. Primus omnium Piſiſtratus Tyrannus diſciplinarũ liberalium libros Athenis publicè legendos poſuit.Romæ uerò Aſinij Pollionis inuentum, qui primus Bibliothecam dicando ingenia hominum Reip. fecit, ubi ſtatuã Varronis adhuc uiuentis erectam, ſcribit Plinius.Fuit & Bibliotheca ab Auguſto in Palatio condita,Græcis, Latinisq́; uoluminibus inſignis. Fuit & Biliotheca maiorum cura ſeruata in Capitolio, quæ unà cum Capitolio arſit.Fuit & Bibliotheca Pauli,iuxta Forum Marcelli, iuxta Theatrum ipſius, ab Octauia matre, poſt mortem filij condita. Fuit & Traiani,ſatis pulchra, cognomento Vlpia, de qua Vopiſcus,In Bibliotheca,inquit, Vlpia Elephantini pugillares in ſexto armario ſiti. Fuit & Numeriani Imp. à Senatu in honorem eius ſtructa. Vna Alexandreæ in Aegypto memoranda.LXX. uoluminum millia,Ptolomeïs Regibus uigilijs intentis, compoſito bello Alexandrino, dum diripitur Ciuitas à Dictatore Cæſare conflagraſſe,dicitur. Bibliothecæ(ut tradit Vitruuius)ad Orientem ſpectare debent,uſus enim librorum matutinum expoſtulat lumen. Fxtat hodie, quæ patet omnibus Romæ in Vaticano Bibliotheca, à Nicolao.v. uel cœpta, uel aucta.Qui perquiſito toto Orbe, uetuſtiſsimos codices,miſsis, qui eos perquirerent, adinuenit:ac

multi, qui antea non erāt, reperti ſunt, eamq́; omni genere librorum adornauit. Nam Poggius Florētinus, Quintilianum, & Pedianum Aſconium tūc reperit, Enoch Aſculanus. M. Cœlium Apicū, & Pomponium Porphyrionem, in opera Horatij, Præterea ex Hiſpania Silij Italici codex cum imagine Hānibalis delatus, qui nunc eſt, in Bibliotheca Vaticana. Poſt aliquot annos à Syxto. iiij. inſtaurata, Græcis, Latiniſq́; uoluminibus exornata eſt. Sunt & aliæ Romæ Bibliothecæ. Verùm hac multò inferiores.

DE prima imprimendorum librorum officina.

INuentáq;, memoria noſtra, noua, admirabiliſq́; librorum imprimendorum, ars, prodigioſis hominum ingenijs excitata, authores duo ex Germania fratres. Impreſſoresq́; primi, Conradus, & Arnoldus Romæ cœperunt, in Aedibus Petri de Maximis Patricij Ro. M.CCCCLV. Primiq; omniū Auguſtinus de Ciuitate Dei, & Lactantius, prodière. Vnde hodie ubiq; gentiū, ex omni lingua impreſſi characteres, gratiſſimo cōpendio apparent.

DE Veſtibulis, & Atrijs antiquæ Vrbis.

VEſtibulum à ueſtiendo, quòd domos ueſtiat. i. muniat, ſiue ornet, appellatum: Eſt enim ſpatium ante ædes, ac locus ante ianuā domus, uacuus,

per quem,

per quem, à uia ad ædes itur. Nam clari, ac potentes uiri, apud priſcos ampliſsimas domos extruentes, ante illas ſpatia relinquebant, ubi qui ſalutandi gratia uenerant, antequàm in ædes mitterentur, conſiſterent. Ouidius uerò à Veſta Dea dictum aſſerit libro.6. Faſtorum, ita ſcribens.

Hinc quoq; Veſtibulum dici reor, unde precamur.
Quam famur Veſtam, quæ loca prima tenet.

Nam imprimis ingreſsibus, & ſpatijs domorũ hoc eſt Aræ, & foci Veſta Dea haberi ſolebat, erat enim locus Veſtæ dicatus. Ideò puellæ cum nubũt, non tangunt pede Veſtibulum, ne numini dicatum locum calcantes, ſacrilegium committant.

Lucanus.

Tranſlatáq; uetat contingere limina planta.

Fuerunt olim Veſtibula ſine numero, ſed illud præcipum domus aureæ Neronis. Conſiſtebant præterea in Veſtibulis miſeri, & mendici, ſicut nunc in ueſtibulis ſacrarum ædium, & diuitum domorum. Vnde Virgilius inferorum ueſtibulum finxit lib.6. Aeneidos, cum inquit.

Veſtibulum ante ipſum, primiſq; in faucibus orci,
Luctus, & ultrices, poſuêre cubiliacuræ.

ATRIA.

ATriũ prima pars domus, quæ cõtinet mediã areã, in quã collecta, ex omni parte pluuia deſcendit, ubi & priſci, aperto hoſtio epulabantur,

ab Atrienſibus Ethruriæ populis dictum,ut ſcribit Varro.Vitruuius ita ſcribit, In Vrbe Atria proxima ianuis eſſe debent.Atria Romæ ſatis multa,ſed præcipua Atrium Mineruæ in Foro,& Atrium Libertatis in Auentino.

DE Carcere Tulliano.

CARCER, *ut ſcribit.M.Varro, dictus eſt, quia quos includit,cohercet,uel quòd incluſi, inde exire prohibentur.Extatq́; hodie Romæ uetuſtiſſimus Carcer ad radices Tarpei montis, & fuit illa pars,quam erexit Tullus, & appellauit Tullianum. Carcer autem ædificatus ab Anco Martio deletus eſt.Liuius, Fecit,inquit, Carcerem media Vrbe,iminentem Foro ad terrorem increſcentis audaciæ,remanet tantùm ea pars,quæ fuit addita à Seruio, & appellauit Tullianum. Salluſtius. Eſt locus in Carcere, quod Tullianum appellatur, ubi paulùm deſcenderis depreſſus,ad leuam circiter.xx.pedes, eum muniunt undiq; parietes, atq; inſuper camera lapideis fornicibus uincta, ſed inculta tenebris, & odore fœdo, atq; terribilis eius facies. Eſt enim duplex ſuperior, & inferior, ſicut etiam hodie apparet.Liuius ſic ait, Pleminius, qui multa in Deos, hominesq́; ſcœlera commiſerat, ad inferiorẽ demiſſus Carcerem eſt, ibiq́; necatus. Calpurnius Flaccus, Video, inquit, Carcerem publicum, ſaxis ingentibus ſtructum,anguſtis foraminibus,& oblongis lucis*

longis lucis

longis lucis umbram recipientibus, in hunc abiecti Rei robur Tullianum aſpiciunt, & quoties iacētes ferrati poſtis ſtridor excitat, exanimantur, & alienum ſupplicium ſpectando, ſuum diſcunt, ſonāt uerbera intus, recuſantibus ſpurca manus carnificis ingeritur. Sedet ianitor inexorabilis pectore, qui flente matre, ſiccos tenet oculos. Illuuies corpus exaſperat, manus cathenæ premunt. Dictus eſt etiā Carcer Mamertinus, à Mamertino Vrbis præfecto, poſtea uerò Carcer. S. Petri, cui Templum conſecratum à Silueſtro Papa, rogatu Conſtantini Magni. Vbi dies Cal. Auguſti, ſub honore uinculorū Petri, celebratur. Antequàm Eudoxia uxor Arcadij Imp. Templum ſub titulo Vinculorum Petri, in Eſquilijs excitaret, ut tradit Diuus Hieronymus, In hoc pars, quæ Tullianum dicitur, ideò additum à Tullo Rege, quòd Syracuſis ſimili de cauſa ſaxa exciſa conſeruantur, uocantur Lathomiæ, à Lathomia tranſlatū quòd hic quoq; lapidicinæ fuerunt, ut ſcribit Varro. Liuius tradit, in Lathomijs Catonem Cenſorium Atria duo feciſſe, Titiū, & Martium, Triumuiriq; Carceris Lathomiarum intentiorem cuſtodiam habere iuſſi. Et Sabinium in Lathomijs fuiſſe damnatum, ſcribit Seneca. Quàm horridus, Lathomiarum locus fuerit, in. vij. actionum contra Verrem, Cicero docet.

MARFORIVS.

ANTE Tullianum carcerem, recumbit hodie ingens, marmoreumq́; ſimulachrum, cognomento Marfori, quem piſtorum Deum, ſiue Iouem Panarium, appellant, quòd tumores inſtar panum circum promineant, in eorum memoriã, quos cuſtodes Capitolinæ Arcis ſomnio admoniti, in Gallorum caſtra deiecerunt, ut tradunt, Liuius, & Ouidius. Verùm illud non Iouis Piſtoris, ſed Dei flu. Simulachrum in ſcopulo collocatum, ex argumento crediderim: quoniam haud abſimile eſt illis, quæ hodie ſunt in Capitolio, pro Aedibus Conſeruatorum, quod corrupto uocabulo, Marforius dicitur, cõuerſione prioris literæ n in m. Nam (ut mea fert opinio) Narfluuius, ſiue Narfori, nuncupãdus uidetur. Eſt autem Nar fluuius, haud longè ab Vrbe, qui per ſcopulos præceps in Tyberim labitur, cuius aqua plurimùm Tyberis augẽſcit, & nauigabilis redditur. De quo Virgilius.

Sulphurea Nar annis aqua.

Similis figura apparet in nomiſmatibus Traiani Imp. Extant huiuſmodi parua ſimulachra, in proximo Arcu Septimij, & Arcu Cõſtantini. Sed unũ ualdè ſimile ſine capite, etiam in ſcopulo collocatũ, ante Aedes nũc nobilis familiæ Ro. de S. Cruce, dictusq́; hodie uulgò Marforius, ſiue Mars Fori Deus, non quòd Martis ſit illud Simulachrum, ſed quòd in Foro Auguſti, ubi erat Templum Martis, ſit colloca

ſit collocatum, quod fuiſſe creditur proximũ Templum. S. Martinæ, à nominis ſimilitudine nuncupatum: argumento etiam, quòd multa in eo Templo, marmorea, triũphaliaq; ornamenta uiſuntur, unde nuperrimè ſublata quædam, quæ nunc ſunt in Capitolio collocata. Extat in eo Templo marmore inciſa inſcriptio Honorij, & Theodoſij iunioris. vz.

SALVIS. DD. NN. HONORIO ET
THEODOSIO VICTORIOSISSI
MIS PRINCIPIBVS SECRETA-
RIVM AMPLISSIMI SENATVS
QVOD VIR ILLVTRIS FLAVI-
VS ANNIVS INSTITVERAT ET
FATALIS IGNIS ABSVMPSIT
FLAVIVS ANNIVS EVCHARIVS
EPIPHANIVS VG. PRAEF. VRB.
VICE SACRA IVD. REPARA-
VIT ET AD PRISTINAM FACI
EM REDVXIT.

DE Carcere, ſiue domicilio Plæbis Ro.

CVM iam Roma multitudine mortalium aucta foret, & indies magis, magiſq; ſcelera multiplicarentur, non ſufficiẽte uno carcere. Creatis deinde Deeemuiris, extructus eſt alter, & appellatus Carcer, ſiue Domicilium Plæb. Ro. inter Capitolium, & Tyberim, ubi nunc eſt Eccleſia Sancti Nicolai in Carcere Plæbis, non Tulliano,

ut imperitum uulgus credit, quem Claudius *Decē-uir extruxit, & appellauit domiciliū plebis, in quo primus ipſe iudicij reus perijt, cum Virginiæ, Virginij* Centurionis *filiæ, uim inferret, conatus eam in ſeruitutem redigere,* Icilio Tribunitio *uiro, expertæ uirtutis deſponſatam, re itaq; cognita, pater* ex Algido *monte (ut ſcribit* Liuius) *Romam uenit, ultimo* colloquio *eius impetrata, pro* Cluacina, *ad tabernas, quibus nūc nouis eſt nomen, cum eam in ſecretum abduxiſſet, occidit, & corpus eius humero gerens, ad exercitum, profugit, & milites ad uindicandum facinus, accendit, pudicæq; interemptæ, quàm corruptæ, pater eſſe maluit, ne probro domus ſua contaminaretur, proprio ſanguini non pepercit. Qui creatis .X. tribunis* Auentinum *occupauêre, &* Decemuiros *Magiſtratu abire præcepērūt, eosq; omnes, aut morte, aut exilio punierūt,* Claudius *in carcere necatur, unde finis. X. uiratus ſecutus eſt.*

DE Monte Teſtaceo, & eius aggeratione.

INTER *Auentinum montem, Tyberimq;, & mœnia Vrbis, iuxta Portā nūc. S. Pauli, aſſurgit in media planitie, mons Teſtaceus à teſtis, ac fragmentis fictiliū ita nuncupatus. Nā in eo ambitu apud ueteres Figlinæ conſiſtebāt. Vnde ſeptimum* Collegiū *figulorū à* Numa *Rege inſtitutū.*

Erat enim

Erat enim apud antiquos ea ars in magno precio, Et quæ poſtea ex auro, argento, alia'ue materia, facta ſunt, ex fictilibus omnia antea conficiebantur, ut ſcribit Plinius, cum inquit. Quæ rota fiunt, & fictilibus dolijs ad uina excogitatis, & ad aquas, propter quæ Numa Rex, Septimũ Collegiũ Figulorum, inſtituit. Quin & defunctos ſeſe multi fictilibus dolijs condi maluerunt, maiorq́; pars hominũ terrenis utitur uaſis. Vnde (ut uidemus) maximus apud maiores fictilium uſus, adeò ut Deorum Simulachra, & Templorum ornamenta, ex fictilibus cõficerentur. Propertius.

Fictilibus creuêre Deis hæc aurea Templa.

Vnde etiam Turianum accitum è fregellis, cuì locauerat Tarquinius Priſcus Iouis effigiem, in Capitolio dedicandam, fictilem fuiſſe eam. Ouidius libro primo Faſtorum.

Inq́; Iouis dextra fictile fulmem erat.

Et Iuuenalis.

Fictilis & nullo uiolatus Iuppiter auro.

Figlinas primus inuenit Corebus Athenienſis. Quem montem imperitum uulgus putat creuiſſe ex fictilibus uaſis, quibus Romano fiſco perſoluẽda olim Romam deferebantur, quod ridiculum eſt, cum in crumenis pecunia condi cõſueuerit, quæ de loco ad locum defertur, ut legitur de Catone, qui cum theſauros Ptolomei Regis Cypri, Romam,

per mare delaturus eſſet, eos ſupernatanti ſubêre funibus adnexis, quibus crumenæ ligatæ erant, aſportaſſe, dicitur, ut, ſi naufragium faceret, eo modo fluctuantes, incolumes reperiri poſſent. Eſt aũt is mons, ex diuerſis fictilium tèſtis (ut manifeſtè apparet) aggeratus, & caſu proiectorum Fictilium *multitudine extructus.*

HIPPODROMVS.

INTER *Teſtaceum nunc montem, &* Auentinum, *eſt ſtadium, ubi memoria noſtra poſtremo* Carniſpriuij *dominico die deſultorij currunt equi, poſt* Hippodromum *tauri leuiter ad currus ligati è uertice montis præcipites demittuntur, ſpectante undiq; magna mortalium multitudine; ſicut olim in* Circo Flamminio, Ludi Tauri, *circa finem menſis* Februarij, *Dijs manibus celebrabãtur, à* Tarquinio Priſco *primò inſtituti, ob peſtilentiam, quæ in grauidas mulieres inciderat, propter* Taurinas *carnes, quæ diu populo uenditæ erant, author* Feſtus. *In hoc ambitu fuiſſe olim* Armiluſtrum, *quidã aſſerunt, ubi apud ueteres luſtrabatur exercitus, ſicut* Tubiluſtrũ, *quòd ea die in* Atrio Sutorio, *tubæ luſtrabrantur, ut in* Templo Iouis *ueſcendi ius, his qui in ſacris præcinerent.*

DE NAVIBVS VRBIS.

EXTANT *in proximo* Tyberino *alueo, ueterum, nouorumq; naualiũ ueſtigia, quem lo*

cum hodie

cum hodie ripam appellant, ſub ponte nunc marmorato, ubi naues Onerariæ maritimorum comeatuum ex toto Orbe, funibus, ab Elcyarijs nunc, olim ab equis tractæ, ſtabulantur. Fuerunt olim contra naualia, ut tradit Liuius, Prata Mutia, & Prata Quintia, ut ſupra dictum eſt, & iuxta ripam Tyberis, nunc maritimorum comeatuum conditoria, quibus uulgo Magazenis nomẽ eſt: qui locus olim ſub Auentino, ubi Horrea, & Salinæ erant. Eſt aũt Nauale propriè locus, ubi naues portubus incluſæ, aut ripis religatæ manent, aut fabricantur, legebatur nuper in ripa Tyberis, ſub Auentino breuis inſcriptio marmore inciſa, uidelicet.

QVICQVID VSVARIVM INVEHITVR ANSARIVM NON DEBET.

DE .CXL. Horreis populi Romani.

FVERVNT etiam ſub Auentino, inter ripam Tyberis, & Teſtaceum montem, diſpoſita centum quadraginta Horrea Populi Romani, & erant, ampla, & oblonga, ut eorum ruinæ adhuc oſtendunt, in proxima nunc uinea Illuſtriſſ. D. Io Georgij Cæſarini, & in proximis locis, ubi hoc anno in uinea Marcelli de Capozuchis patricij Romani, effoſſum eſt marmor, cum inſcriptione ab uno latere, videlicet.

NVM. DOM. AVG. SACRVM GENIO CONSERVATORI HORREORVM GALBIANORVM. M. LORINVS FORTVNATVS MAGISTER. P. DD. *ab altero latere.*

NVM. DOM. AVG. SACRVM FORTVNAE CONSERVATRICI HORREOR. GALBIANORVM. M. LORINVS FORTVNATVS MAGISTER. S. P. DD.

DE SALINIS

PROXIMAE *huic loco ad radices Auentini inter montem, & Tyberim, erant Salinæ ubi priſcis temporibus ſeruabatur ſal, ſicut nũc in Capitolio. Extant ibi adhuc Cauernæ ad id manu factæ Salinas primus inſtituit Ancus Martius. Salis uerò uectigal Liuius Salinator, unde cognomẽtum ſortitus eſt. Conficitur enim ſal, ex marina aqua; inuenitur & foſsitius diuerſis in locis ſicut harena.*

Finis libri quarti.

ANDREAE FVLVII DE ANTIquitatibus Vrbis, ad Clementem. VII. LIBER QVINTVS.

NON poteraut loca ſacra Vrbis omnia propter infinitum numerum, uno capite (ſicut plæraq; alia) coartari, ſed ſicut ſeſe deſcribenda obtulerũt, ita notare placuit. Differunt autem inter ſe Aedes Deorum Sacræ, dicitur etiam Baſilica Pauli, Templum Iani, Delubrum Iouis Tarpeï, Fanum Quirini, Sacellum Volupiæ, Aedes Apollinis, Ara Cõſi, Cella Concordiæ, Aedicula Victoriæ, Sed Aedicula parua eſt, ubi Deorum ſimulachra ſeruantur. Plinius de Venere, Cnydia Aedicula eius, inquit, tota aperitur, ut conſpici poßit undiq; effigies Deæ. Baſilica Græcè, Latinè Régis domus, appellatur. Baſilicarum loca, inquit Vitruuius, adiuncta Foris, quàm calidißimis partibus oportet conſtrui, ut per hyemem ſine moleſtia tempeſtatum ſe conferre in eas negociatores poſſent, & merces exponere, earumq; altitudines ne minùs quàm tertia parte, ne plus ex dimidia longitudines conſtruantur. Qui ſe fatetur Baſilicæ Iuliæ faciendæ præfuiſſe, cuius portiones, & Symentrias memorat. Quæ fuit ad

Lacũ Seruiliũ in principio uici Tuſci, ubi effigies Hydræ poſita à. M. Agrippa. Baſilicæ loca iudicijs coſilijs, negociationibusq; frequentia. Cæcilius in epiſtolis, Centumuiralia iudicia in Baſilica fieri ſolita. Idem in eodem, Deſcendebam, in Baſilicam Iuliam, auditurus quid reſpondere debebam. Iureconſulti Baſilicam publicis uſibus accommodatam eſſe, oſtendunt. Apud Eccleſiaſticos Baſilicæ dicuntur Templa numinibus dicata. Fuerunt autẽ apud ueteres, præcipuæ decem, uidelicet, Iulia, Vlpia, Pauli, Neptunni, Macidij, Marciani, Veſcellaria, Portia, Cõſtantiniana Flocelli, Sicinij. Quæ fermè omnes à nominibus conditorum nuncupatæ ſunt. Baſilica Pauli in Foro, cum Phrygijs columnis: cuius meminit Cicero in epiſtolis ad Atticum, & Plutarchus in Cæſare, cum inquit, Aemilium collegã. C. Marcelli in Conſulatu, mille, & quingentis talentis, ſibi amicum, defenſoremq;, comparauit, ex hac pecunia Baſilicam in Foro nobiliſsimã extruxit. Quã Plinius inter magnifica Vrbis ædificia commemorat. Papinius in ſyluis.

Illic belligeri ſublimis regia Pauli.

Baſilicam Portiã, Magnus Cato in Cenſura ædidit ex ære publico, uicinam Foro, ſub Curia ab ſe ædificata, Portiam uocauit, nam is primus omniũ, Baſilicam de ſuo nomine, fecit: in qua Tribuni Pl. ius dicere cõſueuerant. Fuit & in Foro Ro. Baſilica

Argentaria

Argentaria, & una ſine cognomento Baſilica dicta, ſub cuius angulo, ut tradit Pedianus *Aſconius, fuit ſignū* Vertumni, *in ultimo uico* Thurario, *qui &* Iugarius *dictus eſt.* Fuit *aūt* Vertumnus Deus *in uertēdarum rerū, ideſt, mercaturæ: ubi columna* Mœnia, *ad quam fures, & ſerui nequam, apud trium uiros, capitales puniri ſolebant.* Nam *cum* Mœnius *domum ſuam uēderet, ut ibi* Baſilica *ædificaretur, excæperat ius ſibi unius columnæ, ſuper quam tectum proijceret, prouolutātibus tabulis, ut inde ipſe & poſteri eius ſpectare munus gladiatorium poſſent, quod & tum in* Foro *dabatur, à quo etiā* Mœ*niana dicta prominentia in ædibus ædificia. Suet.* Pauci, *inquit, ex proximis* Mœnianis *ſpectabant,* Et *ab eodem* Mœnio, *Submœnianum, locū in Vrbe dictū putāt, ubi meretrices proſtabāt. Vnde* Mart. *Submœnianas cœnet inter uxores.*

Fuit *præterea* Baſilica Opima, *iuxta Senatulū aureum, &* Aedē Cōcordiæ. Fuit *&* Baſilica Macidij, *iuxta* Circū Flamm. Fuit *&* Baſilica Aemilia, *&* Fuluia, *teſte* Varrone, *cum inquit,* Meridies, *ab eo quòd medius dies.d antiqui, non.r.in hoc loco dicebant, ut præneſte inciſum in* Solario *quod* Cornelius *in* Baſilica Aemilia, *&* Fuluia *inumbrauit.* Inſtituerat Alexander Seuerus Baſilicam Alexandrinam, *inter* Campum Martium, *&* Septa Agrippina, *latitudine pedū centū, longitudine pedū mille,*

ut tota columnis penderet, quam, morte præuētus, perficere non potuit, author Lampridius. Fuit præterea Baſilica Conſtantiniana, iuxta Templū Pacis, & Forum, quam ante Lateranenſem condidit. Qui poſtea ſuadente Silueſtro Papa primo, eam, & plæraſq; alias, intra, & extra Vrbem extruxit, de quibus iam ſuis locis diximus.

DE Templis, & eorum conditoribus.

TEMPLVM propriè eſt locus, in Cœlo notatus ab augure. Ennius

Contremuit Templum magni Iouis Altitonantis.

Vel Templum in terra à tuēdo, quòd ex omni parte aſpici poſſet. M. Varro ita inquit, Omne Templum debet eſſe continuo ſeptū, nec pluſquàm unū introitum habere. Eius partes quatuor, Antica, ad Meridē, Poſtica ad Septentrionē, Siniſtra ab Oriēte, dextra ab Occidente. Templa non ſolum loca ſacra, ſed etiam Curiæ dictæ, ut Curia Hoſtilia, quamuis non ſacra eſſet. Cicero. 2. de legibus, patrum Delubra, inquit, in Vrbibus eſſe cenſeo, nec ſequar Magos Perſarum, quibus authoribus Xerxes inflammaſſe Templa Græciæ, traditur, quòd parietibus includerēt, quibus omnia debent eſſe patētia, & libera: Quorum hic mundus Templū eſt, & domus. Diogenis opinio, Mundum Dei Fanum exiſtimauit. Melius Græci, ac noſtri, qui augerent pietatem, indies,

tem,indies: Eaſdem,illas urbes, quas nos incolere, uoluerunt. Quorum maximam,ac ſuperfluam curã Romani ſuſceperunt,qui non ſolum Syderibus,ſed omnibus hominum paßionibus loca ſacra,& Sacella excitabant,ut tradit Pedianus Aſconius. Templa per totam Vrbem, tam patrijs,quàm peregrinis numinibus,ad omnes humanos affectus dedicata,ſatis cõſtat.M.Varro ſcribit,Deos ſupra.xxx. millia fuiſſe,quorum ſelecti,& in frequentiori cultu.Ianus,Iuppiter,Saturnus,Mars,Apollo,Genius, Vulcanus,Sol,Neptunnus,Liber, Orcus,Iuno,Tellus,Ceres, Diana, Venus, & Veſta. Geniales Dij, Aqua,Terra,Ignis,Aër,his addũt Solem,& Lunã, ex quibus omnia gignuntur,Genius Deorũ filius, & parens hominum,habetur. Alios Deos colebãt, ut prodeſſent, alios ne nocerent, & mala ſua pro Dijs etiã habebãt,ac per ſanctè colebãt,quos cane, & oue placabant,ut aueruncum, & rubiginem,& febrem.Timorem uerò,& Pallorem, Tullus Hoſtilius figurauit,& coluit. Eadem uanitate, Mentem quoq; inter Deos collocauit Senatus.Quædã etiã turpißima numina coluerunt,ut Stercutiũ,& Priapum.Quoſdam uerò Deos, nec Cœlo dignos, nec terris putauerunt aſcribi,ut Priapum,Hippona,& Vertumnum. Authores.M.Varro, & Fulgentius. quoſdam etiam adeò ſuperſtitiosè colebant, ut in eorum Sacellis,ſpuere religio eſſet.Verùm nullum

ſirmius, & incorruptius Templum, quàm pectus humanum, inquit Lactantius. Templorum autem loca optimè deſignat Vitruuius, cum ait, Aedes Sacras ad Symmetriam, & proportionem humani corporis benè formati condi debere: Aedibus Deorum Sacris, quibus in tutela Ciuitas eſſe uidetur, Ioui, Iunoni, & Mineruæ, in altiſſimo loco mœnium, unde maxima pars cõſpiciatur Curæ diſtribuũtur. Mercurio in Foro, Iſidi, & Serapidi in Emporio, Apollini, & Libero patri ſecundum Theatrum. Herculi ad Circum. Marti extra Vrbem, ad Campum. Veneri, ad Portum. Vulcano, & Marti Fana extra murum, ut non aſueſcat in Vrbe Venerea libido, incendium abſit, & armigera diſſenſio. Cæterorum Dijs ad ſacrificiorum rationes aptæ Templis aræ diſtribuendæ. Si Circum Vias Publicas erunt ædificia Deorum, ita conſtituantur, ut prætereuntes poſſint aſpicere, & in conſpectu Salutationes, facere: Sed Virtutes, nõ Vitia cõſecrari admonet Cic.

DE Templo Romuli, iuxta Viam Sacram, & Forum.

ANTE omnia placet Templum Romuli cõditoris Vrbis deſcribere, iuxta Viam Sacrã & Forum, quod Templum nunc ſub titulo. S. Martyrum, Coſmæ, & Damiani colitur, Quibus Fœlix. iiij. dedicauit, ut Templi ex uermiculato opere apparet. Extant adhuc quædam ex priſcis ornamẽtis ueſtigia

tis ueſtigia, marmoreæ incruſtationes, quibus totũ antea incruſtatum erat, & in primo aditu ſphærica ſpecies, cum foramine lucis cauſa, ſicut in Pantheo. Eſt enim Templũ uetuſtiſsimum, ut eius ſtructura, & fornices, oſtendunt, ubi breuis Porticus, & æreæ Portæ, quæ antea, ſignis, & æreïs ornamentis erant conſpicuæ.

DE Templo Pacis, & eius ornamentis.

POST hunc locum ſtatim occurrunt ruinæ Templi Pacis, quod mira celeritate, Veſpaſianus Imp. poſt Bella Ciuilia, extruxit, à Claudio ante inchoatum, Suetonius, Fecit, inquit, & noua opera, Templum Pacis, Foro proximum. Fuit autem hoc Templum omnium maximum, ut eius amplitudo adhuc apparet, longitudine, & latitudine quadratæ formæ, ut etiam in eius principis nomiſmatibus uidere licet. In quo uaſa, & ornamenta: Templi Hieroſolymitani, in triumpho Titi aduecta repoſuit, & uniuerſa Donaria in eo conſecrauit, ut Diuus Hieronymus tradit. Quorum ſimulachra adhuc extant, marmore inciſa in proximo Titi Arcu, quæ Alaricus ſenior, cum Romã cœpiſſet, à Templo abſtulit. In his ferunt, Salomonis fuiſſe precioſiſsimam ſuppellectilem in gentis precij, gemmis ornatam. Templum Pacis, inquit Herodianus, & Eutropius totum de improuiſo,

atq; quaſi diuinitus exorto igne exarſit, & incen- dio quod unum opus, cunctorum tota Vrbe maxi- mum fuit, atq; pulcherrimũ, Idem Templorũ omniũ opulentiſſimum, egregieq; munitum, multoq; orna- tum auro, & argento, Quippè uniuerſi fermè ſuas diuitias, quaſi in theſauros congregabant. Confla- grauit & Veſtæ Templum, ſic ut Palladium quoq; conſpiceretur. quod in primis colunt, atq; in arca- no habent Romani, Troia (ut perhibent) aduectum, ac tum primùm, poſtquàm in Italiam uenit, conſpe- ctum ab hominibus. Quippè raptum Veſtales uir- gines media Sacra Via, in Aulam Imperatoris trãſ- ſtulerunt. Fuit & Templũ Pacis, quarta regio an- tiquæ Vrbis, ut ſupra dictum eſt. Aram uerò Pacis primus fecit Auguſtus. quam poſtea auxit Agrip- pa, de qua Ouidius in Faſtis.

Ipſum nos carmen deduxit Pacis ad Aram,
 Hæc erit à menſis fine ſecunda dies,

Explodenda eſt uana illa opinio imperitæ multitu- dinis, quæ de Templo Pacis circumfertur ſingulis annis, nocte Natalis Domini diuinitus particulam aliquam, uel fragmentum ruere, & qua nocte na- tus eſt, maximã ruiſſe partem, quod abſurdiſſimum ſatis eſſe conſtat, cum Templum ipſum Pacis annis propè. LXXX. poſt Natalẽ Chriſti, ab Ve- ſpaſiano Imp. conditum fuerit. Si de Ara Pacis ab Auguſto condita, uelis intelligere, nec ipſa nunc

nec locus

nec locus quidem ubi ea fuerit, hodie reperitur.

DE diuerſis Concordiæ Templis.

CONCORDIAE Templa, multi apud ueteres, diuerſis in locis extruxêre. Camillus uouit Aedem Concordiæ, ſi plebem patribus reconciliaſſet, & in Foro (ut Plutarchus tradit) excitauit, inter Capitolium, & Forũ, ut Varro aſſerit.

Ouidius libro primo Faſtorum.

Candida te niueo poſuit lux proxima Templo,
Qua fert ſublimes alta moneta gradus,
Furius antiquam populi ſuperator Ethruſci,
Vouerat, & uoti ſoluerat ille fidem,
Cauſa, quòd à patribus ſumptis ſeceſſerat armis
Vulgus, & ipſe ſuas Roma timebat opes.

Cuius Aedis adhuc extat Porticus octo columnarum, unde centum gradibus aſcendebatur ad Templum Monetæ quod erat in Arce Capitolina, ut ſupra ſatis dictum eſt. Poſtea Fuluius libertini filius Aedem Concordiæ uouit, ſi reconciliaſſet ordinẽ Senatorum, & Equeſtrem, dedicauitq́; in area Vulcani, ſumma nobilium inuidia, ex mulctatitia pecunia fœneratoribus condemnatis, authores, Liuius, & Plinius. Sequẽti uerò tempore conſtruxit, uel inſtaurauit, Opimius Conſul, poſt Gracchũ, Fuluiũq́; trucidatos, ſummo populi dolore. Vnde noctu quidam ſcripſêre ipſi Templo uerſum.

OPVS VECORDIAE TEMPLVM CONCORDIAE FECIT.

Sunt qui tradant etiam, Manlium Prætorem uouiſſe in Gallia Concordiæ Templum, iuſſu Senatorum, ut meminit Appianus, cũ inquit, Senatus Concordiæ Templum erexit. Liuia ob uiri cum ea concordiam, quod Tyberius dedicauit. Ouid. in Faſtis.

Hanc tua conſtituit genitrix, & rebus, & ara,
  Templaq; feciſti, quæ colis, ipſa Deæ.

In quo Templo tradunt, Sardonicem gemmam aureo cornu incluſam, Auguſtæ dono, quam gemmã fuiſſe (ut ſcribit Plinius) Polycratis Samij Tyrãni, cuius ãnuli fortunæ experimẽto in Mari demerſo, captus piſcis, reddidit. Fuit aũt Templũ hoc Cõcordiæ in porticu ipſius Liuiæ, ut ſcribit Ouid. in Faſt.

Te quoq; magnifica Concordia dedicat Aedæ,
  Liuia, quam charo præſtitit illa uiro,
Diſce tamen ueniens ætas ubi Liuia nunc eſt
  Porticus, immenſæ tecta fuiſſe domus.

Hæc etiã Claudia Porticus dicta eſt, ſed ædificãte Nerone euerſa fuit, reſtituta poſtea ſub nomine priſco à Domitiano. Martialis.

Claudia diffuſas, ubi porticus explicat umbras,
  Vltima pars Aulæ deficientis erat.

Fuit præterea Area Concordiæ, ubi ſanguinem pluuiſſe, creditum eſt.

DE Tẽplo Iſidis, & Serapidis in Emporio.

Crediderunt

CRediderunt quidam, ac literis mandauerunt Templum Concordiæ, quod modò deſcripſimus in Porticu Liuiæ, fuiſſe olim unũ ex illis duobus coniũctis. Quorum ueſtigia adhuc apparent in proximis Hortis.S.Mariæ Nouæ (quã Leo.iiij. extruxit, Nicolaus primus inſtaurauit prius ãtiqua nunc noua uulgò appellatur, nõ quòd ſit in Via Noua, ut quidã putauerunt, cum ſit iuxta Viam Sacrã) inter hanc Aedẽ, & Colloſſeum, adhuc ſurgãt duo eiuſdem formæ, & magnitudinis, Templa, ſine tecto, capitibus tantùm ſibi cohærentia, congrediẽtium more arietum, quorum alterum Concordiæ, alterũ Aeſculapij, Templũ fuiſſe tradiderunt. Ego uerò haud debili ductus argumento, Iſidis, ac Serapidis Tẽpla eſſe crediderim, ex.P.Victore, qui ſcribit, tertiam Vrbis priſcæ regionem fuiſſe Iſidis, & Serapidis, in qua, ea Tẽpla erecta ſunt. Quin etiã Vitruuius, Templa Dijs, inquit, ſic diſtribuenda. Mercurio in Foro, Iſidi, & Serapidi, in Emporio, ꝙ ibi fuerit Emporiũ, affirmat.M.Varro de re ruſtica, huiuſce inquã Pomarij sũma ſacra Via. Ouidi.

Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa,
Illa uel in Sacra ſint licet empta uia.

Erat aũt ſumma Sacra Via, ubi nũc eſt Arcus Titi Emporiũ, ubi nũc eſt Cœnobiũ, & Horti.S.Mariæ Nouæ. Eſt autem Emporiũ locus mercatus, & Nundianarum, ubi res uenales exponuntur.

DE Templo Telluris.

TEMPLVM Telluris in regione.iiij.antiquæ Vrbis fuiſſe,ſcribit.P.Victor, Palatio propius,quàm Eſquilijs.Aedem Telluris à Sempronio uotã,ſcribit Florus, cũ inquit, Domiti hinc Picentes,ſed gentis Aſculum,Sempronio duce,qui tremente campo, Tellurem Deam promiſſa Aede, placauit, Aedem Telluris à Senatu, Populoq; Ro. factam,ſcribit Val.Max.In Area ædiũ Caſſij regnum affectantis,ut infra dicetur, in qua æde Patres frequenti Senatu de rebus arduis conſultare cõſueuerant, quia erat tanquàm Curia. Cicero in Philippicis:Ea die,inquit,cum in Aedem Telluris conuocati ſumus. Antonius, ut ſcribit Appianus, ſequenti die in Telluris Templo, haud longè ab ipſius domo Senatũ habiturus,appropinquante die, quidam in Telluris Templum conueniunt.M. Varro de re ruſtica libro primo,Sementinis,inquit,ferijs in Aedem Telluris ueneram rogatus ab Aeditumo, offendi ibi.C. Fundanium ſocerũ meum.C. Agrium Equitem Ro.Socraticum, & .P. Agraſiũ Publicanum,ſpectantes in pariete pictam Italiam, Quid hîc inquam, num Feriæ Sementinæ ocioſos huc adduxêre? ut patres, & auos ſolebat noſtros, ubi tandem diſputatur de re ruſtica in actus diſtincta,quam ipſe Varro dialogi more abſoluit. Cicero,multa me mouent,inquit,& curationis meæ,ubi

Armamentariũ

Armamentarium Telluris, putant enim nonnulli ad me pertinere ,Armamentariũ Telluris aperire, quòd is,qui illud ſuſtulit,meam domum, Pontificũ iudicio,liberatam eſſe,dicebat.

AREA CASSII.

ERat præterea ante Telluris Templum, Area ex dirutis ædibus Caßij,regnum affectantis, à patreq; necati, ex cuius Peculio Cereri ſignum factum, inſcriptumq; ex familia Caßia datum, ut tradit Liuius.Valerius Maximus ita ſcribit, In ſolo S. P. Q. R. Aedem Telluris fecit, Itaq; quòd prius Domicilium potentißimi uiri fuerat, nunc religioſißimæ ſeueritatis monumentum eſt.

AEQVIMELIVM.

SIMILE propè factum .S P. Melij., à quo Aequimelium dictum prope Buſta Gallica locus domus.S P. Melij Equeſtris ordinis, regnum affectantis,quo damnato, eius domus ſolo æquata, & illic Area facta, conſenſu Patrum, & Populi, Vnde locus poſtea Aequimeliũ dictus eſt.M.Varro ait,Aequimelium, quòd æquata Melij domus publicè, quòd regnum affectaſſet, is locus ad Buſta Gallica,quòd Roma recuperata, Gallorum oſſa,ibi coaceruata fuerint. Area uerò domus eius, in quo iuſtitia ſupplicij notior,ad poſteros perueniret, Aequimelij appellationem traxit. Cicero in Oratione pro domo ſua,ad Pontifices, ſatis expreßè hæc

loca cum domo ſua, & ædibus. M. Vaccij in Palatio, enarrauit, ubi dicit Iouis Statoris Aedem, fuiſſe, in radice Palatij, de qua ſatis ſuperius dictū eſt. Cum inquit in oratione ad Quirites. Teq; Iuppiter Stator, quem uerè huius Imperij ſtatorem, maiores noſtri, nominauerunt, cuius in Templo, hoſtilē impetum Catelinæ repuli à muris, cuius Templum à Romulo, uictis Sabinis in Palatij radice cum uictoria, collocatum eſt, oro, atq; obſecro, ferte opem Reipub. Liuius, Aequimelium fuiſſe ſub Capitolio, tradit, cum inquit, Subſtructionem ſuper Aequimelium in Capitolio, Cenſores locauère. Idem in eodem, fœdum incendium inter Salinas, & Portā Carmentalem, cum Aequimelio, Iugarioq; Vico, latè uagatum, in Templo Fortunæ, & Matris Matutæ, & Spei, extra Portam.

DE Buſtis Gallicis.

INTER hortos, nunc. S. Mariæ Nouæ, Coloſſeum, & Eſquilias, fuerunt olim Buſta Gallica, qui locus hodie ab imperito uulgo dicitur corrupto uocabulo, Portus Gallus, Extat rei teſtimonium, Turris, & Aedes. S. Mariæ, & S. Andreæ in Portu Gallo. Eruditiores autem, Buſta Gallica, appellant, ita dicta, quòd illic Galli Senones ſepulti, dicuntur. Qui Romam, præter Capitolium, diripuerunt, partim morbo, partim ferro interfecti: Gens, ut ſcribit Liuius, humori, & frigori aſſueta,

langore, &

langore, & morbo, tāta his hominū breui abſumpta, ut humādi tædio plura corpora in unū coaceruata concremarent. Quæ res ad poſteros nomen loco dedit, ut Gallorum ſint Buſta nuncupata, atq; ipſa die, media in Vrbe, quæ nunc Buſta Gallorum ſunt, poſtera die, citra Gabios, Camillus ſuperueniens, Gallorum Legiones cecîdit. Is enim abſens, & exul, Dictator creatus, Gallos, victoria exultantes, collecta ex agris multitudine, oppreſſit. Aurum, & cæteram prædam ſuſtulit, miliario. viij. Via Labicana, quò ſe ex fuga contulerāt, auſpicio Camilli uincuntur. Vnde ſecundus poſt Romulum, Vrbis conditor, uocatus eſt. Senonas, inquit Vitruuius, quaſi Cenonas, quòd noui uenerunt ex Ciſalpina Gallia, Cenon enim nouū uocant. Galli enim duce Brenno, Romam, præter Capitolium, capientes, totam diripuerunt, & diruerunt. Ferunt illam intra annum, muris publicis fuiſſe renouatam, facta copia unicuiq;, etiam in vijs publicis ædificādi: De bello aūt Senonū, ſatis multa, Liuius, & Plutar.

DE CARINIS.

CARINAE *olim locus erat carinæ inuerſæ inſtar, in Eſquilijs: incipiebant aūt à Tabernola, quæ erat olim in eo ambitu, ubi nunc eſt Aedes. S. Petri, & Marcellini, Via Labicana, & ꝑ ſuperciliū ꝓximi Eſqlini mōtis, protendebat uſq; ad Buſta Gallica, & inde uſq; ad Aedem. S. Luciæ*

in Silice, unde locus hodie uocatur corrupto uocabulo, Carra, ideſt, Carinæ ſub quibus Via, quæ Suburra eſt dicta, quòd ſub muro terreo carinarum protendebatur, ut ſupra dictum eſt. Varro tradit, Carinas cum Cœlio iunctas. Fuit olim in Carinis domus Pompeij Magni, & Ludus Pompeij Lenæi eius ipſius liberti, qui fuit omnium expeditionum ipſius comes, quo defuncto, ſchola ſe ſuſtentauit, docuitq; in Carinis, & Telluris Aede. Fuit præterea in Carinis, Auita Ciceronis domus, quam M. T. Cicero Q. fratri dedit, ipſeq; in Palatio monte, habitauit, ut propinquior eſſet Foro. In Carinis etiam, dicitur, nutritus Cæs. Auguſtus. Inter Carinas, & Vicum Cyprium, fuit olim, Tigillum Sororium, ubi ſub iugum miſſus fuit M. Horatius, ut ſororis cæde expiraretur. Quidam uero tradunt ex cõuentione Tulli Hoſtilij, & Metij Suffetij, uocatũ. Carinas, inquit M. Varro, ab eo dictas, quòd hinc oritur caput Viæ Sacræ, alio nomine Ceriona uocata, Virgilius, Lautas appellat Carinas, cũ inquit.

Paſſimq; armenta uidebat,
Romanoq; Foro, & lautis mugire Carinis.

Lautas enim (ut creditur) dixit, propter elegantiã Aedificiorum. Fuit quinimò in eo ambitu, Regia Seruij Tulij, & Vicus Sceleratus, ubi eius Regis cædes, cuius meminit Ouidius in Faſtis.

Ipſe ſub

Ipſe ſub Eſquilis, ubi erat ſua Regia cæſus,
Occidit, & dura ſanguinolentus humo.

Vbi Dianium, Liuius, Tum Tarquinius, inquit, medium arripuit Seruium Tullium, elatum è Curia, in inferiorem partem, per gradus deiecit, cum iam ſemianimus, Regio comitatu, in Regiam ſe reciperet, perueniſſetq́; ad ſummum Cyprium Vicum, ab his, qui miſsi à Tarquinio, fugientē conſecuti erāt, interficitur. Cyprius Vicus, non à Cypro Inſula, ſed quòd Sabini, Cypron, bonum uocant, ut ſcribit Marcus Varro.

DE Domo Aurea Neronis.

NERO Princeps, ut ſcribit Suetonius, domum à Palatio, Eſquilias uſq; fecit, inſtar magnæ Vrbis, protendebaturq́; usq; ad Mœcenatis Turrem, ut quidā tradunt. Ea incipiebat inter Cœlium, & Palatiū, ut ſcribit Tacitus. In qua qui dē domo ædificāda, multas diruit ædes. Martialis.

Hic ubi miramur uelocia munera Thermas,
Abſtulerat miſeris tecta ſuperbus ager.

Et ſubdit,

Vnaq́; iam tota ſtabat in Vrbe domus.
Vrbis opus domus una fuit, ſpatiumq́; tenebat.
Quo breuius muris oppida multa tenent.
Hæc æquata ſolo eſt, nullo ſub nomine regni.
Sed quia luxuria uiſa nocere ſua eſt.

Vnde ex ea uaſtitate diſtichon emiſſum.

Roma domus fiet, Vehios migrate Quirites,
Si non & Vehios occupat iſta domus.

Quam primò Tranſitoriam, mox incendio cõſumptam, atq; deinde inſtauratam, Auream nominauit. non enim alia in re, quàm in hac domo ædificanda damnoſior fuit. Veſtibulum eius erat, in quo Coloſſus, centum uiginti pedum, ſtaret. Ipſius autẽ domus tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet. Itẽ ſtagnũ maris inſtar, circumſeptũ ædificijs, ad Vrbium ſpeciem. Rura inſuper aruis, atq; uineis, & paſcuis, ſyluiſq; uaria cum multitudine omnis generis pecudum, atq; ferarum, in cæteris partibus, cuncta auro lita, diſtincta gemmis, unionumq; conchis erant. Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis uerſatilibus, ut flores fiſtulis, & unguẽtis deſuper ſpargerentur. Præcipua Cœnationũ rotunda, quæ perpetuis diebus, ac noctibus, uice mundi circum ageretur. Balneæ marinis albulis fluentes aquis. Eandem domum, cum abſolutam dedidicaret, quaſi hominem tandem habitare cœpiſſe, ait. De qua Plinius, In Aureæ domus, inquit, Neronis ſolarijs aues ex argẽto, mirabili opere ſculptæ fuerunt. In eam domũ Nero incluſit Aedem Fortunæ, quã Seiam appellauit, à Seruio Rege ſacratã, quæ è lapide Phengite traſlucente, ædificata, foribus clauſis, claritatem diei intus haberet. Quæ omnia poſtea à ſequentibus Imperatoribus diruta ſunt, &

alia noua

alia noua ædificia ædificata. Plinius ſcribit, ſe bis uidiſſe, Vrbem totã cingi duabus domibus, duorum Principũ. C. Caligulæ, & Neronis. Hactenus de priſca Roma, nũc aũt de Martio Cãpo dicẽdũ eſt.

DE Campo Martio, & eius ornamentis.

CAMPI olim in Vrbe præcipui fuerũt, Martius, Eſquilinus, Viminalis, Agrippæ, Codetanus, Bructanus, Lanatarius, Pecuarius, unus ultra Tyberim, extra numerum Vaticanus, qui & Neronianus dictus eſt. Sed omniũ maximus, & pulcherrimus, Martius, amplitudine ædificiorũ, & uiridarijs, ſatis conſpicuus, & à Marte cognominatus, q; ei Deo à maioribus conſecratus fuit. Liuius, Ager, inquit, Tarquiniorum, qui inter Vrbem, & Tyberim, iacet, nam cum cæteri Campi Regis Tarquinij, qui ob iuſtitiæ contemptũ, dictus eſt Superbus, poſt eius exilium datus ijs eſſet: qui agros non haberent, unus ager, qui erat inter Vrbem, & Tyberim, Marti fuit conſecratus, Campus Martius dictus, locus Comitiorum habendorũ, & bellicæ exercitationis certamini electus, ſed extra Pomæriũ, qui poſtea incluſus eſt mœnibus, propter diſsidia ciuilia, & exterorum hoſtium incurſiones, qui hanc planitiem aditu facilem ſemper diripiebant. Nam tempore libertatis, hæc planities habebatur, uſq; ad Pontem Miluium. Senatus ſæpenumero cogitauit mœnia ducenda, uſquè ad Pontem.

Sed Haruſpices uetuêre, quòd fas non eſſet habere Comitia in Vrbe, huius rei meminit. M. Tullius *in* Epiſt. ad Atticũ. Belliſarius *aũt ambitum ad* Tyberim, *muro complexus omnẽ, muniuit, ut tradit* Procopius. De Campo Martio *ſatis multa,* Ouidius, Liuius, & Dionyſius, *qui ita ſcribit,* Decretum *conſilium, deinde bona omnia* Tyrannorum *ferentes in publicum* Ciuibus *omnibus expoſuerunt, ut, quicunq́; ex eis caperent, quiſquis obtineret, agrumq́; omnem, quantum illi poſſederant, his, qui nullã haberent ſortem, diuiſerunt. Vnum tantùm eapientes campum, qui inter* Vrbem, & Tyberim *iacet, quem ſacrum eſſe* Marti *antea decreuerunt, equis pratum, atq; iuuenibus ad bellicas exercitationes ludũ oportuniſſimum. Hunc* Campũ *priuſquàm* Marti *aſcribens ſibi* Tarquinius *ſeuerat.* Nam *cum cætera* Tyrannorum *bona, populo auferenda conceſſiſſent, ſed quod in* Campo *illo natum erat frumentum, aliud in æreis adhuc iacens, aliud in culmis, & quod iam tritum erat, auferre nemini permiſerunt, ſed ut execrabile, nec idoneum, quòd in* Aedes *portaretur, iaciendum furcis in flumen eſſe decreuerunt, unde* Inſula *creuit* Tyberina, *unà cum* Romana *libertate, ibi orta.*

INSVLA TYBERINA.

IN *medijs* Tyberinis *fluctibus, aſſurgit* Inſula Tyberina, *quæ apud ueteres dicebatur,* Inſula

Iouis Lycaonij

Iouis Lycaonij, quæ ex materia deiecta ex agro Tarquiniorum, creuit. Quam ita deſcribit Ouidius libro quinto Methamor.

Scinditur in geminas partes circumfluus amnis:
Inſula nomen habet, laterum quæ à parte duorum,
Porrigit æquales media tellure lacertos.

De qua Dionyſius, Extat hodie, inquit, eius rei, quæ de materia creuit, quæ in Campo Martio, diſiecta erat, ex ſegete Regia, & in Tyberim proiecta, oblitaq; limo paulatim inſulam fecit: adeò firmam ſaxorum molibus, ut in ea fuerint porticus, & Templa. Nam tria illic olim erāt Templa, Iouis, Aeſculapij, & Fauni. Sed Inſula Aeſculapio ſacra, propter eius ſimulachrū, ex Epidauro urbe, monitu Sibyllinorum Car. aduectum, unde formam eius nauis, qua deuectū eſt, locus accepit: cuius prora, ubi fuit Templū Fauni, fluctibus ceſſit, carina, & puppis integra manet, ubi olim fuit Aeſculapij Templum iunctum Iouis Delubro. Ouid. in Faſtis.

Accepit Phœbo, Nymphaq; Coronide natum,
Inſula diuidua, qua premit amnis aqua:
Iuppiter in parte eſt, cœpit locus unus utrunq;,
Iunctaq; ſunt magno Templa nepotis auo.

Liuius, In Inſula, inquit, Iouis Aedem C. Seruilius Duumuir, dedicauit, uota erat ſex annis ante Gallico bello, à L. Furio Purpurione Prætore, ab eodē Cōſule locata. Vitruuius libro .iiij. Proſtyli, inquit,

Exemplar eſt in Inſula Tyberina, in Aede Iouis, & Fauni, Ouidius in Faſtis.

Idibus agreſtis fumant Altaria Fauni,
  Hic ubi diſcretas Inſula rumpit aquas.

Liuius. Cn. Domitius Oenobarbus, inquit, & C. Scribonius Aediles, multos pecuarios, ad populi iudiciũ adduxerũt, tres ex his damnati ſunt, & eorũ mulctatitia pecunia, Aedẽ in Inſula Fauni fecerũt. Fuit aũt Templũ Fauni, in capite ipſius Inſulæ, ubi Tyberis in duas partes diuiditur. Cuius hodie nullum apparet ueſtigium: nã Tyberinis fluctibus ceſſit. In ea Inſula exponebantur olim ægroti, quia Aeſculapius, cui conſecrata eſt, medicinæ Deus habetur: & ob hanc ſcientiam, in Deorum numerũ acceptus eſt, ut ſcribit Cor. Celſus. Erat in eadẽ Inſula, ad Aeſculapij Templum Noſocomiũ. i. ægrotorũ domiciliũ, quod Diuus Hieronymus, Villã lãguentium interprætatur, ubi ægrotantes curabantur. Vnde apud Ariſtophanem in Pluto. In Aede Aeſculapij inducuntur languẽtes, ut medelarum fomẽtis, refocillentur. Et apud Plautum in Curculione inducitur Leno Cappadox Lienoſus, Iecoroſus, Pulmonarius, in Fano Aeſculapij incubans. Cuius ueſtigia, adhuc apparẽt, in hortis. S. Bartholomei: cuius propinqua Aedes á Gelaſio. ij. condita, uel inſtaurata, putatur. Viſitur adhuc ibi forma nauis ex Tyburtino lapide, ubi in latere reptantis ſerpentis

ſimulachrum

ſimulacrũ inſpicitur, qui Aeſculapij genius eſſe creditur. De quo ſatis multa Liuius, & Ouid. lib. ultimo Metha. & Plinius, Atqui, inquit, Anguis Aeſculapius, Epidauro, Romã aduectus eſt, uulgoq; paſcitur, & in domibus. Cœpiſſe igitur credo nauis formam, ubi iã tranſtra, ut reptanti ſerpẽte apparẽt. Adeò Viri illi excellentes, rerumq́; ſtudioſi, uel naturã in artẽ redigêre, uel artẽ in naturã. Sed iã ad Martiũ Campum, unde digreßi ſumus, redeamus.

DE ornamentis Campi Martij.

VETERES illi Romani, inquit Strabo, neceſſarijs rebus magis intẽti, Vrbis pulcritudinẽ cõtempsêre: Poſteri uerò inumerabilibus, & præclarißimis impleuerũt inſignibus. Pompeius enim, & Diuus Cæſar, & Octauius, & eius filij, & familiares, & uxor, & ſoror cunctorum ſtudium ſimul, & impenſas ad præparãda decora, ſuperarũt. Maximã aũt partem Martius Cãpus habet præter natiuã campi uiriditatem, artis, & ſolertiæ. Exercitationes campi enim admirabilis magnitudo, accurules pariter curſus, & alia equeſtria certamina expedita ſuppeditat, nec tam multis pilam, circulum, paleſtram exercitatione tractantibus, aliqua incũbentium ſimul opera, Quid perennes ſolo herbas? Coronatosq́; ad fluminis alueum colles? Scœnicarum oſtẽtatio picturarum eius generis ſpectacula præſtant, ut difficulter, & inuitus abſcedas.

Huic proximus Campo, & alter adiacet minor cāpus: cuius meminit Catullus, cum inquit.

Si me quæſieris minore Campo: Tum *innumerabiles circum circa* Porticus, Horti *numeroſi.* Theatra *tria ſimul, ſimul &* Amphitheatrum: *Templa magnificentiſsima intereſſe contigua, ut quaſi aliud agentia.* Reliquam *Vrbis uetuſtatem oſtentare, uideantur. Et præterea cū locum iſtum, religioſiſsimum eſſe cogitaſſent, Clariſsimorum uirorum, & fœminarum monumenta in eo conſtruxerunt,* Cuius Cāpi *ornamēta, ſcribit etiā abūde Martial.*

Auguſti Mauſoleum.

COmmemoratione *dignum eſt, quòd* Mauſoleum *appellatur excelſis fundatum molibus, lapide niueo, & perpetuæ uiriditatis arboribus, coopertum, in ſummum uſq; uerticem cubitorum* CCL. *ad fluminis ripam aggeratū.* In *ſummo autē poſitum eſt ſimulachrum* Auguſti, *ex ære: ſub aggere ipſo ſunt eius loculi, & cognatorum, & neceſſariorū, à tergo uerò locus eſt mirifica continēs ambulachra.* In *medio aūt* Cāpi *ſpatio buſti extat ambitus, & hic ipſo niueo perfectus lapide, ferreos in circuitu cancellos habens, &* plantatas *præ ſe ferens* populos. Mauſoleum *primum ſepulchrum* Mauſoli *Regis, ab Artemiſia eius uxore extructū.* Ad *huius poſtea ſimilitudinem,* Auguſtus *ſepulchrū ſibi in*

ſibi in Campo Martio, erexit. Addidit præterea Porticus pedum mille, & Hortos, & Nemora, miræ pulchritudinis. Suetonius in Auguſti funere. Reliquias, inquit, Mauſoleo condiderunt, id opus inter Flamminiã Viam, ripamq́; Tyberis, ſexto ſuo Conſulatu, extruxit. Virgilius libro. 6. Aeneïd. in Marcelli funere.

Quantos ille uirum magnam Mauortis ad Vrbẽ,
Campus aget gemitus, uel quæ Tyberinæ uidebis
Funera, cum tumulum præterlabêre recentem.

Cuius etiam loci meminit Caßiodorus in Epiſtolis. Ipſius autem Mauſolei, extant hodie magnæ ruinæ, iuxta Templũ, nunc. S. Rocchi, ante hos annos ex ære collato, excitatum. Molesq́; ipſa ſphæricam habet formam, reticulato opere circumquaq́; extructa, ubi multa ex profunda tellure marmora erui uidimus, inter quæ breue quoddã Epitaphiũ cuiuſdam liberti Auguſti à Marmoribus, uidelicet.

D. M.

VLPIO MARTIALI AVGVSTI
LIBERTO A MARMORIBVS.

Erat olim in eo ambitu (ut ſupra dictum eſt) nemus populeum, unde poſtea Portam, nunc Populi, & propinquum, Sanctæ Mariæ de Populo, Templum, nomen accepiſſe crediderim, niſi locus, à populi frequentia dicatur. Qui hodie totus occupatus eſt domibus, uſq́; ad ripam Tyberis, ubi domorum Inſulæ

priſco more, & uiæ regularibus funiculis ad amuſſim directæ, ſed ea præcipuè, quæ nuper deſignata eſt, à Templo Populi, uſq; in centrum nunc Vrbis. quæ Regio in angulo Martij Campi coarctata, quaſi noua aduentitiorũ colonia, deducta ex Ciſalpina potiſſimum Gallia, & Illiria, unde modò Lombardia, modò Sclauonia, ab incolis nuncupatur, qui locus factus eſt celebrior, ob imaginem Diuæ Virginis Deiparæ, quæ nuperrimè in quadam fumoſa proſeuca in proximis mœnibus, iuxta Tyberim, coli, frequentariq; cœpta eſt, proximo Iubilei anno. M. D. XXV. *Die.* XX. *Iunij.*

DE *antiquo Horologio Campi Martij.*

IN *parte Martij Campi, ubi nunc eſt Templum S. Laurentij in Lucina, in Capella noua Capellanorum, fuit olim Baſis illa nominatiſſima, & Horologium ſuperioribus annis effoſſum, quod habebat ſeptem gradus circum, & lineas diſtinctas, metallo inaurato, & ſolum Campi erat, ex lapide amplo quadrato, & habebat lineas eaſdem, & in angulo quatuor uenti erant, ex opere muſiuo, cum inſcriptione.* BOREAS SPIRAT.

DE *Septis Campi Martij.*

SEPTA *generali uocabulo dicũtur, loca munita, & quædam ſepimenta uallata, quibus animalia continẽ*

malia continentur. Virgilius *in Bucolicis.*

Quamuis multa meis exiret uictima Septis.

Vnde quadam ſimilitudine loca in Campo Martio *tabulis, ſiue lignis incluſa, dicta ſunt, in quibus ſtãs* Populus Romanus, *ſuffragia ferre conſueuerat.*

Martialis *ita inquit.*

Inſeptis Mamurra *diu multumq; rogatus.*

Dicuntur *&* Ouilia. Lucanus.

Et miſeræ *maculauit* Ouilia Romæ.

Sed Lucanus *non de* Septis *(ut creditur) ſed de* Villa Publica *intellexit, ubi.iiij. millia deditorum cæſa dicuntur, authore* Sylla. *Erant enim* Septa, *locus lignis (ut ſupra dictũ eſt) incluſus, ad creandos* Magiſtratus *deputat⁹. Eaq; fuiſſe, ſcribit* Liuius, *iuxta* Viam Fiamminiam, *&* Viã Fornicatam. *Satis conſtat, locum fuiſſe in eo ambitu, ubi nunc eſt* Colũna Cochlidis Antonini Pij, *iuxta montem* Citatorũ, *unde nomen accepit.* Suetonius *in* Cæſare, *Cunctatum, inquit, utrum ne in* Martio Campo, *per* Comitia, *& tribus ad ſuffragia uocantem patribus diuiſis è ponte deijcerent, atq; exceptum trucidarent, an in* Sacra Via, *an in aditu* Theatri Pompeij *adorierentur.* Quem *ſuffragiorum morem* Auguſtus *ſuſtulit, ut ſcribit* Tacitus, *cũ inquit,* Comitia *prius è* Cãpo *ad patres trãſlata ſunt ab* Auguſto. Sueto. *item,* Comitiorũ *quoq; ius priſtinũ reduxit,*

atq; triplici pœna coërcito ambitu, & ipſe ſuffragium in Tribubus ferebat, ſicut unus ex populo, quæ diu intermiſſa, ab Hadriano Imp. demùm reuocata fuiſſe ſcribit Spartianus. In hunc locum ex ꝓpinquo colle Hortulorum deſcendebant Candidati, qui Magiſtratus petituri erant. Cicero ad Atticum, Rem, inquit, glorioſam, marmorea ſumus, & Septa facturi. Eaq; cingemus excelſa Porticu, ut mille paſſuum cõficiatur, ideſt, Porticus milliaria, Simul adiungetur huic operi Villa Publica, quod nec ipſe Cicero, nec alius fecit, bello Ciuili impediti. Fuit præterea iuxta Septa, Templum Neptunni cum Porticu pulcherrima, ut ſcribit Dionyſius, quẽ locum M. Agrippa, multis ornamentis decorauit. Fuerunt, & Septa Agrippina, quorum meminit Lãpridius his uerbis, Inſtituerat Alexander Seuerus, Baſilicam Alexandrinam, inter Campum Martiũ, & Septa Agrippina. Fuit & Campus Agrippæ, in regione Viæ Latæ, ſub Quirinali, & fortaſſè ibidem ea Septa. Fuerunt item Septa Trigaria, in regione Circi Flamminij, de quibus Plinius libro ultimo. Ne equos quidem in Trigarijs præferri ullis uernaculis, animaduerto.

DE Templo Iſidis, iuxta Septa Campi Martij.

SATIS *conſtat Templum Iſidis fuiſſe olim iuxta Septa Campi Martij, ut ſcribit Iuuenal.*

A Meroë

A Meroë portabit aquas,ut ſpargat in ædem
Iſidis antiquo,quæ proxima ſurgit Ouili.

Q *uidam ſcribunt*, Templum Isidis *fuiſſe,ubi nūc eſt* Eccleſia.S. *Mariæ in Via lata,ſed non cogruit carmini* Iuuenalis, *quoniam multùm diſtaret ab ipſis* Septis *quæ erant olim in eo ambitu, ubi nunc ſurgit* Columna Cochlidis Antonini Pij,*ut ſupra dictum* eſt.Nec *deſunt qui ſcribant*,Templum Iſidis *fuiſſe,ubi nunc* eſt Aedes.S. *Mariæ in* Aquiro, Extant *adhuc in propinquo* Templi Hortulo,Co*lumnæ quædam erectæ,ut ſupra dixımus,quod magis congruet* Iuuenalis *carmini*.Fuit *autem* Isis *in magna ueneratione,& eius ſacra,ex* Aegypto *ad uecta*.Vnde Lucanus.

Nos in Templa *tuam* Romana *recepimus* Iſin,
Semideoſq; *canes,& ſiſtra iubentia luctus*.

Lampridius *in* Comodo Ant.Imp.*Sacra,inquit*,Iſidis *ita coluit,ut & caput raderet*, Iſiacos *uerò pineis uſq; ad perniciem pectus tundere iubebat*, Cū Anubin *portaret capita* Iſiacorum *grauiter tundebat ore ſimulachri*.Ioſephus.xx.*antiquitatum* Iudæorum, *tradit*,Templum Iſidis *funditus euerſum eſſe* Romæ, *iubente* Tyberio, Statuam Isidis *in* Tyberim *deiectam*,Sacerdotes Iſiacos *in cruce ſublatos,ob ſcelus, quo matronā adulterio,tanquam* Deo Anubidi *proſtrauerūt*.Nam *in* Templo Iſidis *multa fiebant lenocinia*.Vnde Ouidius *de* Arte.

Neu fuge Niliacæ Memphitica ſacra iuuencæ.
Multas illa facit, quod fuit ipſa Ioui.

Iuuenalis item.

Aut expectatur in hortis,
Aut apud Iſiacæ potius ſacraria lenæ.

Idem præterea Ioſephus de bello, & triumpho Iudaico, ita tradit, Veſpaſianos, qui in Iſidis Templo nocte quieuerant, ad Octauianas deambulationes trãſiuiſſe, ubi eos Senatus, & honorati Equites præſtolabantur, Dionyſius de Templo Serapis, & Iſidis, ita tradit, Ignis Diuinitus potiùs quàm ab homine Romæ excitatus, eamq; depopulatus, & Serapis, & Iſidis Templum, & Septa, Neptunni Aedẽ, Thermas Agrippæ, Pantheon, Diribitoriũ Balbi, Theatrum Pompeij, Porticum Octauiæ, Domum cum Bibliotheca Iouis Capitolini, cum Aedibus, & Sacellis coniunctis, conflagraſſe. Colebatur autẽ Iſis unà cũ Oſiride uiro, qui, & Serapis dictus eſt. Tria fuiſſe olim in Vrbe Iſidis præcipua Templa inuenio, unum de quo nunc agimus. Alterum in ſumma Via Sacra in Emporio, ut ſupra dictũ eſt. Tertiũ Iſidis Antenodoricæ, in regione Piſcinæ publicæ, ad caput Viæ Nouæ, ab Antonino Baſsiano conditum, iuxta ipſius Thermas, de quo Spartianus, Sacra, inquit, Iſidis primùm per hunc, Romam delata, & Templa magnifica ei Deæ fecit. Vbi ante hos annos, fragmenta quædã marmorea, eruta,

cum inſcri

cum inſcriptione interciſa, & mutilata, huiuſmodi. SAECVLO FOELICI ISIAS SACERDOS ISIDI SALVTARIS CONSECRATIO. In altero fragmēto ſic PONTIFICIS VOTIS ANNVANT DII ROMANAE REIP. ARCANAQ. MORBIS PRAESIDIA ANNVANT QVORVM NVTV ROMANO IMPERIO REGNA CESSERE. Fuit præterea Iſis patritia, in regione Eſqlina, ut ſcribit. P. Victor. Fuit itē in regione. IX. Circi Flam. Iseū, & Serapeū, quæ erāt loca publica, alterum ab Iſide, alterum à Serapide dictum. Ea fuiſſe creduntur, iuxta Arcū nunc Cāpiliani, ſub proxima Aede. S. Stephani, cognomēto Caci: ubi nuperrimè Nili flu. marmoreum, miræ magnitudinis, ſimulachrum, effoſſum uidimus, & in eodem marmore, ranarum, & lacertorum, parua quædam ſigna, quæ, Batracos, & Scauros, operis ſtructores, ita illi uocabantur, cælauerunt, ea tantùm mercede contenti ipſorum, ut eiuſmodi reptilia ſua nomina exprimentia, ſcalperentur. Lampr. in Alexandro Seuero, Iſeum, & Serapeum, inquit, decenter ornauit, additis ſignis Deliacis, & omnibus myſticis à Delo Inſula, ubi laudatiſsima fiebāt, authore Plinio. Præterea Muſeū, Iſeum, & Serapeum, publica Alexandreæ auditoria erant, & Ae

des à Muſis, & Serapi, & Iſide, dicta. In eodem ambitu, multa etiã marmorũ fragmẽta effoſſa, ubi & Tyberis ſimulachrũ cum pueris Romulo, & Remo conditoris Vrbis nutricis lupæ ubera ſugẽtibus, & utrũq; ſimulachrũ, & Nili, & Tyberis in Vaticanũ delatũ eſt. Nec deſunt qui uelint hoc in loco fuiſſe olim porticũ Octauiæ, ſed ueriſimile non eſt cũ ea Porticus fuerit iuxta Theatrum Marcelli, ut ſupra dictum eſt.

De Templo Mineruæ Chalcidicæ.

FVIT & Templũ Mineruæ Calcidicæ, cuius adhuc extãt ueſtigia in ꝓximo Cœnobio fratrũ. S. Mariæ ſupra Mineruã, unde cognomentũ locus ſortitus eſt. Extãt aũt undiq; eius Templi parietes quadratæ, & oblõgæ formæ, ſine tecto, Erat .n. Templũ non magnũ teſtudinatum incruſtatũ, multisq; ornamẽtis decoratũ. Viſitur adhuc eius forma in hortis fratrũ prædicatorũ. S. Dominici, per multos hactenus annos incultũ, ac deformatũ, & nulli rerũ uſui, ſeruiens niſi imũditijs. Nũc uerò ibi cellulæ fratrũ extructæ, ueteribusq; ſuperadditæ opera, & impẽſa Clemen. vij. Quod Templũ Põpeius Magnus cõdidit, & in eo triumphalia dedicauit: ut ſcribit Plinius lib. vij. Nat. Hiſt. cũ inquit, Toties Imperator, antequàm miles, poſtea ad tot maria, & deinde Solis ad ortus miſſus hos retulit titulos, more ſacris carminibus uincentiũ, neq; ipſi coronãtur

ſed patrias

ſed patrias ſuas coronăt, Hos ergò honores Vrbi tribuit in delubro Mineruæ, quod ex manubijs dicabat. Cn. Pompeius Magnus Imp. bello. xxx. annorũ confecto, fuſis, fugatisq́;, occiſis, & in deditionẽ acceptis hominum centies uicies ſemel. lxxxiij. millibus, depreſsis, aut captis nauibus. DCCCLV. oppidis, caſtellis, mille quingẽtis. xxxviij. in fidem acceptis. Terris à Mæotis lacu ad Rubrum Mare ſubactis, meritò Mineruæ hoc breuiarium eius ab Oriente. Triumphum uerò, cum Oram maritimam à prædonibus, & Imperium Populi Romani reſtituiſſet, ex Aſia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Iudæis, Albanis, Iberia, Inſula Creta, Baſternis, & ſuper hæc Mythridate, & Tigrane, triumphauit.

DE Templo, quod Pantheon prius dicebatur, nunc. S. Maria Rotunda.

EXTAT hodie Templum propè integrũ, ab antiquis Pantheon nuncupatũ mira altitudine, ſpatioſis molibus fornicatum, ſphærica forma, & ueteri ſtructura, Symẽtria, ac diametro cõcinnatum, ſicut etiam hodie apparet, unde ea Aedes. S. Maria Rotunda, à Iunioribus dicta eſt. Inter uetuſta Vrbis ædificia, ſatis conſpcuũ Templum, quod Agrippa ſtruxit, teſte Plinio.

Nec deſunt, qui aſſerant, non ab Agrippa, *ſed Auguſto antea conditum* Templum, Porticum *uerò ab* Agrippa *poſtea ſuperadditam.* Sed Plinius lib. XXXVI. *Nat.* Hiſtoriæ. *ab* Agrippa *factum aſſerit, cum inquit,* Pantheon Ioui Vltori, *ab* Agrippa *factum.* Itẽ Agrippæ Pantheon decorauit Diogenes, Athenienſis, & Carſacides, Quinimmò & *in nomiſmatibus* Agrippæ, *ſatis expreſſa,* & Templi, & Porticus *forma apparet,* & *in* Frontiſpicio Cubitales *literæ, titulum oſtendunt, videlicet.*

M. AGRIPPA: L. F. COS. TERTIVM FECIT.

Qui in reſtauratione eius, ſemper idem inſtauraratus eſt. Nam & *ab* Hadriano Imperatore, *reſtitutum opus, ut ſcribit* Spartianus: Deinde ab Septimio Seuero, & .M. Aurelio Antonino, *ut minores literæ infra oſtendunt, videlicet.*

IMP. L. CAES. SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX ARABICVS ADIABENICVS PARTHICVS PONTIF. MAXIMVS TRIB. POT. XI. COS. III. PP. PROCOS. ET

IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS PIVS FOELIX AVG. TRIB. POTEST. V. COS. PROCOS. PANTHEON VETVSTA-

TE CORRVPTVM CVM OMNI CVLTV RESTITVERVNT.

Dictum Pantheon, ut ſcribit Dionyſius, ſiue quòd matri Deûm, atq; omnibus Dijs, ſacrum eſſet, ſiue quòd Mundi formam haberet, qui propterea Pantheon appellandũ cenſet. Nam cum Agrippa illud abſoluiſſet, uoluit Auguſto dedicare, ſed ille reſpuit dedicatumq; eſt in honorem Martis, & Veneris, & eorum ſtatuæ præcipuæ illic locatæ, inter quas & Deorum omnium ſtatunculæ, & in pronao Templi, à dextris, & ſiniſtris, ſimulachra Auguſti, & Agrippæ. Fuiſſeq; in eo Templo, ſcribit etiam Macrobius in Saturnalibus, Simulachrum Martis, & Veneris, & vnionem miræ magnitudinis, & taxationis, quem Cleopatra in auribus gerebat, cuius magnam partem, per acetum conſumpſerat in conuiuio, quo M. Antonium, ſumptibus ſuperare contendebat, quæ nno hauſtu, centies Seſtertiũ, ebibit, ut ſcribit Plinius libro decimo. Sed qui ſuperfuit, uicta Regina capta Aegypto, Romã delatus, diſſectuſq; eſt, & factæ ex una margaritæ duæ, poſitæ Simulachro Veneris mõſtruoſæ magnitudinis, in Templo, quod Pantheon dicitur, Ioui Vltori dedicatũ, ut ſupra dictũ eſt. Extant Templi Portæ æreæ, miræ magnitudinis, uetuſtate conquaſſatæ, ueteri ſtructura ſatis olim exornatæ, cum æreïs, ſupra ipſam Portam, cancellis, Templumq; ipſum

Plinius, Siracuſana, inquit, ſunt in Pantheo capita columnarum à .M. Agrippa poſita. In columnis Templi eius opera, ſicut in faſtigio poſita ſigna, ſed propter altitudinem loci, minùs celebrata. In honore eſt eo Templo Hercules, ad quem Pœni omnibus annis humana ſacrificant uictima, humi ſtans ante aditum Templi Agnationes ſitæ. Extat adhuc eius Templi concamerata teſtudo, miro artificio laqueata, & in ſummo uertice ſphæricum foramen, unde liberum cœli lumen admittitur. Verùm ne ſua mole extructa rotunditas grauaretur, uacui circumquaq; ſpecus ab imo ad ſummum uſq; relicti ſunt. Marmorata intus tota Aedes, aut incruſtata, exterius uerò tectorio illita, à fronte uerò æreis laminis argento, auroq; illitis, ut adhuc ſigna apparent. Altitudo interior latitudini ex diametro æqualis habetur. In medio Templo extat Impluuium ad excipiendos ſuperioris foraminis decidentes imbres. Ne credant ſobrij Anicularum fabellā, quæ uulgò circumfertur de hoc Templo, quòd à Cacodæmone fuerit conditū, cū ſatis conſtet ipſū à. M. Agrippa Auguſti genero fuiſſe extructū, ut ſuperius dictum eſt. Tectum uerò, quod nunc ex chartis plumbeis, ante hos annos à Nicolao. v. inſtauratum, argenteis laminis apud ueteres cooper-

tum dicitur, quas Conſtantinus .iij. Heraclij Nepos Romam ueniens, ſuſtulit, Is quinta poſtquam in Vrbem ingreſſus eſt die, ad direptionem conuerſus, Omnes ſtatuas ex ære, & marmore ad ornatum Vrbis, omniaq; Eccleſiarum ornamenta paulò decentiora diſtrahit, & nauibus, ad id præparatis, imponit. Plusq; ipſe ſeptem diebus, Vrbi detraxit, quàm Barbari ante ducentis quinquaginta octo annis. Nam Syracuſas ea ornamenta detulerat, ubi dolo Mezentij, dum in Balneis libidini uacaret, interfectus.

Eò propterea ex omnibus Prouincijs Romanis, profecti milites, ad oprimendum Mezentium. Quo ſublato, cum omnes paßim ſuperuenientes, cum magna claſſe Saraceni, & Syracuſas, & totam Inſulam, occupauerunt. Vnde poſtea onuſti præda, Alexandriam redeuntes, Vrbis quoquè Romæ ornamenta, ſecum detulêre. Quæ Conſtantinus Syracuſas deuexerat, eo animo, ut inde Conſtantinopolim traijceret.

Pantheon autem Bonifacius Quartus, patria Marſus, à Phoca Imperatore, obtinuit, conſecrauitq; in honorem Diuæ Mariæ Virginis Deiparæ, & omnium Martyrum Chriſti, eiectis primùm Gentium Simulachris, luſtratoq; Templo, unde poſtea Virgo ad Martyres dicta eſt.

Ipſum uerò Pantheon, haud dubiè, cætera Vrbis templa, magnitudine lapidum nitore, & priſcis ornamentis ſuperat. Ad quod Virgilius libro primo Aeneïd. alludere uidetur, cum Iunonis illud Carthaginenſe, deſcribit. Notandum hoc in loco, Omnia Templa apud ueteres in ſublimi condita, gradibus ſeptem aſcendi, atq; unum tantùm habere aditum, ex quo depræhendi poteſt, quantum ruinæ creuerũt Romæ. Nã Pantheon totidẽ gradib⁹ prius aſcendebatur, quod nunc deſcenditur, ut ſupe 1
rioribus annis experimentum uidimus, effoſſa ante Templi aditum, area quadrato laſpide, Tyburtino ſtrata. Extat hodie Templi Protyrion, ideſt locus ante portam. Extructa Porticus columnis ingentibus, eiuſq; tectum æreïs trabibus inauratis, cana- 1
lium modò compactis. Columnæ uerò quibus attollitur, multis ante ſæculis, ſordidiſsimis diuerſorum quæſtuum tabernis, quibus obſidebantur, occultæ, opera, & impenſa Eugenij quarti, emundatæ, in priorem nitorẽ redactæ, mirabilis ædificij pulchri- 2
tudinem oſtendunt. Noſtra uerò memoria, ſublatis quibuſdam caſulis, & eiectis inde ruderibus, & immundities, quibus omnia oppleta, opertaq; erant. Ipſumq; Panthæon in Inſulam redactum, undiq; peruium, ac propè circumquaq; abſolutum. Eminẽt 2
hodie ante Templi aditum, ex priſcis ornamentis, duo pari forma leones, ex marmaridum lapide ſub

nigro ſuis

nigro ſuis baſibus collocati, cum Hieroglyphicis notis, inter porphyrethica labra, è proximis. M. Agrippæ, & Neronis (ut creditur) Thermis, poſt ruinas ibi collocata.

DE Templo boni Euentus.

BONI Euentus Templum, ſatis cōſtat, fuiſſe iuxta Panthæon, ſed quo in loco, diu dubitatum eſt. Verùm cum illud ego curioſiùs inueſtigarem, ſubitò eius Templi quadrata, atq; oblonga, adhuc integra forma inter ruinas, occurrit, Magiſtris uiarum excitantibus nouam illic uiam, à platea, nunc Sancti Euſtachij, uſq; in plateam Mineruæ peragēdam inter proximum Panthæon, & ampliſſimas, quas nunc à fundamētis excitat ædes, & palatium, magnificus uir, ac prædiues. D. Marius Peruſchus, Fiſci procuratòr, qui per mediam Boni Euentus Templi longitudinem ieceit fundamenta, reliqua uerò pars occupatur uia, de qua ſupra dictum eſt. Apparent adhuc illic laquearium ſigna, quos ſtucchos uocant, ſicut in Panthæo. & Hyperſtylia columnarum, quæ iuſſu nuper Nicolai quinti in Vaticanum delata ſunt. Colitur autem Euentus ut omnia nobis eueniat proſperè, & fœliciter. M. Varro de re ruſtica, ad Fundaniam Vxorem ita inquit, Nec non precor Lympham, & Bonum Euentum, quoniam ſine aqua, omnis arida eſt agricultura. Boni Euentus Simulachrū, ſpecies erat pauperis

habitu, dextra manu pateram, ſiniſtra uerò Spicam tenebat. Plinius tradit Boni Euentus, & Bonæ Fortunæ, Simulachra, *in Capitolio* Praxitelis *opera.*

DE Capreæ Palude.

CAPREAE Paludem, *in Campo* Martio *ante* Vrbem, *ad* Circum Flamminium *uerſus* Mare *fuiſſe, ſcribit* Plutarchus *in* Romulo, *locus autem erat in rheumatibus* Tyberis, *ad quem, unus erat aditus, &* propterea *tutus.* Vbi Romulus Vrbis *cõditor, cũ exercitum recenſeret, ſubita orta tẽpeſtate, ſublatus è medio apparere deſijt.* Liuius, His, *inquit, immortalibus æditis operibus, cum ad exercitum recenſendum concionem in* Campo *ad* Capreæ Paludem *haberet, hominem exuit, ex miraculo creditum in* Cœlum *abijſſe.* Quidam *uerò tradunt à* Senatu *diſcerptum propter tyrannidem,* Nam *is uel propter augendas cerimonias, uel cum exercitu, qui tunc erat ex.xxx. milibus peditum, &.ducentis equitibus, & haberet in* Campo Martio *concionem ad* Capreæ Paludem Nonis Quintilibus, *& aër eſſet ſerenus, ſubiti exorti nimbi, cũ tonitru, & coruſcationibus, & ingenti* Cœli *fragore, eum concionantem ſuſtulerunt.*

Ouidius in Faſtis.

Eſt *locus, antiqui* Capreæ *dixêre* Paludem,
Forte *uiris illic* Romule *iura dabas.*

Sol *fugit*

Sol fugit, & remanent ſubeuntia nubila cœlum:
Et grauis, effuſis decidit imber aquis.
Hinc tonat, emiſsis obrumpitur ignibus æther,
Fit fuga, Rex patrijs Aſtra petebat equis.

Die, quo humanis deceſsit, uulgi fugam: Caprotinasq; Nonas dixêre. Tantum ſub eo Rempublicã creuiſſe, ſcribit Dionyſius, ut ex modicis copijs, quas ab initio habuit, poſt eius mortem confeſtim cenſa Romæ. LVI. peditum millia, Equitum paulò minùs quàm mille. Sed magnitudo illa breuis intra hominis ætatẽ interitura. Quibus domi nec ſpes prolis ulla erat, nec coniugia. Deceſsit autem, nullam ex ſe progeniem relinquens, ætatis ſuæ annũ agens quinquageſimum quartum, Regni uerò trigeſimum ſeptimum. Suſpitio fuit in ea Eclypſi, in qua fuit totus Solis defectus, Regem cæſum fuiſſe à Senatoribus. L. Florus ita tradit, His ita ordinatis, cum repente concionem haberet, ante Vrbem ad Capreæ Paludem è conſpectu ablatum, diſcerptumq; à Senatu, putant, ob aſperius ingenium, Sed orta tempeſtas, Solisq; defectio, conſecrationis ſpeciem præbuêre, Eam opinionem cædis deleuit uir grauis Iulius Proculus, ex illuſtri familia Troianorum, & Romuli affinis, qui nuntiauit, hora matutina ſe uidiſſe Romulum Deum, & iuſsiſſe referre quædam ſuis Romanis.

Apparuit autem Romulus in monte Quirinali, ſupra Templum, nunc Sancti Vitalis, ubi ob eam rem conditum fuit Templum Quirini, ipſeq; pro Deo cultus, & Quirinus appellatus.

DE Terento loco in Campo Martio

FVIT olim in ultima Campi Martij parte, iuxta Tyberim, haud longè (ut creditur) à Capitolio, locus quidam, nomine Terentus, à terendo dictus, eò quòd Tyberis contiguam ſibi terrã, ſuis fluctibus tereret. Terentus, inquit Feſtus: quòd profluentis Tyberis ripas aquarum curſus tereret, appellatus eſt. Quem in locum, cum Euander ex Arcadia profectus, aduẽtaret, illic unà cum claſſe ſubſtitiſſe dicitur. Ouidius in Faſtis.

Iamq; ratem doctæ monitu Carmentis in amnem
 Egerat, & Tuſcis obuius ibat aquis,
Fulminis illa latus, cui ſunt uada iuncta Terenti,
 Aſpicit, & ſparſas per loca rara caſas.

DE Plutonis Ara ſubterranea.

APVD Terentũ, ſcribit Feſtus, fuiſſe olim Aram, ac Subterraneum Ditis Templum, ad quem locũ, multis gradibus deſcendebatur. Mos enim erat apud ueteres, ad omnia Templa gradibus aſcendere, ad Aedem uerò Plutonis, & Conſi, gradibus deſcendere. Nam inferorum Aræ ſubterraneæ erant loco profundo. Arã Ditis patris, &

Proſerpinæ

Proſerpinæ, ſcribit Valerius Max. egeſta terra ad. XX. pedum altitudinem, apud Terentum fuiſſe inuentã Valeſio quodam authore, è Sabinis locuplete, & ruſticæ uitæ homine, liberatis tribus, à peſtilentia filijs: ubi trinoctium furuæ hoſtiæ ſacrificiũ exhibuit. Vnde Auſonij poëtæ uerſus.

Terna Terentino celebrata Trinoctia ludo.

Eam Aram, bello Albano, Romani conſtituerant, & alta terra occultauerant, ut omnibus, præterquàm ipſis Romanis ignorabilis eſſet. Ad Aram præterea ipſius Plutonis apud Terentum naſcentium olim, & morientium ſuo ordine nomina notabantur, quoties ciuitas luſtrabatur. Cuius rei meminit Martialis in matrona quadam ita loquens:

Bis mea Romano ſpectata eſt uita Terento,
Et nihil extremos perdidit ante rogos.

Vbi etiã. XXX. quoq; anno cenſus agebatur. Nec deſunt qui tradant, habuiſſe hinc originem, Sæcularem annum, qui redactus poſtea fuit ad minorẽ numerum. Vnde Papinius in ſyluis.

Aut inſtaurati peccauerit Ara Terenti.

Martialis in natali Domitiani Imp.

Hic colat ingenti redeuntia ſæcula luſtro,
Et quæ Romuleus ſacra Terentus habet.

In quibus Trinoctio ſacrum Plutoni, & Proſerpinæ lectiſternium, & ſupplicationes fieri ſolebant.

DE Aede, & Ara Conſi ſubterranea.

AEDES, & Ara Conſi, iuxta Circum Maximum, ad Septizonium fuiſſe olim ex Tacito creditur, cũ ueterẽ deſignat in Palatio Vrbẽ. Conſus enim Deus eſt conſiliorum, & conſilia debent eſſe arcana. Cui Deo ſubterranea Ara conſtituta, circumfuſa terra, ſacrificijsq́;, & igneis ſolemnitatibus, colitur. Eum eſſe Neptunnum Equeſtrem tradunt, curſusq́; equorum agitur, iunctorũ, & non iunctorum. Vocaturq́; à Romanis is Deus, Conſus, à Græcis uerò Poſsidonius. In cuius honorem ludos agens, Romulus Sabinas rapuit, ad quas rapiendas arcanum oportebat eſſe Deo Conſo duce conſilium, ut ad uota procederet, & hoſpitaliter per domos inuitati, ſecuri ludos inſpicerent, & Vrbem contemplarentur ad. xiiij. Septembris, quo die Conſualia celebrata ſunt. Id facinus perpetratum eſt quarto menſe, quo Vrbis cõdi cæpta eſt, ut ſcribit Fabius Pictor, quem ſequutus eſt Dionyſius Alicarnaſſeus,

DE diuerſis Fortunæ numinibus, ac Tẽplis.

CVM multa, ac uaria, apud ueteres Romanos numina colerentur, Fortunam præcipuè diuerſis titulis eos coluiſſe, ſatis cõſtat. Eſt enim Fortuna accidentiũ rerum ſubitus, atq; inopinatus euẽtus. Multaq; habet cognomina, ut, Fors Fortuna, Proſpera, Equeſtris, Peregrina, Obſequens, Fauẽs, Opipara, Publica, Priuata, Viſcata, Virgo, Muliebris, Bene

bris, Beneſperans, Virilis, Propria, Conuertens, Dubia, Mala, Maſcula, Parua, Calua, Seïa, Reſpiciens, Mammoſa, Barbara, Omnipotens, Bona, ac Mala. Primus Ancus Marcius Fortunæ Virilis Aedē ædificauit. Seruius Tullius Fortunæ gratiā referre uolēs, quòd ipſe ex captiua natus eſſet, & eius beneficio Regnū aſſecutus: non unā illi Aedē, ſed plures extruxit, ut, Forti, Primigeniæ, Maſculæ, mox Proſperæ, & Virili, Tēpla erexit. Fortis autē trans Tyberim, in hortis Cæſarianis, Bonæ uerò Reduci, Euelpidi, Atropheæ, Cōuertenti, Beneſperanti, Propriæ, Virgini, ac Seïæ, nō uno tēpore Templa conſtructa. Seia prius à Seruio Tullio, deinde à Nerone dicata in Domo Aurea. Nā Fortuna uarijs nominibus Templa habebat, ut ſcribit Plutarchus in Quæſt. Malæ in Eſquilijs, non ut opē ferret, ſed ne obeſſet, cuius Simulachrū manu altera cū Cornucopiæ, altera gubernaculū geminū uerſans, effingebatur. Quidā illam fœmineo habitu, furenti ſimilē cæcā ſuper uolubile ſaxū effinxère, quòd nullo delectu opes, ad malos, & indignos conferat. Aliqui autem ſine pedibus, manus, & pennas habentem. Interrogatus Apelles, cur Fortunam ſedentem pinxiſſet, nondum, inquit, ſtare didicit. Reduci, quòd Imperatorem reducem ſeruaſſet.

Martialis.

Hic ubi Fortunæ reducis fulgentia latè
Templa nitent, fœlix area nuper erat.

Præterea Fortunæ ſignum in cubiculo Imperatorum ponebatur. Muliebris uerò Templum Via Lata. iiij. ab Vrbe lapide. Equeſtris, iuxta Theatrum lapideum, quæ inſidens equo, fabricata fuerat. Q. Fuluius Flaccus, inquit Valerius Max. impunè non tulit, qui in Cenſura tegulas marmoreas, ex Iunonis Liciniæ Templo, in Aedẽ Fortunæ Equeſtris, quam Romæ faciebat, tranſtulit. Primigeniæ autẽ in Colle Quirinali, à Domitio Prætore poſtea locata. Alteram uerò Primigeniæ Aediculam. P. Sẽpronius Cos. ſecũdo Punico bello uouit, voti reus. Eundem Seruium, authores tradunt, Primigeniam, & Obſequentem, in Capitolio dicaſſe. Fortuna Reſpiciens, & Propria iuxta Templum Iouis Victoris in Palatio, Proſpera in Foro Boario, Viſcata dicta eſt, quòd eius illecebris multi capiantur, Conuertens, quòd homines ludificetur, Calua, quòd ſub tecto nominare religio eſt. Condidit præterea Seruius Tullius Paruæ Fortunæ Aedem, quam Romani breuẽ uocant, quòd ipſe paruus in initio, & abiectus, quippè qui ex captiua matre natus eſſet, Fortunæ beneficio, Romæ regnauit. Fuit & Fortuna Auentina, quæ colebatur ſub imagine duarum ſororum, ut ſcribit Macrobius, & Tranquillus. Simili

modo Anteuorta,& Poſtuorta. Papinius.

Et præneſtinæ poterant migrare ſorores.

Cicero de Diuinatione, Fortunam penitùs tollit, cum inquit, Nihil eſſe tam contrarium rationi, & conſtantiæ, quàm Fortunam, ut ne in Deum quidē cadere poſſe uideatur, ut ſciat, quid caſu, & fortuito futurum ſit. Si enim ſit, illud certè eueniet, ſi certè euenit, nulla eſt Fortuna. Quam ſententiā ſequitur Iuuenalis, cum inquit.

Nullum numen habet, ſi ſit prudentia, ſed nos
Te facimus Fortuna Deam, Cœloq́; locamus.

Fortunam uerò omnem, Chriſtiana religro excludit execraturq́;.

DE Templis, apud antiquos extra Vrbem.

ERANT pæterea apud ueteres Sacrificia ex diuerſis animalibus, ſed ex bubulo gratiora, hinc Victimæ, & lautiſſima Deorum placatio, nā bos in honore maximo, præſertim in Italia, quæ ab hoc nuncupata creditur, quòd olim Græci Tauros Italos uocarent, & in ea Vrbe, cuius mœnibus cō‑dendis ſi mas, & fœmina aratro terminum ſignauerint, quòd is laborioſiſſimus hominis ſocius in agricultura. Cuius tanta fuit apud antiquos ueneratio, ut tam capitale eſſet, bouem necaſſe, quàm ciuem. Aegypij quoq; Apin bouem, numinis uice coluerunt. Erat & Vitulus Menechmus, de quo Pli‑

nius, Menechmi, inquit, uitulus genu premitur, replicata ceruice. Ipſeq; Menechmus ſcripſit de ſua arte. Extant hodie eius marmorea ſigna, & in plæriſq; canis, & ſerpẽs lateri, & Scorpio teſtibus affixus cernitur. Erant etiam, ut dixi, extra Vrbem Aedes Deorum, quos obeſſe putabant, ut extra Portam Collinam, Erycinæ Veneris Templum, & Veneris Verticordiæ ſimulachrum, quòd corda hominum à libidine, ad pudicitiã uerteret. Ouid. in Faſt.

Roma pudicitia proauorum tempore lapſa.
 Cumæam ueteres conſuluiſtis anum.
Templa iubet Veneri fieri, quibus ordine factis,
 Inde Venus uerſo nomine corda tenet.

Pudiciſsima, inquit Plin. lib. vij. fœmina ſemel matronarum ſententia iudicata eſt, Sulpicia Paterculi filia, vxor Fuluij Flacci, electa ex centum præcipuis, quæ Simulachrum Veneris ex Sibyllinis carminibus dedicaret. Item menſe Auguſto matronæ Ro. Mentulam deferebant cum Sacrorũ pompa in Aedem Veneris extra mœnia, quàmuis meretricum eſſet illud Solemne, tamen non licebat alicui, præterquàm matronæ caſtæ, id ſacrorum tractare, & ponere in ſinu Veneris. Fuit præterea extra portam Viminalem, Templum Neniæ, quòd cantu querulo funeribus adeſſet. Fuit & Quietis Templum Via Labicana. Item Fortunæ muliebris, Via Latina. Et extra Portam Capenã, ad. ij. lapidem, Templũ

Ridiculi,

Ridiculi, in quo Hannibal caſtrametatus, quòd illuſus rediret, appellatus eſt. Eadem uia Templũ Martis, ut iã dixi. Item extra Portam Carmentalem, Templum Iani, & in Inſula Tyberina Templum Iouis, Aeſculapij, & Fauni, & trans Tyberim Fortunæ. Nõnulli Timorem, Pallorẽ, & Paupertatem, & Senectam, tanquàm noxia Numina, à Ciuitate penitùs arcuère, quæ Numina ſedent in veſtibulo Inferorum. Erant præterea, Liber, & Libera, quibus in vindemia peragenda ſanctiſſimè, & caſtiſſimè ſacrificabatur. Extant hodie paſſim in agro Ro. ueterũ Suburbanorũ ſemidiruta, obſoletáq; antiquorum domicilia, & exigua iam collabentia ſacella, miro artificio, ſed rudi materia, ſatis conſpicua. Quæ Suburbanorũ quondam lararia fuiſſe opinio eſt, ex uerbis Ciceronis lib. 2. de legib. cũ inquit, Lucos in agris habento, & Larum ſedes. Nam Romani olim opibus afluẽtes, ſumptuoſius uillas, quàm vrbanas domos, extruebant, ubi etiam Viuaria, Piſcinas, Venationes, & cætera id genus ad uoluptatem, & delicias, cõdere conſueuerãt. Coartatũ Mare, ad natationes erat, & amœniſſima uiridaria. & loca arboribus conſita, & Horti penſiles. Fuerũt autem in Vrbe, & extra Vrbem, Horti celebres, Salluſtiani, Mœcenatiani, Lucullani, Aſiani, Lamiani, Cæſariani, & Getæ. Extra Vrbẽ, Terentiani Via Appia. XX. iugerum, & Ouidiani, Via Claudia.

Erant præterea frequentiſſima Suburbana Romanorum, ut Lucullanum, Tuſculanum, Formianum, & plæraq; alia, quæ hodie tranſierũt in latifundia ac rura priuatorum. Haùd ſilentio præteribo Tyburtinam Hadriani Imp. Villam, quam mirè ædificauit ita, ut in ea, & Prouinciarum, & locorum celeberrima nomina inſcribere, uelut Licium, Academiam, Pritanium, Canopum Pecilem tempe uocaret. In agro ipſo Romano erant olim multa oppidula, ſeu Villæ, quibus dirutis facta ſunt eorum Teritoria, prædia, & paſcua Ro. Vbi nunc agricolationes, horti, & villaticæ fiunt paſtiones, ubi armẽta, ac greges optimè proueniunt, & aluntur. Propter herboſum ſolum, affluentes aquas, tepidos, & apricos ſaltus, & amœnas valles, ubi præſertim bubali, qui apud ueteres non erant in uſu, haùd iam ab hinc diu in Italiã aduecti, nã rariſſimi, ipſiq; feri in ſpectaculis tantũmodò uiſebantur. Vnde Martial.

Illi ceſſit acrorum bubalus, atq; biſon.

Meminit etiam Plinius, & Solinus. Qui, ſi ita frequentes, uti hodie ſunt, olim fuiſſent, ac manſuefacti, haùd quaquàm eos ſilentio præteriſſet. M. Varro, & Columella de villatica paſtione.

DE Baſilicis, & Templis, ſub Chriſtiano ritu excitatis.

POST euerſam à Barbaris Vrbem, deformata, ac propè abſoleta facta ſunt loca omnia, & in

& in ſolitudinem redacta, interciſis aquæductibus,interceptisq́; aquis,in hanc planitiem, quæ iacet inter montes,& Tyberim, ideſt,in Martiũ Cãpum, ubi nunc Roma eſt, propter fluminis commoditatem deſcenſum eſt, abolita illa ueteri,Haruſpicum diſciplina,ac ſuperſtitione,de habitanda planicie Martij Campi,ubi milites antea recenſebãtur,& Comitia fiebant. Erant enim iam tũ omnes effecti Chtiſtiani, ſed mutata tantùm religione ueteres fermè ritus omnes,ac Ceremoniæ remanſerunt,erat enim difficilè illas tollere,ac penitùs abolere. Condita ſunt noua Chriſti Templa,aut ex ueteribus innouata. Nam clauſis Paganorum Fanis edictum eſt licere omnibus Templa Chriſto excitare,& colere. Imperãte tũc clemẽtiſsimo Cõſtantino Magno,qui fretus Sylueſtri tũc Papæ, ſanctitate Tẽplo Chriſto in toto Ro. Orbe,ædificari permiſit. Vnde intra paucos annos Templa ſine numero condita ſunt. Fuerunt autem in Vrbe, in illa primæua Eccleſia Chriſti Templa ſupra tria millia. Ex quibus quadringenta Diuæ Mariæ Virgini Deiparæ dicata. Quorum extant hodie aliqua uenerandæ uetuſtatis,nam quicquid ſupra ætatem noſtram eſt,antiquum dici poteſt. Ex quibus Baſilicæ quæ hodie dicuntur à Romanis Septem Eccleſiæ. Quarum, prima Baſilica Sancti Petri in Vaticano,Sancti Pauli Via Oſtienſi. Ioãnis in Laterano.

Sanctæ Crucis in Hieruſalem. Sancti Laurentij extra muros Sanctæ Mariæ maioris, ad preſepe, quam Ioannes Patricius condidit. Et Aedem Sancti Sebaſtiani, in Via Appia, quam Sancta Lucina extruxit. Cæteræ à Conſtantino conditæ, & pauimentatæ, in quibus ubi ſunt Portæ Sanctæ, in prioribus Altaribus non celebrant, niſi Summi Pontifices Ro. Adduntur, & his, Veniæ plenioris gratia, Aedes Sancti Anaſtaſij, Scala Cœli ad aquas Saulias, & proxima Aedes Diuæ Virginis annunciatæ. Condidit præterea Conſtantinus Imperator, Baſilicam Marcellini, & Petri, Via Labicana, ubi Mauſoleum Matris ſuæ Helenæ, ſepulchrum erexit. Condidit & Baſilicam Duodecim Apoſtolorum, in regione Viæ Latæ. Nec deſunt, qui uelint à Pelagio primo, conditam, à Ioanne Quarto inſtauratam, nouiſſimè uerò à Syxto Quarto, & Iulio Secundo eius fratris filio, in meliorem formã unà cum Palatio reſtitutam. Condidit & Marcus primus Aedem Sancti Marci Euãgeliſtæ ad Palatinas. Cum meus frater. D. Ioannes Fuluius interrogaret me, quid ſibi uult ad Palatinas, Reſpondi ex Cicerone pro Roſcio, cum inquit, Ipſe autem Romæ, cum frequens eſſet, occiditur ad Balneas Palatinas, rediens à cœna. Quam Aedem unà cum Palatio inſtaurauit, ampliauitq; Paulus Secundus,

qui etiam montis Pincij mœnia inſtaurauit, nec ab ſoluit. Extat & Templum Sancti Marcelli precibus Diuæ Lucinæ conditum, iuxta Viam Latam, ubi ipſe Pontifex, ſtabulo ſeruiens equorum iuſſu Diocletiani Imperatoris pedore, ac mœtore mi ibi conſumptus, periit.

Surgit & iuxta eādem Viam Latam, Aedes Sanctæ Mariæ, eiuſdem nominis, ab Innocentio Octauo, nuperrimè inſtaurata, ubi adhuc profunda tellure extat Oratorium (ut creditur) Diui Pauli Apoſtoli, ubi tradunt, Diuum Lucam Euangeliſtam, Apoſtolorum Actus ſcripſiſſe. Nam ſatis conſtat, eos (ut Diuus Hieronymus ait) Romæ peregiſſe. Et Imaginem illam, quæ hodie uiſitur in eo Templo, ex propria eiuſdem Diuæ Virginis idæa pinxiſſe.

Extant & aliæ diuerſis in locis, Imagines eiuſdem Diuæ Virgini, ab eodem pictore (ut fertur) depictæ.

Vna in Sancta Maria de Populo. Vna in Baſilica Sanctæ Mariæ Maioris. Vna in Ara Cœli. Vna in Sancta Maria Noua. Vna in Sancta Maria Gratiarum. Vna in Templo Sancti Syxti. Vna extra Vrbem, ad Cryptam Ferratam. Vna Florentiæ. Et altera Bononiæ. Vna Venetijs, & alia (ut creditur) Spoleti.

Et in regione nūc Campi Martij, apud Arcū Tropholi Templum Sancti Laurentij, in Lucina Sanctæ Lucinæ rogatu à Cœleſtino ſecundo, extructum. Et iuxta Portam Populi, Aedem Sāctæ Mariæ eiuſdem nominis, à Syxto quarto nuperrimè inſtaurata, ac in meliorem formam redacta. Item Sancti Auguſtini Aedes cum Cœnobio, à R.D. Guilielmo Card. Rothomagenſi, à fundamentis inſtaurata, cum proximo. S. Apollinaris Palatio, ubi ipſe habitabat. Item Sanctæ Mariæ ſupra Mineruam, à bona memoria. R.D. Io. Card. de turre cremata à fundamentis reſtitutam. Extat & proximū Pantheon, de quo ſatis ſupra dictum. Item Sancti Euſtachij Aedes, iuxta Thermas Neronianas. Vbi & Templum. S. Ludouici, & Sacellum. S. Saluatoris, à Diuo Gregorio Magno dedicatum. Et iuxta Circum Agonis, Templum Sancti Iacobi Apoſtoli, ab Alphōſo Paradinas Hiſpano Epiſcopo Ciuitatenſi nuperrimè à fundamentis erectum. Item ab altero Agonis latere, Aedes Sanctæ Mariæ de anima à natione Theutonica, à fundamentis dudum inſtaurata, ac in meliorem formā redacta, ubi marmore conſpicuum Hadriani. vi. ſepulchrum Guilibelmus Encken Voirt illius benignitate Tit. S. Io. & Pauli Presb. Card. Dertuſenſis, faciundum curauit. Cui contigua ſurgit Eccleſia Sanctæ Mariæ de Pace, à Syxto Quarto, in Templo prius

Sancti

Sancti Andreæ Apoſtoli,excita,ubi nunc ſunt Canonici Regulares,ex Collegio Lateranẽſi, qui quotidie celebrant. Item & apud Theatrum olim Pōpeij in loco , nunc celeberrimo Vrbis loco, Templum cū Palatio Sancti Laurentij in Damaſo, quā Damaſus,natione Hiſpanus,condidit. Cuius ædificia magnificè à fundamentis nuperrimè inſtaurata,ampliauit, exornauitq;.R.D. Raphaël Ribarius.S. Georgij Card. S.R.E. Camer. Epiſcopus Oſtien. Viſitur & in regione nunc Pontis Eccleſia Sancti Saluatoris de Lauro, iuxta montem Iordanum, à fundamentis, unà cum Cœnobio excitata, à.R.D.Latino Card. Vrſino.Surgit & in eadē regione iuxta Pontem Caſtelli, Aedes Sancti Celſi,cœpta nuper inſtaurari, nec dum abſoluti. Sicut & proxima ripa Tyberis, Sancti Ioannis Baptiſtæ,magno ſtudio inchoata, nec perfecta.Haùd lōgè hinc extabat nuper Sancti Blasij Templum,ubi Iulij Secundi auſpicijs excitata,apparent nunc fundamenta miræ magnitudinis,ubi & paruum Sacellum,cum grandi prætorio,quod omnibus curijs dicauerat iuxta uiam,quam ipſe excitauit. Et Templū Sanctæ Luciæ nuperrimè à Præſidētibus ven. ſodalitatis confalonis, inſtauratæ , & magnificè exornatæ. Item iuxta Curiam Sabellorum, Aedes Sanctæ Thomæ Anglicorum , & Sancti Hieroymi,unde nuper eliminatis fratribus.S.Franciſci ex

citatum, & conſtitutũ eſt ibi Collegium, ſub titulo Charitatis. Extãt & aliæ Eccleſiæ collegiatæ, & parochiæ, ac ſine numero loca in Vrbe ſacra, de qbus ſatis ſupra dictum eſt. Sed longùm eſſet ſingula pſequi Sacra loca, Tẽpla, Cœnobia, Collegia, Xenodochia, & cætera id genus. Extãt hodie ex antiquis Templa Chriſto dicata, Pantheon, Iouis Vltoris, ante, nunc. S. Mariæ Rotundæ Templum. Item Romuli conditoris Vrbis, iuxta Viam Sacrã, ac Forum, nunc. S. Coſmæ, & Damiani martyrum. Et in Foro Boario, Templũ, olim Pudicitiæ, nunc S. Mariæ Aegyptiacæ. Itẽ proxima, parua, ac rotunda Aedes, olim Herculis, nũc. S. Stephani Prothoma. Alterã in Cœliolo mõte, rotundã, ſed multò maiorẽ, Fauno Capripedi ãte dicatã, nunc ſub. tt. S. Stephani rotũdi. Vnã extra Vrbẽ in ſuburbano, Viæ Nomẽtanæ, Baccho prius, nunc. S. Conſtantæ Virgini, iuxta Aedem. S. Agnetis, in qua Portæ æneæ, Sicut in Laterano tribus in locis, iuxta .S. Sanctorũ. Itẽ in. S. Coſma, & Damiano. Itẽ in proxima. S. Hadriano. In Pantheo. S. Petro, & Sancto Paulo. Extant marmorea, ſiue Labra, in Atrio, & Platea. S. Petri ante. S. Saluatorem de Lauro. Ante Sanctum Euſtachium, ante Pantheon, à tergo. S. Marci. Ante Sanctum Petrum ad Vincula, & in Templis nonnulla, ubi corpora requieſcunt Sanctorum. Item marmorei Calices, ante Sanctam Ma

riam, Ma

riam Maiorem. Ante. S. A*pſtolos, ante.* S. C*æciliã, trans* T*yberim.* Pl*urimaq́; per totam Vrbem marmorea ſigna in diuerſas rerũ formas, effigiata, quæ longùm eſſet ſingula memorare, quæ ſunt in locis publicis, & priuatis nobilium ædes.* Sed nec *ſilentio præteribo marmoreas ſtatuas, aurea, argentea, æreaq́;* Nomiſmata, *quæ hodie ſunt apud.* R. D. Andreã Card. de V*alle, qui nõ parcit precio, huius modi rerum.* N*am is unicus eſt nunc, qui maiorum uetera monumenta diligenter curat.*

Antiquitatum Anacephaleoſis.

ABſolutis iam Vrbis antiquitatibus. Placuit per tranſitum aliquid de eius conditoribus carptim attingere. Regnauerũt in Vrbe, primùm Reges ſeptem. Quorũ primus Romulus Vrbis cõditor, ſolus omnium ſine cognomento, ac ſine liberis, deceſsit. Nã Romani poſtea à Sabinis cognomina acceperũt, qui regnauit ãnos. xxxvij. Secũdus, Numa Pompilius, qui regnauit annos. xliiij. Tertius, Tullus Hoſtilius, qui regnauit annos. xxxij. Quartus, Ancus Marcius, qui regnauit annos. xxiiij. Quintus, Tarquinius Priſcus, qui regnauit annos. xxxviij. Sextus, Seruius Tullius, qui regnauit annos. XLII. Septimus, & ultimus, Tarquinius Superbus, ob Iuſtitiæ contemptum, & priſci diſſerentiam, ita appellatus, qui regnauit annos. xxv.

Regnatum,

Regnatū eſt autē ſub Regibus annos. CCXLIIII. Poſt eiectos Reges creati Conſules duo. L. Iunius Brutus, & Tarquinius Collatinus. Nam Brutus libertatem, & Conſulatum primus inſtituit. Regnatum eſt ſub Conſulibus, à Bruto uſq; ad Hircium, & Panſam, annos. CCCCLVII. Conſules uerò numerantur. DCCC. Subrogati in hoc ſpatio Dictatores, & Decemuiri, qui leges ferrent. Et Tribuni militares conſulari poteſtate. Quinq; autem annis Vrbs fuit ſine ſella Curuli. Regnatum eſt poſtea ſub Imperatoribus, ab Auguſto Cæs. uſq; ad obitum Iouiniani, annos. CCCCIX. Inde ab inclinatione Imperij Romani, Regnatum eſt ſub Pontificibus Max. Ro. mille propè annos, poſtquàm Eccleſia regnare cœpit, quæ cæteros Principes ante ſe regnando, diutiùs ſuperauit. Numerantur aūt Pontifices Max. ab Apoſtolo Petro, uſq; ad Clemētem Septimum. CCXXVII.

Vrbs ipſa diuiſa in regiones. XIIII. Montes ubi prius condita fuit. VII. Campi totidem. Portæ circiter. XX. Capitolia duo. Theatra tria. Amphitheatra duo. Senatulæ tria. Coloſſi duo magni. Columnæ Cochlides duæ. Obeliſci magni. VI. parui XLII. Statuæ, Signa, & Tabulæ, ſine numero. Equi æneī inaurati. XXIIII. Eburneī. X C I I I I. Macella duo. Ludi. V. Naumachiæ. V. Iani duo præcipui. Nymphæa. X I. Cohortes Prætoriæ. X.

Cohortes

Cohortes *Vigilium.*VI. *Excubitoria.*XXIIII. *Vexilla duo communia.* Arcus *marmorei.* XXXIII. *Vici ſine numero.* Aedi*culæ.*CCCXXIIII. *Vicomagiſtri.*DCXXIII. *Curatores.* XXIX. *Inſulæ p totã Vrbẽ ſine numero.Domus etiã ſine numero.* Horre*a* .ccxcvi. B*alnea.* Dcccclvi .*Lacus* .C. *Putei.*CCCLII. *Officinæ piſtoriæ.*CCLIII. *Menſæ* Ole*ariæ.*XIIII.*mil.*II. *Lupanaria.* XLV. *Latrinæ publicæ.*CXLIIII. *Caſtra.*VIII. *Caſtra Equitum ſingularium.*II. *Stabula factionum.*IIII. *Tribus, ut ſcribit* Cicero. XXXV. *Quas* Plutarchus *Sabinarum raptarum nomina fuiſſe tradit , Alij uerò alijs de cauſis. Viſebatur nuper marmor iuxta.*S. Ioannem *de* Pinea,*cum inſcriptione huiuſmodi.*

IMP. CAES. DIVI NERVAE
TRAIANO AVG. GERMANICO
DACICO PONT. MAX. TRIB.
POT.VI. IMP. COS.V.PP. TRI-
BVS.XXXV. QVOD LIBERALI
TATE OPTIMI PRINCIPIS
COMMODA EORVM ETIAM
LOCORVM ADIECTIONE AM
PLIFICAVIT.

DE *Marmorum generibus,quibus Vrbs decorata eſt.*

AEDIFICIA *magna Vrbis apud ueteres tam publica quàm priuata , pro maiori*

parte, ex magnis, quadratiſq; ſaxis fundabantur, ut etiam hodie ueſtigia apparent, ut extructa moles ſolidior eſſet. Ferreis clauiculis opere inter ſe connexo ſine calce, erectus ad auras paries librabus cementis, æquali portione calcis, & lapidum ſtruebatur, à fronte nōnunquàm reticulato opere, ſiue lateritio ſuperinducto tectorio, albario'ue, ſiue gypſo nonnunquàm marmoreis incruſtationibus, aut æneis laminulis inauratis. Cōcameratio laqueata, uitro, blūbo, gypſo, aut cupro, Encauſto'ue, aut muſiuo exornata. Lithoſtrota uerò ex chryſocolla, uitro, lapidiſq;, aut teſſellato emblemate, diuerſarumq; rerum ſimulachris effigiata pingebantur.

Quid opus memorare magnificas Villas, Pauimēta marmorea, laqueata tecta, Ductus aquarū, quos Nilos, & Euripos, uocant? Marmorum genera externorum plura ſunt. Candidum ex Paro Inſula, cui, ſimile eſt Lunenſe. Aliud uiride Laconicum, cūctis Hilarius. Rubrum punctis albis diſtinctū Porphyrites, Cruentum Synadicum ex Troade. Maculoſum Thaſium, & Chium: uarium Cariſteū nigrum Luculleum. Ferrei coloris, & duritiei Baſaltes. Ophites maculis ſerpentis. Onychites ex Arabiæ montibus, ad uaſa excauanda. Alabaſtrites ad unguenta conſeruanda. Sunt & alia tranſlucida, ut Phengites. Quæ in Italia naſcūtur, ſatis nota. Sūt & alia, quæ breuitatis cauſa omitto.

De inclinatione

DE Inclinatione, & mutatione Imperij, & Vrbis excidio.

POST Reges exactos, primũ à Porſena Rege Vrbs obſeſſa, ſed nõ capta, mox à Gallis, præter Arcẽ Capitolinam, capta, direptaq;, & incenſa. Deinde Ciuilibus, inteſtinisq; bellis, ſæpiùs attrita, & crebris incendijs abſumpta, propè euerſa eſt penitùs, cũ altiſsima, ac inter ſe cõtigua, nullo fermè, aut paruo relicto ſpatio, eſſẽt ædificata, ubi plures, uſq; ad culmen tectorũ contignationes ex tabulatis ſuprema Cœnacula aſſurgerent, unde crebra ad incendium fomenta. Vitruuius ita tradit. Quod maieſtati Vrbis, & Ciuium infinita frequẽtia, innumerabiles habitationes opus fuit explicare in Vrbe. Ergò cum Areæ complanatæ, nõ poſſent tantã altitudinem ad habitandum in Vrbe recipere, ad auxiliũ altitudinis ædificiorum, res ipſa coëgit deuenire. Itaq; pilis lapideis ſtructuris teſtaceis, parietibus cementarijs extentæ contignationibus, coaſſatæ Cœnaculorum ad ſummas utilitates perficiebant deſpectationes. Ergò contignationibus alto ſpatio mutiplicatis Populus Ro. egregias habuit habitationes Octauianus Auguſtus, qui ſemper rebus Vrbis conſulere ſtuduit, præfectos uigilum, & cuſtodes (quod officium ante erat Triumuirorum) diuerſis in locis diſpoſuit.

inſtitutis ex libertinorum numero militibus, qui aduerſus incendia ferrent opem, & contra nouorum ædificiornm altitudines, nequis ſupra pedes. LXX. *ſublimius ædificaret in publicarum uicinitate uiarum.* Vrbemq; pro Maieſtate *Imperij ornatam, &* inundationibus, *incẽdijsq;* obnoxiam, excoluit, Aedes Sacras, *uetuſtate collapſas, aut incendio abſumptas, refecit, easq;, & cætetas opulentiſsimis muneribus, adornauit, adeò, ut iure ſit gloriatus, marmoream ſe relinquere, quã lateritiam accepiſſet.* Poſt Auguſtum, Imperium Romanũ *in præceps ire cœpit, illud bonis reſtituẽtibus,* Veſpaſiano, Traiano, *& paucis admodùm quibuſdam alijs.* Nam Monarchia *in tyrannidẽ (ut plurimùm) uertitur.* Veruntamèn *tranſlatio* Imperij, *in* Conſtantinopolim *potiſsimũ fertur, malorũ cauſa, & ruinæ* Vrbis. *Quãuis* Nero *princeps, multò antea offenſus flexibus uiarum, de induſtria* Vrbem *incendi iuſſerit, prior cauſa efficatior eſt.* Seditionum autem *exordium, deleta* Carthago, *peperit, propter nimiã fœlicitatẽ orta ſunt* Bella Ciuilia. *Quæ enim res alia inteſtinos furores peperit, quàm nimia fœlicitas:* Nam *mortales in delitijs elanguentes, rectè, an perperã quid agant, non conſiderant.* Vnde *nimia ex hoſtibus ſecuritas, & tranquillitas, & opum affluentia, excitauit animos ad ſeditiones, & odiũ.* Vnde *etiã ab hoſtibus obiectum, diſcordia inteſtina diſſolui*

rem Ro.

rem Ro.poſſe,Aeternas opes Romanas, niſi in ſemetipſi ſeditionibus ſæuiant. Sed duobus præcipuè diuerſis uitijs corrupta Vrbs , auaritia, & luxuria, quæ peſtes omnia magna Imperia euerterunt.

Iuuenalis.

Sæuior armis
Luxuria incubuit,uictumq́; ulciſcitur Orbem.

Donec labēte ueteri diſciplina,req́; magis,magiſq́; in lapſum prona: tum demùm in præceps acta,nec quicquàm auitæ indolis,ac prudentiæ redolentes, cum iam defluxis,profligatiſq́; moribus, & euerſo & conculcato omni iure Diuino,& humano, antiquatiſq́; ſanctis legibus,omnia in præceps ire cœperunt,& tam perditè,ac uelut ſolutæ legibus luxuriæ,& ad perdendam pecuniam proni, ut nihil memoriæ haberent prioris uitæ,à ueteribus traditæ .Vnde Plinius didicit,inquit,homo naturā prouocare , & nos fecimus quæ poſteri fabuloſa arbitrabūtur. Inuenimus & Carucas argento cælatas. Cæs. Dictator in ædilitate,omni apparatu ſcenæ argento uſus eſt. Quod mox & municipijs factitatum eſt.Primus omnium Catulus Capitolium dedicaturus, linteis in Theatro umbram fecit. Nero Princeps Theatrum Pompeij inſano opere, auro, in unum diem operuit.Ludorum uerò apparatus aureus,uel argenteus,uel eburneus,fuit,Meſſala orator prodidit.M. Antoniū Triumuirū, aureis uſum

uaſis in omnibus obſcœnis miniſterijs.Omitto menſarum apparatus,& Aeſopi patinam, Neronis, & aliorũ luxurioſiſsimas cœnas, ſpurcos cõcubitus,in ipſo aũt ingreſſu domorũ aurei,argenteiq; poſtes. Intus parietes, pauimenta uarietate marmorum in picturæ modum diſtinctæ. Columnæ ad ornatum poſitæ,nihil ſuſtinentes, in intercolumnijs laquearia, Multum ubiq; ſignorum, Manſiones in domibus pro diuerſitate temporũ accõmodatæ, diuerſæ etiam, ut ciborum uarietas poſtulabat. Namq; alia ad alios cibos, ut apris comedendis. Alia Faſianis apta,& addicta erat.Ipſæq; uillæ ſpatio,& numero manſionum ſumptu. Tricliniorũ, & cæterorum ædificiorũ,Aſianas urbes ſuperant. In Piſcinis nõ plumbei,ut antea,ſed argentei,canales aquas effundunt.Ipſæq; Piſcinæ Thaſio marmore circũdatæ. Tres tantummodò ciues in magnis opibus moderati fuerũt.C.Marius,Cn.Pompeius,&.C.Cæſar. Veteres autem ſi qua magnificentia ſunt uſi,ea utebantur in Templis,& Sacrificijs,& ornamentis ſacerdotum. Quo tempore,& uaſa aurea,& argentea nõ niſi in Templis erant, & ex ſolido auro Coronæ,& argentei lebetes.In domibus ciuium fictilia tantummodò, & pocula ex fago, & ne ſingula intempeſtiuè nunc perſequar,cum tot alios Ro. generis intuear memorabiles Duces, hoc ſemper du-

plici ſtudio floruiſſe,uel defendēdi, uel colēdi, quæſitos'ue fines,intelligo luxuria, delicijs noſtris priſtinum morem, uirilemq́; uitam diſplicuiſſe. Omnes enim(ſicut Marcus Varro, temporibus auorum,cōquæſtus eſt) patresfamiliâs falce, & aratro,relictis intra murum correpſimus,& in Circis potiùs & Theatris,quàm in ſegetibus,& uinetis, manus mouemus, attonitiq́; miramur geſtus effœminatorum,qui à natura ſexum denegatam muliebri motu mentiantur,decipiantq́; oculos ſpectantium. Veniamus ad Ganeas,quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus,& exuſto ſudore,ſitim quærimus,noctesq́; libidinibus,& ebrietatibus, dies Ludo, uel ſomno conſumimus, ac nosmetipſi ducimus fortunatos, qui nec orientem Solem, nec Occidentem uidimus. At illa uera Romuli proles, aſsiduis uenatibus, nec minus agreſtibus operibus excitata firmiſsimis eualuit corporibus,ac militiam belli,cū res poſtulauit,facilè conſtituit durata pacis laboribus. Veniamus iam ad mulieres,de quarum intemperie,ita Plinius libro nono, Affectant, inquit,pauperes lictorem fœminæ in publicum Vnionem eſſe dictitantes, quin & pedibus, nec crepidarum tantùm obſtragulis, ſed totis ſocculis addunt.Neq; enim geſtare iam margaritas, niſi calcent,per Vniones etiam ambulent ſatis eſt.

Gloria erat mulierum,binos,aut ternos uniones auribus ſuſpendere. Vnde Propertius.

Matrona incedit cenſus induta nepotum,
Et ſpolia opprobrij noſtra per ora trahit.

Hæc omnia poſt Carthaginem deletam, Valerius Max. ita inquit, Vrbi autem ſecundi belli Punici finis licentioris uitæ fiduciam dedit, quo tempore Matronæ,ut abrogaretur lex Oppia contra eas lata,quòd his ne ueſte uarij coloris uti, nec auri plus ſemiuncia, nec iuncto uehiculo propius mille paſſibus, niſi ſacrificij cauſa, uehi permittebat, quòd ſi animos muliebris apparatus intueri potuiſſent,quibus quotidie aliquid nouitatis ſumptuoſius adiectũ eſt,in ipſo introitu ruenti luxuriæ obſtitiſſent, antea uerò obſidente Vrbem Pœno milite,caſtæ erãt. Vnde Iuuenalis.

Præſtabat caſtas humilis Fortuna Latinas,
Et uellere Tuſco
Vexatæ duræq́; manus.

Nunc uerò luxu, & inertia diffluunt,ut ne lanificijs quidem curam ſuſcipere dignentur, Sed domi confertæ ueſtes faſtidio ſint, peruerſaq́; Cupidine maximè placeant. Quæ grandi pecunia, & totis penè cenſibus redimuntur. Abolito iam illo Sabinarum, & Romanarũ ueteri more, afflictaq́; Vrbe cõtinuis bellis. Nam ab Vrbe condita, uſq; ad hæc tẽpora Romanis bello occupatis uix unquàm ad recipiendum

piendum ſpiritum, breuis requies dabatur, peracto uno, ſtatim alterum, inſurgebat bellum. Nouiſsimè Vandali ex Africa acciti Genſerico Duce, hoſtili manu, Vrbem ingreſsi, diripiunt, neq; incendunt, Templa tamen, & Sacraria ſpoliant, abeuntes poſt xiiij. die poſt Vrbem captam, cum ingenti captiuorum numero, in Africam reuertuntur. Belliſarius patricius, Vandalorum gentem, capto eorum Rege Geliſmero, uſq; ad internitionem deleuit. Poſtremò Totilas Rex Gothorum, qui Dei flagellum dictus eſt, poſt euerſam Italiam, Vrbem Romã ſolo æquauit, proditione Iſaurorum militũ, nam quatuor Iſaurici milites, in obſidione Vrbis, de ea prodenda cõſilium inerunt. Hi enim cuſtodiam habebant ad Aſinariam Portam, Totilam adeuntes, prodere ſibi Vrbem pollicentur. Totilas quoſdam è ſuis per funem aſcendere, permiſit, ipſe cum exercitu ſequutus, nõ procul à Porta conſtitit, miſsi à Totila (ut compoſitũ erat ab Iſauricis) recepti mœnibus, mox intra Vrbem ad Portam deſcendẽtes, ſecuribus freti portam aperuerunt, ingreſsi portam, Imperio potiti ſunt, nec eo contenti, bona diripiũt, mœnia magna ex parte æquant, uix Templis temperatum eſt. Incolas omnes, cuiuſq; gradus, ab Vrbe abire iubet, ducturus aliò Coloniam. Multitudo omnis in propinquas Vrbes ſe recipit, Senatũ, & Primores Ciuitatis, penès ſe obſidum loco habuit. Sine habita-

toribus Vrbs manſit in ſolitudine, diebus. XL. Inſtaurata poſt Vrbs à Beliſario, reſartisq; mœnibus, iterum per Iſaurios prodita eſt, facta irruptione per Portã Oſtienſem. Primo quidẽ ingreſſu hoſtiliter omnia igni, ferroq; diripiẽs, poſtea uerò amicè, ac placidè omnia euerſa, inſtauraturum ſe pollicetur. Decreuerat enim primo impetu Romam ad ſolum æquare, excellentioraq; ædificia incendio abſumere, & Vrbem ipſam tot ætatum opus, in ouiũ paſcua redigere. Re itaq; ipſa cognita Iuſtinianus Imp. Conſt. ſtatim Narſetem Eunuchum in Italiã mittit. Is igitur auxiliaribus copijs ab Albuino Lõgobardorum Rege acceptis, Gothos aggreditur, perſequitur, & Totilas malè pugnans occiditur. In quo tandem & genus, & Regnum Gothorum, defecit. Nemo unquàm irruit in Vrbem Ro. qui poſtea non dederit pœnas. Nam ſæpiùs ea capta, direpta, & incẽſa, ſemper magnificè inſtaurata eſt. Nec tot ruinis, incẽdijs, Barbaricisq; direptionionibus, toties afflicta extingui potuit. Primùm à Gallis Senonibus, præter Capitolium, capta, direpta, & incenſa eſt, anno quàm cõdita fuerat, circiter. CCCXL. Iam deniq; omnium gentium Victrix, diuq; rerum potita à Gothis (ut aiunt) Alarico Duce iterum capta, ac direpta, & incenſa. Nec multò poſt ab Athaulpho, qui Alarico ſucceſſit, ad prædã repetita, pariq; clade deformata funditus exciſa in

teriſſet,

terijſſet, niſi mulierculæ precibus in ſuo eſſet ueſtigio retenta. Secuti inde Vandali, qui Genſerici ductu eam diripuerunt. Mox Odoacer & ipſe Barbarus eam Tyrannicè occupauit. Quo ſublato Theodoricus Oſtrogothorũ Rex, plures annos eandem, cum tota Italia, retinuit. Recepta inde à Belliſario eſt, biſq; obſidione fatigata, inedia, & fame propemodùm enecta. Demùm ſub Totila miſerabile paſſa eſt excidium. Interfuerunt autem à Senonicho bello, ad Viſigothorum tempora anni circiter. DCCC. à Viſigothis ad Vandalos. XLIIII. à Vandalis ad Odoacrem, & Herulorum regnum anni. XVIII. ab his ad Oſtrogothos, & Theodoricum XIIII. ab Oſtrogothis, ad Belliſarium, qui Romam ab eis recepit anni. L. hinc ad excidium, quod ſub Totila paſſa eſt anni. XII. Ac toties tã breui ſpatio domitrix illa humani generis, arxq; omniũ gẽtium. Roma ludibrio fuit Barbaris, ſed ipſa demùm omnium Victrix.

Finis Libri Quinti, de Antiquitatibus Vrbis.

ANDREAE FVLVII ANTIQVA rij Romæ, de laudibus Vrbis, Oratio ad Quirites.

VRBEM Romam Quirites Terrarum Deam, gentium Reginam, Deorum domicilium, Magiſtrā morum, communemq́; omniū patriam, ſine controuerſia, primam cunctarū Vrbium, quis ignorat? Maius enim Roma, nihil unquàm fuiſſe, omnium teſtimonio, iam pridem in cōfeſſo eſt. Ita Diuina mens Ciuitatem Populi Romani egregia, temperatáq; regione, collocauit, ut Orbis Terrarum Imperio potiretur. Cum rerum natura uires omnes in unam Vrbem oſtendere uoluerit. Cum quis Campum Martium inſpexerit, Sepulchrū Auguſti, tot marmoreis ſimulachris, & æris ornatum Forum Romanum, & Iouis Tarpei delubrum, Thermas, Porticus in Prouinciæ modum extructas, Amphitheatrum, Tyburtino lapide exædificatum, tantæ altitudinis, ut ad culmen uix humanus oculus pertingere poſſit. Pantheon mira altitudine ſpatioſis molibus fornicatum. Templum Pacis, Pompeij Theatrum, Circum Maximum, Septizonium, tot Arcus Triumphales, tot Aquæductus, tot Statuas per Vrbem ad ornatum poſitas. Si ingrediaris Forum, aliud ex alio uidebis appoſitū.

Quis Regales Porticus, Aedesq́; Sacras, Quis Capitoliũ, & in ipſo, & in Palatio opera, & in Liuiæ Porticu, quæ ſingula contemplans, alia facilè obliuione delebis. Talis eſt Roma, cuius primi muri luto, ac palis defixis, tam humiles erant, ut eos Remus leui ſaltu tranſilierit. Hæc tua monumenta parẽs Romule, Hæc illa Aeterna Vrbs, Terrarum Regina, & Dea gentium Roma, Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum, quæ undiq; deuicto in gyrum paulò minùs Orbe Terrarum aduectos, ſine fine triumphos recepit. Innumerabilium coloniarum ſub Cœlo parens. Sed Ciuili, inteſtinoq́; bello abſumpta, Terrarum omnium alumna, eademq́; parens, numine Dea electa. Quæ Cœlum ipſum clariùs faceret, ſparſa congregaret Imperia, ritusq́; molliret, & populos diſcordes, ferasq́; linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem hominibus daret, breuiterq́; una cunctarum gentium in toto Orbe, patria fieret, Cuius monumenta, quis probè cõſideret, plures in ea Victorias, & Triumphos, quàm annos à prima conditione reperiret. Quos Maro Heroica Maieſtate, in breuiſsimo Aeneæ ſcuto perſtringens ſatis probè cõplexus eſt. Fuit etiã Romani nominis comes ſemper Fortuna, Dijq́; præſtantes, & beneuoli, Qui, ne Capitolium à Gallis caperetur, ſopitis cuſtodibus, Sacratã falli alitẽ non permiſerunt. Vnde Cicero

in oratione ad Quirites, Dij, Deæq́; immortales, qui excellenti tumulo Ciuitatis ſedem Capitolij in ſaxo incolitis conſtitutam, ubi tot Reges, tot Duces, tanta uirorum ſpectata eſt indoles, meritò Dij, hominesq́; conſenſerunt, Vrbem his locis ſtatuendã, ubi ſaluberrimi colles, ager feraciſsimus, flumẽ ad res uehendas idoneum, ſitus ab externæ claſsis periculo immunis, Vrbs media Italia, & ob id ad rerũ incrementa habilior, ubi ex uno Orbe, Deorũ numine facta eſt una Vrbs. Nulla enim (ut ait Plato) poteſt Ciuitas ſine fauore numinis proſpere cõſtitui, nec fœliciter adminiſtrari. Nulla præterea urbs tã admirabilis magnitudine Imperij, omnibus humanæ naturæ dotibus uenerabilis, bonis exẽplis dotatiſsima. Eademq́; benigniſsima parens omnium quaſcunq; gentes, atq; terras, ita mumeribus proprijs ditauit, ut tamen cæteras non in uniuerſum ſimilibus dotibus fraudaret, uni quidem omnia Romæ tribuiſſe uidetur, in ea omnia ſunt, quæ aut fortuna hominibus, lociſq́;, aut natura largitur. Vnde

Propertius.

Omnia Romanæ cedant miracula terræ,
Natura hic poſuit quicquid ubiq; fuit.

Eſt præterea quædam certa uox Ro. generis, Vrbiſq́; propria, in qua nihil offendi, nihil diſplicere, nihil animaduerti poſsit, nihil ſonare, aut olere peregrinum. Quid quòd libertas cum animantium

generi

generi gratiſsima nuſquàm tãta eſt, tum ingenuè agendi, tum liberrimè loquendi. Aliæ nationes ſeruitutem pati poſſunt, Populo Romano eſt propria libertas, eo Tyberius Cæſar delatoribus reſpondere ſolitus. In libera Ciuitate, liberas eſſe oportere hominum linguas. Nullibi præterea tam magnã Vrbem mortales uiderunt. Vnde Heliogabalus Imperator, metiri cupiens eius magnitudinem ioco Aranearum telas, propoſito præmio corradi iuſsit, & decem millibus pondo Aranearum collectis magnitudinem eius, hoc ludicro depræhendit. Romanorum gens omnium mitiſsima, & clementiſsima, habita eſt. Apud quam unum ſupplitium tantùm, ante, & poſt fuiſſe immane, & barbarum in Metium Suffetium Albanorum Dictatorem, Tullo Hoſtilio Rege authore, in alijs gloriari licet, nulli gentium mitiores placuiſſe pœnas. Nullas Vrbes, ac nationes oppugnauit, quas non uicerit, nullos ſupplices ad ſe uenientes populos, quos non benignè ſuſceperit, nam cum Legati Carthaginenſium, ad captiuos redimendos, in Vrbem ueniſſent, nulla accepta pecunia eos reddiderunt, tot punicis iniurijs ueniam datam. Vnde hoſtium uox talis reddita. O munificentiam gentis Ro. Deorum benignitati æquandam, nam beneficinm quod nunquàm dediſſemus, accepiſſemus.

Nulla gens, inquit Cicero, quæ non, aut ita ſubacta ſit, ut uix extet, aut ita domita, ut quieſcat, aut pacata, ut victoria noſtra, Imperioq; lætetur, tum gentes, quas antea, nullæ literæ, nulla uox, nulla fama notas fecerat, cæteras itē partes, quæ uel a gentibus, uel inimicis huic Imperio, uel infidis, uel incognitis immanibus, & Barbaris tenebātur noſtris armis deuictæ parère coactæ ſunt. Milites quin immò armis inſignes Roma ſtatim habuit, & populū Marte gentium, ut terrigenas cum armis natum exiſtimes. Vnde Pyrrhus de uirtute militum Ro. O quàm facilè, inquit, Orbis Imperiū occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me Regem Romanis. Hac uirtute maiores noſtri, primū uniuerſam Italiā deuicerunt, deinceps Carthaginē exciderūt, Nauſmantiam euerterunt, potiſſimos Reges, bellicoſiſſimas gentes in deditionem huius Imperij redegerūt Tot habuit triumphos, quot oræ ſunt, parteſq; Terrarum, tot uictorias bellicas, quot ſunt in rerum natura genera bellorum. Illud uerò ſine dubitatione Romanum fundauit Imperiū, quòd fundator huius Vrbis Romulus fœdere Sabino, docuit, etiam hoſtibus recipidendis augeri Ciuitatem hanc oportere, Cuius auctoritate, & exemplo nunquàm eſt intermiſſa à maioribus noſtris, largitio, & communicatio Ciuitatis, itaq; ex omnibus generibus gentes uniuerſæ in Ciuitatem ſunt receptæ. Licet inſtitu

tum deinde

tum deinde fuit, ne quis noſtrum pluſquàm unius Ciuitatis eſſe poſſet, ne quis inuitus ciuitate mutetur neue in Ciuitate maneat inuitus. Vnde quidā Athenis numero iudicum adſciti cum ignorarent, ſi illam Ciuitatem eſſent adepti, hanc ſe perdidiſſe, niſi poſtliminio recuperaſſent. Hic ille Princeps terrarum, gentium uictor, domitor uniuerſi, ſupra humanam ſortem potentiſsimus. Hæc eſt illa Roma, Regina urbium, mundi caput, Ingeniorum parens, gentium hoſpita, peregrinæ uirtuti ſemper patēs. Vbi omnis repentina, atq; ex uirtute nobilitas, ex externis quoq;, atq; Ciuitate donatis. Cōſtat enim ex data non minùs prudenter, quàm liberaliter, Ciuitate, tā Italis, quàm externis, & dū nullum faſtiditur genus, in quo uirtus eluceſceret, creuiſſe Imperium, non propter generis nobilitatem tantùm, ſed propter res egregiè geſtas, nulla Orbis parte modo eſſēt clari uiri, repudiata. Nec uerò Aſia hic ab Europa diſtincta eſt, ſed omnia omnibus in medio poſita ſunt, nemo cenſetur, modo ſit Imperio, aut fide dignus, ſed ſtat cōmunis Terrarum ſtatus, Iſq; popularis ſub optimo Imperatore, atq; rectore, Ommesq; quaſi in commune Forum cōueniunt pro ſuis quiſq; meritis præmia relaturi. Quòd uerò ſuis finibus, regibusq; Ciuitas quæpiā eſt, idipſum eſt. Hæc uniuerſo Orbi, quaſi communis urbs Prouinciæ totius conuentus. Porrò dixeris in unā hāc

Arcem coniectos omnes habitatores. Quiq; pergētes, ac populos diuerſa loca incolunt, hæc uerò nunquàm ulli defuit, ſed ut terræ ſolum fert omnes, ita & hæc ex uniuerſo Orbe confluentes omnes accipit, quaſi mari flumina. Quin etiam hoc illic quoq; cum mari cōmune eſt, quòd nec mare maius ſit, fluuiorū influxu, tāquàm fato datū ſit, ut unà cū illis amplitudinem quoq; influentē recipiat, neq; in hac ob magnitudinem quicquàm apparet, ſed ſicuti qui intra ſinum recondunt omnia, ita & hæc omnes intra ſe complexa eſt. Quippè ultro, citroq; meātibus eadem eſt, eademq; uiſitur. Nulla Vrbs tam tenuè habuit principium, nec ad tam magna rerum faſtigia ita mature peruenit, Cui ab exordio tam ſimplex uitæ cultus fuit, ut rudi cemento conſtratas domos, & ſcandulis roboreis, ac ſtramentis cōtectam Vrbem per annos. CCCC. uſq; ad Pyrrhi bellum fuiſſe, ſatis conſtat, & totidem prope annos pulte pro pane uſos. Poſt deuictum Orbem delicijs rerum omnium, quas tellus, mareq; gignit expleuiſſe animum. Vrbs tota paßim culta, ac frequens agro ad fruges, ad paſcua, ad uites gignēdas uberrimo, Siluis ad lignandum, & materiam ſuppeditādam abundè ſufficientibus, ubi temperies aëris perquàm læta, & commoda, ni uoluptatum intemperātia malè audiret, herboſi ſaltus, amœnæ ualles, aquarum affluens telllus, Ver ubi perpetuum, atq;

alienis

alienis menſibus Aeſtas. Solo ſemper tepido, nunquàm colono repugnanti, ubi greges, & armenta, & altilia quæq; opimè proueniunt, ubi auium aucupia, & ferarum uenationes, accōmodatiſsimè. Sed multò hominum præſtantiora ingenia, ſemper progenuit, quàm reliquus Orbis Terrarum. Geninitum enim in toto Orbe præſtantiſsima, haùd dubiè, Romana extitit. Omitto generis nobilitatē, à Troianis uſq; prius, deinde ab Albanis Regibus, deductam. Quæ nā patria (ut uerum fateamur) poſt natos homines, tot genuit præclariſsimos in omni uirtute uiros? Curios, Fabritios, Camillos, Catones, Scipiones, Decios, Marcellos, atq; alios, quos longùm eſſet, recenſere. Regibus certè maximis, præſtantiores, quoniam Regibus imperant, unde non immeritò, Cyneas Pyrrhi Regis Legatus, faſſus eſt, tot ſe Reges uidiſſe, quot ciues. Tradunt Corneliam Scipionis filiam, poſt mortem Gracchi, cū ab Ptolomeo Aegyptiorum Rege, in uxorem peteretur, quòd nuptias ſuas minimè mereri uideretur, reſpuiſſe. Præterea omnia Regna in toto Orbe, præter Ro. Imperium, aut breuiter durauerunt, aut modica, aut fabuloſa fuerunt, unum tantùm dictum Imperium, & illud Romanum, quod Romæ uſurpatum, primùm ſub Cæſare Dictatore ampliſſimum, ac diuturnum locupletiſsimo etiam Maronis teſtimonio, cum inquit.

Imperium ſine fine dedi.

Nullum enim ab exordio fermè minus, neq; in crementis toto Orbe amplius, ab Romulo Rheæ uirginis Veſtalis, & Martis filio exordium habuit. Nullaq; Reſpub. maior, nec ſanctior, nec bonis exẽplis ditior. Qui omnium genere mirificorum exemplorum totũ Orbem repleuit, militarisq; diſciplinæ, & ſeueritatis, & uirtutum omnium ſpecimen. Nullos homines benignius inter ſe uiuere, quàm Romanos nullũ Regem Romanis parẽ, nihil eſſe, quod hominũ manu, & opibus Ro. Imperij effici non poſſet. Satis conſtat origini Romanæ, & Deos adfuiſſe, & non defuturam uirtutem. Nullum uerò Regnum tã repentè auctũ, quam Alexandri Magni, qui prius ſibi uiſus eſt comparare Imperium, quàm regnaſſe, quia nullas dedit leges, nulla conſtituit militibus ſtipendia, ſed tantùm regiones diſcurrit, nec regnũ ſtabiliuit, dicere ſolitus longè præſtãtiùs literis antecedere, quàm Imperio, ac magis amari, quàm timeri. Cæſar autem contra.

Oderint dum metuant.

Populus Ro. gentiũ princeps ob magnitudinẽ rerum geſtarum, & imperandi diuturnitatẽ cæteros Principatus antecelluit, terra, mariq; imperium terminauit, quo nihil in Orbe celebriùs, nihil ipſa Vrbe nobiliùs, ubi tot præclara ingenia, tot præſtantiſsimi Duces, tam ſtrenui milites, tam præclaræ res geſtæ.

res geſtæ. Nuſquàm tāta ædificandi facultas, nuſquàm tot regia ædificia, tot loca Sacra, Templa, Baſilicæ, Sacella, tot Fora, tot Aquæductus, Circi, Theatra, Lacus, tot Thermarum inſana ædificia, tot operoſi ſupra Tyberim pontes, tot antiquitatum ueſtigia, tot ludorum genera, tantus mortaliū concurſus, & populi frequentia, nuſquàm tot opes, tot delitiæ, & rerum omniū, quæ ubiq; procreantur, abūdantia, & immoderati ad magnificentiā ſumptus. Spectaculorum omnis generis decor, & Ludorum numerus infinitus. Interrogatus quidā ſapiēs, quid de Vrbe ſentiret, reſpondiſſe fertur, Microcoſmum ideſt, paruum mundū. Libanius Græcus homo Romā, inquit, non Vrbem ſed quaſi quandam cœli partem appellatā. Quam Seneca non inſcitè per ætates hominum diſtinxit. Aurea ætas populi Ro. ſic fuit dicta, quòd poſterioribus ſæculis comparata, æq; atq; aurum inter metalla effulſit. Cæterum cū latè pateat Imperium Ro. nihil admiratione magis dignū, quàm regnandi diuturnitas. Nullum regnū tam repentinum, nulla Reſpub. tam ingēs, nullum Imperium tam amplum, nulla Monarchia tam potens, nullus tam perennis uictor (nam uetus prouerbiū eſt) Romanus ſedēdo uincit. Cōſtat enim furto hoſtes in paucis eſſe lætatos, uera aūt uirtute ſemp Romanos extitiſſe uictores, Tū uerò nominis Ro. Maieſtas facilè declarat quæ fœlicibus auſpicijs,

lætiſsimis rerum ſucceſsibus aucta, uiris clariſsimis inſtructa, quorum uirtute, & conſilijs ad ampliſsimum faſtigium legibus, & inſtitutis, & Deum pietate illuſtrata. Nec me præterit ante Romanorum tempora non fuiſſe imperandi ſcientiã, quæ ſi fuiſſet, apud Græcos nimirùm fuiſſet. Qui cæteros, haud dubiè, ſapientia longè anteceſsere. Et hoc Romanorum inuentum, unà cum alijs introductum. Ex Romanorum enim diſciplina omnes norũt, qui ſciunt imperare, ut liberi ab initio, & quaſi ad imperandũ continuò geniti, quæ ad id ſpectat, omnia optimè prouiderant, & Rempub. quidem adinuenerunt, qualem nemo ante legibus, inſtitutisq; propoſitis, quæ nullus uitare poſsit, cunctorũ uerò tellus communis, id re ipſa Romani effecerunt, uniuerſum quidẽ permenſi Orbem, iunctisq; fluminibus diuerſisq; pontium generibus, ſciſsis montibus terram equis ſtrauère, patefacta ſolitudine, diuerſorijs frequentiſsimis manufactis, omnibus uictus, atq; ordinis ratione. Non ſatis exiſtimari poteſt, quantũ Romanis debeatur, qui ſuſtulère monſtra, in quibus hominem occidere, glorioſum erat, mandi etiam ſaluberrimum. Claruit ſupra omnia bonis artibus. Quibus ſemper fortiſsimi, uictoresq; Romani extiterunt, ut pleriq; populi, ſine ui aliqua armorũ, ſua ſponte illis ſe ſubijcerent. Omitto publicas diuitias. Quis enim. M. Craſsi opes, quis potentiam Pompeij, liberali

peij, liberali

peij,liberalitatemq́; Iulij Cæs.enarrare poteſt? Quis Romanorum præclariſſima à condita Vrbe geſta? Nec reticebo in hoc loco peſtremum illum, cum Hannibale, congreſſum, non fuiſſe, à condito Orbe, diem magis memorabilem, quàm ille, cũ duo antea, & poſtea Ducum maximi Scipio, & Hannibal, quo cedente, ſequutus eſt Africam terrarũ Orbis. Meruerũt & ſuas Statuas, & titulos etiam mulieres, ut Clœlia, & . Q . Claudia Veſtalis. Pueri etiam tam caſtigatæ diſciplinæ erant, ut omnis uita plena eſſet miræ grauitatis, & modeſtiæ, inter puerilia rudimenta, & Romanæ iuuentutis peculiare fuit haſtilia iaculari, Sudes torquere, equum agitare, arma tractare, bonas artes callere, tantaq́; Romanæ uerecundiæ obſeruatio, & morum exempla fuêre, ut nec pater cum filio, nec ſocer cum genero lauaret, nudosq́; parentes inſpicere nefas erat, abſtinueruntq́; à colloquijs, & omni turpi, ac fœdo corporis geſtu, coram filijs parentes. Vnde ſiquid in toto Orbe rectum, iuſtũ, ac memorabile, apud Romanos geſtum eſt ſolos. Quid præterea hiſtoriæ, quid Annales, quid Poëtæ loquntur, niſi Vrbis Romæ laudes, ac geſta? quæ ſemper habuit laudum præcones, nulla iucundior, nulla frequentior in manibus lectio, eademq́; ſæpiùs repetita, magis, atq; magis ſemper placet, ac delectat. Quis eius ornamẽta, et delicias ad plenũ narrare poteſt?

quas qui ſemel deguſtauerit, diuelli inde haud facilè ſine contumacia poterit. Semper enim Romanũ nomen à primis incunabilis, & auſpicatißimis fundamentis, apud omnes, & populos, & nationes clarißimum extitit. Quin etiam Itali, quorum caput Roma eſt, nobilitate præſtant, & Regali quadam magnificentia lauti magni ſunt, & ſplendore quoſdam nitentes. Nam quicquid intra Italiam eſt (ut tradit Quintilianus) Romanum eſt. Extat adhuc Romanorũ monumenta, per totum Orbem, & Coloniæ ſine numero ubiq; locorum, Pontes, Portus, Turres, Metæ, Arces, & cætera id genus. Non eſt à condito Orbe, nec futura Vrbs tam clara qualis Roma, totius mundi caput, & Regia, nec animi magnitudine, tam excellens populus, quàm Ro. nullũ Regẽ, aut gentem parem habens. Quæ Vrbs, licet toties cædibus afflicta, & cultoribus priuata, ſemꝑ ualidior, potẽtiorq; ſurrexit. Nulla enim deficiẽtibus colonis tam repentè confluentibus undiq; mortalibus, colonia deducitur, ac noua inſtauratur. Et omnia intra Pomærium, atq; mœnia eius frequentißimè habitata, & exculta. Nuſquàm minus Roma cognoſcitur, quàm Romæ. Quæq; uiſuntur donaria, artes, & ornamenta, omnia Romanæ gloriæ ſunt, tanquàm ſuburbani ornatus, referta. Præterea maritima loca, tum Mediterraneæ regiones Vrbis, partim auctis ab ipſis Romanis, omnia plena ſunt

na ſunt Gymnaſijs, fontibus, veſtibulis, Templis, ædificijs, magiſtris. Licetq; haud inſcitè dicere, quaſi effectum iam Orbem ſuas deniq; reſumpſiſſe mũdicias, atq; ornamenta omnia ſplendore, & gratia renident. Cum uniuerſa terra, quaſi Pomarium quoddam culta, atq; ornata uiſitur. Spectaculorum omnis generis decor, & Ludorũ numerus infinitus Siquis mœnium ambitũ colligat, ex ueterũ traditione. XX. millibus, aut paulò plus colliget, ut ſupra dictum eſt. In quibus præſides urbes inſtructæ, aliæ alijs in locis habitatoribus miniſtris inſtructæ, atq; alijs rebus ornatæ, quæ quaſi præſides urbes quaſi foſſa clauſtra concludunt. Quid enim Vrbe Roma excellentius? cuius optimis exemplis gloriari liceat, diſciplina militaris acriùs retenta, Principatum Italiæ, Romæ Imperium peperit, & multarum vrbium, magnorum Regum, & ualidiſſimarum gentium regimen, largita eſt. Alpium, Tauriq; montis conuulſa clauſtra tradidit, Ortumq; parua Romuli caſa, totius Terrarum Orbis fecit columen. Ex cuius ſummi omnes Triumphi emanarũt. Regnauerunt prius in Vrbe Reges ſeptem, poſt eos eiectos, Bruto authore, Vrbs libertate potita eſt. Quam ſub Imperatoribus iterum amiſit, atq; iterum in compedes coniecta eſt.

Auguſtus Cæs. bis cogitauit eam reſtituere, ſed timuit ne aliquis poſt ipſum iterum occuparet.

Cogitauit & L. Septimius, cogitauit & Decius, qui multos habuiſſet laudatores, ſi à Chriſtianorũ cruciatibus ſe temperaſſet, unde ex miraculo cum in quadam palude ſubmergeretur, nuſquàm eius cadauer poſtea inuentum eſt. Sub Probo autem Imp. omnia fuerunt quieta, & tranquilla, cuius Imperio Oriens, Occidẽs, Meridies, Septentrio, omneſq́; Orbis partes in totam ſecuritatem redactæ ſunt, Vnde uerè Probus appellatus, ex quo diſciplinam militarem multi didicère, ut ſcribit Vopiſcus. Habet nunc Roma, quòd ſua ſponte gentes, & nationes, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubiectæ ſunt, non ut olim, armis coactæ (nam ut olim armis) nunc religione. Religio enim facit homines inter ſe concordes, & unanimes, & nationes quantum uis efferas, & Barbaras, mitiores. Nam linguarum, & numinũ cultura, hominẽ alienat ab homine. Idcirco faciliùs ſibi animalia muta, quã homines congregantur. Enimuerò ſi ab omnibus mortalibus unum, & idem coleretur numen, haùd quaquàm eſſent inter ipſos tot ſuperſtitiones, & diſcordiæ. Retinet adhuc Roma quandam priſcæ maieſtatis umbram, ut gentes ex toto Orbe, tanquàm membra ad caput recurrant. Habet præterea manſuetiſſimi Chriſti Imperium, & eius vicarium Pont. Max. præcipuã in toto Orbe dignitatem, per ſucceſſionem relictã à piſcatore idiota, & inermi, qui ſuperatis uerbo,

& exemplo Regibus, *extinctiſq; gentium ſimulachris* Imperium Orbis *occupauit.* Habetq; Senatū Apoſtolicum, & Sacroſanctos Cardinales, & Clerū. Vbi Arx, & Domiciliū *Chriſtianæ religionis,* & eius Reipub. *caput, ubi ſedes* Apoſtolica, & Curia Romana *omnium præſtantiſſima.* Nuſquàm tāta ædificiorum laxitas, *tanta rerum pompa, tot* loca Sacra, *tam ſolida peccatorum uenia, & tot (ut plebis uocabulo utar) indulgentiæ, tot martyrium triumphi, Quorū cruore aſperſa, conſecrata omnia habentur, ſub* Chriſto *principe totus mundus patefactus eſt.* Nam *arma* Populi Romani *antea peruenerunt uſq; ad* Oceanum Occiduum, Septentrionalem, & Meridianum, *ab* Oriente *autem non peruenerunt uſq; ad* Indos. *Sed de regionibus* Orbis, *de quibus nulla apud ueteres fuerat notitia,* Mercatores, & *negociatores, fecerunt nos certiores, ſed fides* Chriſti *omnia latiùs patefacit.* DIXI.

Finis And. Fuluij Orationis
ad Quirites.

EIVSDEM ANDREAE FVLVII carmen, in laudem Populi Romani.

SAlue Rex Regũ Popule inſignite triumphis,
Et rerum princeps, & moderator aue.
Qui totum proprijs ſuperaſti uiribus Orbem,
Armis, Iuſticia, Religione, Fide,
Salue Roma tuis ſacris fœcunda Trophœis,
Clara animi gignens ſtrenuitate uiros.
Cœlicolisq; pares ſuperum uirtute potentes,
Conſilijs magnos, artibus atq; bonis,
Roma decus mundi, rerum pulcherrima, ſalue,
Qua Sol penè uidet maius in Orbe nihil.
Salue Roma potens, gentis quæ dura rebellis,
Colla iugo ſubdis, corda ſuperba domans.
Nullus Romuleo populo præſtantior uſquàm
Virtute, & geſtis rebus in Orbe fuit.
Nulla quoq; in toto gens præclariſsima mundo,
Cui gens à ſummo funditur uſq; Ioue.
Diues opum populus, rerum cui ſumma poteſtas,
Oceani quantùm terra feritur aquis.
Romulus, & Populi, & Romani nominis auctor.
Auſpicibus poſuit mœnia prima Deis.
Ab Ioue principium generis, Iouis inclyta proles,
Quod Venus, & Mauors auxit honore Deûm.

Quid nunc

Quid nũc troiugenũ memorẽ antiquiſsima regũ
Stemmata, cum titulis tam generoſa ſuis?
Quid genus Albanis à Regibus, unde Quirites
Sanguine contiguo nobilitantur aui.
Ipſi Romulidæ ueterum uirtute ſuorum,
Auxerunt geſtis geſta priora ſuis.
Perpetua ſerie, primaq; ab origine gentis,
Nunquàm uirtutum defuit altus honor,
Nunquàm bellatrix victricis dextera pugnæ,
Nunquàm miles, eques defuit, arma, duces.
Et grauitas matura ſenum, robuſtaq́; pubes,
Pro patria pugnans, atq; parata neci.
Quis credat Decios (niſi ſit pro teſte uetuſtas)
Pro patria expoſitos occubuiſſe ſua?
Romanum nanq; eſt, pugnare, & uincere ſemper,
Iura quoq; & leges conſtituiſſe ſacras.
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos,
Et regere, & populis imperitare ſuis.
Dextra potens armis, & uitæ prodiga uirtus,
Aut uictrix certæ ſiue parata neci.
Hinc uictor populus, populos uictricibus armis
Subdidit, & uicta paruit æquor, humo.
Rex populus rerum, regni Regina potentis,
Sedes Roma tua eſt, Imperijq́; locus.
Roma potens rerum, ſuperis electa benignis,
Inclyta fœlici condita Roma ſolo.

Roma tibi Imperium, & qui te ſine fraude probatos
Conſilio regerent, fata dedêre uiros.
Ingenitæ uirtutis amor, quibus eſſet honorum
Ardor, & altricis gloria magna Togæ.
Ipſa quibus poſſes totum tibi ſubdere mundum,
Sub iuga, & Imperio perfruerere dato.
Lege quod æterna certantes iure uidentur.
Fortuna, & Virtus conſtituiſſe pari.
Imperium toto nullum præſtantiùs Orbe,
Tam diu durans, quàm pia Roma tuum,
Feciſti patriam diuerſis gentibus unam
Vrbem feciſti, quod prius Orbis erat.
Ipſa licet toties perpeſſa es Barbara tela,
Et Geticas toties enſe, uel igne manus,
Inde reſumpſiſti maiores robore uires,
Atq; magis ſemper ſurgis ad Aſtra potens,
Nec potuit magnum uis ulla extinguere robur,
Nec grauior nomen ſors abolere tuum.
Ac uelut Antæus uires à matre reſumens,
Sic tu ex aduerſis ſurgere uiſa tuis.
Quæ mergi nequeunt nixu maiore reſurgunt,
Exiliuntq; imis altiùs acta uadis.
Quid memorem modò caligantia mœnia, Turres,
Et Fora, cum Circis, Templa, Theatra, Domos.
Ac uelut ætherijs pendentes nubibus imbres,
Nymphæa, Euripos, Stagna, Lauacra, Lacus.

Multum

Multum eſt Romano ſub Cœlo, & ſidere fauſto
Naſci, quos æquos libra benigna facit.
Mars quoq; magnanimos, doctrina Pallas, & armis
Efficit, eloquio, conſilioq; graues.
Iam maieſtatis retines ueſtigia priſcæ,
Roma tuæ, cultu ſed potiore nites
Et potiore Deo Chriſto ſub Principe, Polles
Sacrorum, & ritu, Relligione, Fide.
Quæ, quantum ſatis eſt, nunquàm laudata uideris,
Sed iuuat uſq; nouis tollere ad Aſtra, modis.
Aucta tuis dominis, primùm ſub regibus, inde
Iam ſub Conſulibus, munere Brute tuo.
Hinc ſub Cæſaribus (quàmuis diſconuenit omnis
Vis dominarum libera Roma tibi)
Donec Pontifices te reſpirare gementem
Iuſſerunt Summi, liberiore iugo.
Reſtituère tibi qui te, ſed Fata malignas,
Alternant rerum diſpoſitura uices.
Nam nunquàm rebus ſtatus eſt mortalibus idem,
Mutantur mores, tempora, iura, loca.
Et quæ iam longo ſunt tempore, parta labore
Omnia præſtringens ſubripit hora breuis.
Illos cenſuerim ſuprema laude canendos.
Si quos poſt obitum uiuere Fata ſinunt:
Ingenia, æternum, quæ nulla interficit ætas,
Stant, quibus haùd ullus liuor obeſſe poteſt.

Sed mihi cum docto refricantur uulnera cœtu,
Cum rem confractam Romule cerno tuam,
Vt uideam,& doleam,ueteres tot in Vrbe ruinas,
Priſcorumq; lares, & monumenta patrum,
Quæ (quàmuis ruerint)manet indelebile nomen,
Roma tibi,& famæ gloria longa tuæ.

Finis Carminum in laudem
Po.Romani.

ANDREAE FVLVII EGLOGA DE EXPOSITIONE ROMVLI, ET Remi in Tyberim. Interlocutores, Mopſus Arcas, & Fauſtulus Tuſcus, Paſtores. Mopſus loquitur.

QVID uult iſte ſibi uagitus Fauſtule? narra,
Quid te hoc alueolo ꝓperantē ferre uidemus?
Ceu quodā, nec dum ſtantes à matre gemellos.
Dū gerimus fœtus, & ſera in tecta redimus.
Quid te conſpicimus redeuntem littore ab iſto?
Obduxit multo quod ſpumeus Albula limo,
Imbribus immodicis, dum ſe uix colligit amnis?
Fa. Mopſe magis cupio(quàm tu te noſſe) referre,
(Si uacat) infandum ſcelus, & miracula rerum.
Hac nam præteriens ſolito de more, gregesq́;
Cum matutinos agerem prope rauca fluenta,
Monte ſub hoc labens, ubi flexibus Albula curuis
Perſtringit querulas ſinuoſo uortice cautes,
Deſcendiſſe lupam ſitientem è montibus iſtis
Aſpicio, ſiſtoq́; greges, ſpectoq́; relictis
Hanc fœtam catulis, fluuiali lyntre gemellos,
Lingentem expoſitos, præbentemq́; ubera paruis.
Mella quibus picus tenera infundebat in ora.
Mo. Fauſtule magna refers, uix hæc credēda, niſi illi
Talia luminibus qui uiderit omnia ueris,
Nunquàm Parrhaſijs uiſa hæc noſtratibus oris,

Grex ubi uerſatur, numeroſáq; turba luporum,
Quos niſi Pan pecoris cuſtos auerteret, ingens
Semper præda lupis fieret nonacria tellus.
Fa. Illita adhuc pueris extant corpuſcula limo,
Quam ſcyphus illuuiem merſus contraxit harenis,
Nutrici uix nanq; feræ ſubtraximus ambos,
Vbere quos aleret potiore puerpera coniux
Noſtra ſuo partu pereunte orbata recenti,
Aſpice quàm pulchra eſt, & quã formoſa propago,
Vt credas ſuperum prolem de ſanguine cretam.
Mo. Certè, equidem ut uideo, proles eſt iſta Deorum,
Indole præcellat quàm pulchra inſignis uterq;
Infans, quos animos, roburq; utriq; futurum,
Auſpicijs uideo non me fugientibus, atq;
Neſcio quid magni, plus uni blanda duorum
Fata repromittunt, uenturo ad culmina rerum,
Fauſtule crede mihi, non hæc ſine numine Diuûm
Sic fieri, Superum nanq; omnia numine fiunt,
Qui ſuasêre tibi pueros hos tollere, ſi non
Pythia Fatidicæ Cortinæ oracula fallunt,
Hi ſunt qui colles circundare mœnibus iſtos
Augurio incipient, ubi ſceptra æterna manebunt.
Fa. Mopſe quis ambiguas rerum cognoſcere cauſas,
Aut quis noſſe Deûm nodoſa enigmata, & altos
Ipſorum ſenſus, niſi Dijs edoctus, & illa
Nonnunquam (ut cernis) fallaci euanida ſorte
Spe decepta ſua, mortalia pectora fallunt.

Mo. At ſic

Mo. At ſic expoſiti, ſumma ad faſtigia reges
Euadunt cœlo, ſuperantes fata, benigno.
ſic puer expoſitus Cyrus: ſic œdipus infans.
Sic Paris, idæis quondam enutritus in oris.
Paſtorumq; inter uerſatus tecta: ſed iſte
Dis age, uicinus qui præterlabitur amnis
Eſt hic tam claro cognomine notus ubiq;
Tybris: & hi montes, quos noſtros Archadas olim
Eſt rumor coluiſſe duces: profugoſq; Pelaſgos:
Hac ego Parrhaſio ſum cauſa rerum orbe profectus:
Fa. Sic eſt (ut memoras) extant ueſtigia magna
Vrbis ab Euandro poſitæ: ſtat maxima ueſtri
Herculis Ara dei: & Caci implacabilis Antrum
Suſtulit Alcides, quem clauæ robore duro
Fraude boues illi cum ſubripuiſſet lberas.
Vnde Deum colimus ſacraſq; dicauimus aras:
Atq; ſacerdotes latia de ſtirpe creatos:
Reddidit hos quoniam tutos formidine montes
Idem ſacra tulit: latio celebranda quot annis:
Numinis unde ſacri decreta Potitia cuſtos:
Illius & conſors pariter Pinaria proles.
Victimaq; his olim mactanda frequentibus aris.
Tuſcia (ſi quæris) mihi patria: miſſus ab illa
in latios ſaltus, huius prope gurgitis undas:
Hos adij colles: & paſtoralia tecta:
Regius ac paſtor latialis principis Albæ:
qui latos fines: atq; amplos poſſidet agros.

Mo. Audieram, & fama eſt, Panos de more Lycæi
Montibus his ueſtris celebrari ſacra: Luperci
Vnde Sacerdotes latio ſtant nomine dicti:
Tuq; per hos colles ducas me, Fauſtule quæſo:
Nanq; diu cupimus latios hos uiſere colles:
Fumoſoſq; lares: & curua in montibus antra:
Igniuomiq; domum Caci, ſacrumq; lupercal
Hac etenim cauſa patriamq; domumq; reliqui.
Et quas Parthenijs paſcebam in montibus agnas.
Fa. Deſine mopſe tuis precibus me flectere blandis.
Hos permitte prius pueros in tecta referre,
Haud procul hic humilis tuguri ſtant culmina noſtri
Iam iamq; huc adero, & quæcunq; rogaueris ædam,
Et quæ nunc gregibus ſunt peruia rura docebo.
Obſequar optatis, diſſoluamq; ocyus, ante
Quam properem, expediam, tu nūc circūſpice, cūcta
Regibus albanis ſunt hæc ſubiecta, per omnes
Quantum Oculi poſſunt longe ſe extendere fines:
Iſte Palatinus mons, in quo condidit Vrbem
Rex Euandrus, ubi ſuperant ueſtigia rerum:
Nunc ubi tecta uides: iam collabentia ueſtri
Regia Menalij fuit hæc tegeatica regis,
Poſt hunc: quem cernis, mons eſt Saturnius Alter
Alter Auentinus: qui Tybridis eminet alueo
Mons, ubi ſemiferi domus imperterrita Caci.
At reliqui circum, nunc ſunt ſine nomine colles,
Mo. Regibus à latijs ſument hi nomina montes,

Iam quibus imperium magni portenditur orbis
Diuum ſanguis erunt regni qui ſceptra tenebunt
Et rerum domini fuerint, uenientibus annis
Non ita lac lacti ſimile eſt ut collibus iſtis
Arcadiæ ſaltus: celebrataq; paſcua fauno,
Mercurioq;, tepens niſi terra hæc: horrida ſemper
Illa gelu: & glacie concreta fluenta rigenti:
Donec uer redeat, grata dum paſtor in umbra
Quiſq; ſuos dulces, uel amaros ludit amores:
Et paſtorales exercet fiſtula Cantus:
Quam dedit Archadiæ nobis deus: ut modulemur
Herculis inuicti laudes: qua uicerit orbem:
Qua lernæa manu cecidit reparabilis hydra:
Aut quibus exhauſta pharetra: Stymphalides armis:
Aut Erimanthæi populator ſetiger agri:
Noſtra quibus tuta eſt ſublatis patria: monſtris.
Fa. Immo nos illi meritos debemus honores:
Votaq; compreſſa diri formidine Caci:
Herculis vnde duas uictoris cernimus aras,
uidi ego iam latios habitare frequentius agros
Protogenum genus antiquum: atq; his figere ſedes
Collibus: illa quidem magnum diſperſa per orbem
Errabunda diu: pulſis gens inde ſicanis
Auſonios tandem coluit pro tempore fines:
Quæ modo cærulei neglexerat arua Velini:
Et uirides campos, & ſaltus rore madentes
Mo. Nota mihi tellus, & roſea rura Velini

Ardua, Cutuliæ ſurgunt ubi mœnia paruæ,
Arcadica fundata manu: atq; habitata colono
Arcade: parrhaſia profugis tellure Pelaſgis
Surgit ubi exiguus ſtygys emiſſus ab undis
Sulphureisq; lacus ſcatebris, & gurgite nigro
Parua: ubi, & inſtabilis fruticoſo ceſpite ſurgit
Pulſa uelut conto, quæ fluctuat inſula uentis
Non ſecus, ac cymba huc illuc agitata procellis.
Italiæ hoc medium menſores eſſe fatentur,
Italiæ ſumen propter pecuaria dictum:
Nam quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponit,
Equat ubi herba ſudes heſterna luce relictas,
Illinc digrediens, hæc ueſtra profectus in arua,
His habitare locis mens eſt telluris apricæ.
Quam mihi nunc memoras: fac ſtet ſententia Mopſe
Ne ſit opus toties circũcurſare per orbem
Hoc requieſce ſolo: ſunt rura ampliſſima nobis
Et fines lati, & uacui cultoribus agris:
Gramine ſemper terra uirens: & fœtibus uber,
Fecundumq; pecus, nec te pauiſſe capellas,
Saltibus his pudeat, pecoris ſæpe ipſe magiſter
Regius. his ſolitus deducere collibuss agnos
Atq; alios quoſcũq; greges per rura uiciſſim,
Paſcere, Mopſe uale, uel ſi mea dicta probabis
Obſequere his dictis: & moribus utere noſtris.

FINIS.

¶Erãt præterea duæ porte antiquæ urbis Gabiuſa,& Sabiuſa:unde error ortus eſt. Nam Sabiuſa ſtatim poſt collatinam,quæ recta uia ducebat in Sabinos.Gabiuſa uero Gabios.Item Iouis ſtatoris Templum, quod inuertice palatini montis fuiſſe putant. In radice palatij Cicero fuiſſe fatetur.Item ſtatuam equeſtrem in Laterano quam L.Septimij,ſiue.L. Veri autumant.M. Antonini eruditiores eſſe aſſerunt.Item Templum Neptuni,quod poſt actiacam uictoriam.Agrippa condidit , & multis ornamentis,& pulcherima porticu exornauit inter Pãtheon(fuiſſe creditur)& Thermas ſui nominis.Dion uero græcus auctor ſcribit Neptuni templum fuiſſe iuxta Septa,quem ſecutus ego græca fide deceptus ſum, permanſiſſemq; in ueſtigio prioris ſententiæ,ſi prius:marmor,ubi inſignia Neptuni apparent occurriſſet.Fuit et iuxta Pantheon Templum boni Euentus ut ſuperius dictum eſt.

Correctio errorum, & deprauationum huius operis.

In folio. 6. linea. 1. ubi ſacrificatur, lege, ſacrificabatur. fol.9.17. ubi ic comparari, huic comparari. 10.21. contituit conſtituit. 12.15. uclisciretur, ulciſceretur. 19.17. Princij, Pincij. 21.6. ubi pompera, pompa. 22.20. tacet. 26.14. Baſilica. 27.19. Næuia. 43.12. & ex parte. 48.2. Aerea porta. 49.26. rarioribus. 50.2. exercitum. 62.20. aduectum. 62.26. cognomine. 63.1. Matutæ. 65.4. uiſus. ubi fol.49 pone.71. 71. 4. Baſilica porcia, a Porc. Catone facta Thermæ Traiani. ubi.50. pone.74. 75.19. miniuiſſe. 77.1. ne. 77.2. memoriæ inſerta eſt nota. 79.9. Virg. dum. 79.13. Tarquinius. 81.2. cuius. 81.12. examinaſſet. ubi.66. pone 86. ubi.57. pone.87. 88.3. iuuenta. 90. 11. Fanum. 102.1. Vitrubij, Viturbij. Poſt fol.103. ubi.82. pone.104. ubi 1011. pone.111. 104.16. aduectu. 111.8. Vibennio. 122. 17. de cuius. 146. 1. ac parti. 155.4. ubi. uacat. 155. 14. bibebatur. 164.23. ſiue.5. 169.2. expeditiſſimum. 171.1. delectu. 174 22. ueſtigia. 186.24. inuelabro fons. item ubi 52. pone.25. ubi. 189. pone.195. 196.16. erant &. 203.3. ſuburranum. 209.6. uidebantur. 215.17. de fici ramo. 229.18. iudicum. ubi 009 pone.123. 226. 4. quadrifrons. 227.27. claua. 228.5. conſeptum etiam. 239. 15. alatis. 241.7. erant. 241. ſtellas. 241. Moſaicæ. 241.26. patriæ. 241. 27. Parthico. 243. 27. patres. 252.16. Theatrum. 253. 13. Interamnæ. 257. 24. ad capeſcendas, ſeuientis. 262. 2. iuuentatis. 262.15. anguſtione. 265.13. Aedituis. 265. 26. ad ſummum. 270. 8. ruraliter inſtituiſſe.

281.17.Fonteij. 284.7.*inſcriptio.* 285.11.*Antonini.* 286.21. *in* Foro Olitorio,*ut.* 294. 8. *in. uacat.* 304.2. *Veientum.* 308. 26. *inſtaurata.* 322. 25. De *Naualibus.* 335. 9. *inſurgunt.* 338. 7. Catilinæ. 344.19.*inAreis.* 353. 17.*in commodo.* 357. 8. Mare. 373. 25. A*ſiniani.* 377. 5.*mœrore animi ibi.* 388.15.*cannales.* 389.9. *dene-gatum.* 391.14.*inierunt.* 392.20.*a* Gallis.

¶In Vrbium Principe Roma fœliciter ſedente Diuo Paulo.III. Pontifice opt. Max.

Anno uirginei partus. 1545. Idus Nouembris per M. Valerium Doricum, & Aloiſium Fratrem Brixianos.



82-B2125

73

conjunto

SPECIAL 82-B
2125

THE GETTY CENTER
LIBRARY